35 Ea ratione ij mori sunt, quod incestus est delictum adulterio grauius, d. l. si adulteriu cu incestu, §. stuprum, ibi, (quae quam grauiora sunt,) glo. in c. & si clericis, §. de adulterijs, extra de iudicijs. Et Angel. in l. 2. in princip. ff. de verborum obliiga. At qui hodie iure nouo Codicis pena adulterij est mors, l. quamuis, in fi. & scripti supra in casu 419. num. 54. Ergo & pena incestus est ipsa mors. Nec repugnat quod dixerunt Ang. & sequaces non constare, quod pena incestus fuerit aucta, sicuti aucta fuit illa adulterij, & correctio ne legis non induci, nisi appareat expressu l. praecipimus, in fi. C. de appel. Na respondetur, satis constare de augmento pena, sicque legis correctione, posteaquam non modo incestus aequiparatur adulterio, sed etiam sit eo grauior. Est enim recepta Doctorum traditio, quod quando duo a lege antiqua aequiparantur, in vno deinde facta, intelligitur & in altero. Ita sane Bartolus, & reliqui in l. 2. delegat. 1. & late Euertard. in centur. legali, in loco a ratione legis, num. 72.

38 Ceterum t supremi iudices, quales sunt

sunt Principes, vel eorum loco senatus pro sui arbitrio interdum varie punire solent hos incestus, iuxta facti, & personarum qualitates. Etenim recte cura + illa Tholosana, cuius meminit Papon in dicto Aresto 7. iure statuit, eam, qui matrem, filiamque stupraverat, laqueo suspendendam esse. Ita etiam recte censuit senatus Mediolanensis, Ioannem de Crofis, ob id quod propriam filiam compresserat, furtis debere suspendi, vt testatur Iulius Clarus in practica criminali, §. incestus, vers. sed quæro. Insuper refert Bofsius, in tractatu causarum criminatum, titulo de coitu damnato, num. 4. senatum ipsum Mediolanensem iussisse, patrem quendam igni comburi. Ita mortis pœna damnatus fuit multis ab hinc annis (vt accepi) Bononiae nefarius quidam, qui patiter propriam, filiam contupraverat: sunt enim duo hæc scelera gratiora alijs, quæ mox referam. Idem vero senatus Mediolanensis, vt refert ipse Clarus, fustibus seu virgis cædi iussit, Margaritam Cellâ, pro incestu commisso cum sororio. Et Cominâ de Raynerio, quæ a se cum proprio genere commisserant. Vincentium Maldurû ob violatam priuignam pœna pecuniaria damnauit.

Refert etiam idem Clarus Paponē vbi supra, aresto octauo attestantem, Cutiam illam Tholosanam ad tritēnes perpetuo iussisse transmitti eam, qui in vxorem duxerat mulierem, cuius nepotem prius grauidam reddiderat, sic etiam Phelaurus in decisione 100. scribit, e se distinguendum inter incestum commissum inter ascendentes & descendentes, & inter transfuersales, & numero quinto, testatur senatum Taurinensem verberati primum, deinde ad tritēnes perpetuo damnasse fratrem, qui sororem carnaliter cognouerat, ipsam vero mulierem verberatam exulare iussisse.

Hic casus locum + habet multo magis, quando cum ipso incestu commissum est etiam adulterium. Nam tunc sine conuicta hodie erit pœna mortis, cum (vt diximus) pro solo adulterio sit pœna mortis.

Iure etiam hoc + nouo Codicis certis in casibus perpetrati incestus in dicta ista

pœna mortis, sicuti quando quis virginem Deo dicatam, quam monalem appellamus, corrupit. Ita statuerunt Imperatores Arcadius & Honorius in l. si qui in hoc genus. C. de episcopis & clericis, & scribunt Bermondus Choueronius de publicis concubinarijs, rubr. de incestu, nu. 9. Grilandus de pœnis omnifariâ coitus, quæstione prima, nu. 10. vers. quæro quot erimina. Iulius Clarus in pract. crim. §. incestus, vers. sed nunquid, & Petrus Gregorius in lib. 35. Syntagmatis, cap. 7. nu. 2. Et idem ego ipse scripsi supra in casu 389. Accedit Decia, in tract. cri. lib. 6. cap. 20. de cognoscente monalem, nu. 6. vers. de iure autem ciuili.

Ita olim graui pœna mulctabatur ille, qui virginem Vitalicam corrupisset, sicuti & virgo ipsa puniebatur, vt multa ex bonis exempla commemorat Petrus Greg. præcitato in loco, & alia referunt Alex. ab Alexandro, in lib. 5. dierum Genialium, c. 14. Et Plutar, in Problem. 96. quæ commemorauit supra in casu 389. num. 26. & alia addit Decian. in d. c. 20. num. 3. & 4. Ipsa vero monialis iure Pontificio alijs pœnis punitur, vt dixi in dicto casu 389. num. 24. & Decian. in dicto c. 20. num. 6. vbi reddit rationem, quate mitius puniatur mulier, quam vir.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quando + ambo ij incestum committentes, ignorabant sanguinis coniunctionem vel aliam qualitatem, quæ incestum efficit. Hæc enim ignorantia non excusat quidem a tota pœna (vt mox dicemus) sed ab ordinaria. Ita in specie respondit Federicus de Senis, in consi. 167. incip. Mulier accusata, num. 4. cum dixit, mulier ignorans aliquem esse clericum, si cum eo incestum comittit, excusatur quidem a pœna incestus, non autem a pœna fornicationis.

Ex his declaratur traditio Bartoli in d. l. si adulterium cum incestu, nu. 8. in fine, & Grilandi, in dicto tractatu de pœnis omnifariâ coitus, q. 2. nu. 10. quæst. 3. num. 5. & quæst. 4. nu. 4. cum diximus, hoc ignorantem sanguinis coniunctionem, puniri de incestu vel de adulterio, quia dabant + operam rei illicitæ, iuxta l. vulgaris. §. si quis æs. ff. de furtis, & l. cum qui.

§. si

§. si iniuria. ff. de iniurijs. Hæc sane traditio declaratur, vt puniri quidem debeant ij incestuosi, non pœna tamen ordinaria, sed iudici arbitraria.

Præterea omnis pœna cessat cōtra prædictos incestuosos, quando mulier esset publica meretrix, + cuius concubitus est impunibilis, vt scripsi supra in casu 289. Cessat enim tunc ratio illa Bartoli, quod hic incestuosus daret operam rei illicitæ. ita in specie declarat Grilandus, in dicta quæst. 2. in fi. & in q. 3. in fin.

Declaratur secundo hic casus, vt locum non habeat, quando ij incestuosi sunt ætate maiores. Nam ij + pœna iudici arbitraria puniuntur, sicuti in specie decidit Francisc. Marc. in de cisi. 50. in 2. part. quæ secutus est Choueronius de public. concubinarijs, rub. de incestu, nu. 15. Et ad rem hanc conferunt multa, quæ scripsi supra in casu 329.

Secundus est casus, quando incestus fuit perpetratus sub colore & figura matrimonij. Hoc sane casu iure ciuili multæ indictæ sunt pœnæ contra eos, qui scilicet se sic commiscuerunt.

Prima est pœna, + quod statim & omnino dissoluitur ipsum matrimonium. Ita statuit Iustinianus in §. ergo non omnes, institut. de nuptijs, & scribunt Doctor. in rubr. C. de incest. nupt. Griland. in tract. de pœnis omnifariâ coitus, q. 2. num. 5. & quæst. 3. num. 5. & quæstione quinta in fine, & Bermondus Choueronius in tractatu de publicis concubinarijs, in rubri. de incestu, nu. 10. in fine, & numer. 15. vers. si vero.

Secunda est pœna, quia + ab eis tanquã ab indignis auferuntur donationes factæ propter nuptias, & alia lucra nuptialia, & fisco applicantur. l. qui contra. C. de incestis nuptijs, & ibidem Grilandus in dicta quæst. 2. & num. 5. & Bermond. Choueronius in dicta rubr. de incestu, nu. 7.

Tertia est pœna, + quia hodie est bonorum confiscatio, ac etiam dotis, Authen. incestus. C. de incestis nuptijs, & ibidem Doct. & tradunt Decius in consi. 235. colum. 3. vers. venio igitur. Grilandus in d. quæstione secunda, num. 7. Boerius quæstione 264. num. 12. & Choueronius in di

sta rubr. de incestu, num. 11. & 12. qui affirmant, bona hæc & dotem censerî confiscata ipso iure, & sequitur Iulius Clarus in practica criminali, §. incestus, versicul. & scias, & subiungit Choueronius num. 12. vers. sed an prædicta, post Baldum, in l. summa, colum. vltim. vers. quinquagesimo primo quæro. ff. de rerum diuisio. confiscari etiam bona feudalia, & hodie pœnam hanc sublatam non esse, per Authen. bona damnatorum. C. de bonis proscript. scribunt Boerius, & Clarus, qui supra. Ex quo sequitur, + quod alienatio facta ab his incestuosis, nulla & invalida est, vt late disserunt Decius in d. consi. 235. Choueronius in d. rub. de incestu, nu. 14. Didacus. §. 8. nu. 6. & 7.

Quarta est pœna, + priuatio dignitatis, vt in dicta Authen. incestas, ibi, (Cinguli spoliatio.) Erat enim + cingulus, quo milites cingebantur, & ab eo cingulo pendebat ensis, vt declarat Petrus Gregorius in libro 31. Syntagmat. cap. 30. in fine. Ita hanc pœnam annotauit Didac. dicto §. 8. nume 5. vers. vir autem. Qua ex + cinguli, sicque dignitatis spoliatio infamia irrogata dicebatur, vt scribunt Griland. in dicta quæst. 2. num. 7. & Choueronius in dicta rubrica de incestu, numer. 6. & infames + hos effici, non quidem ipso iure, sed per sententiam affirmat Turrecremata, in c. coniunctiones, in fi. 35. q. 2.

Quinta pœna + est exilium, & si vilis est ipse incestuosus, verberatio, dicta Authen. incestas. Exilium, + dicitur expulsio a propria patria, vt doctè & copiose differit Franciscus Hotomannus in Commentarijs verborum iuris, in verbo. Exilium, qui explicat differentiam inter Exilium, Deportationem, & Relegationem.

Sexta pœna est + priuatio facultatis testandi, vt tradit Cloueron. in d. rubric. de incestu, num. 8. ex quo enim priuatur ipso iure omnibus bonis, dicitur etiam testandi potestate exutus, cum non habeat, de quo testatur. Et hinc etiam sequitur, + vt nec heres esse possit ex testamento, vel ab intestato, secundum eundem Choueron.

Septima est pœna, ne + possit hic incestuosus esse testis in testamento, vt scribunt Bald. in l. cum acutissimi. num. 11. vers. extra nota, quod incestuosus. C. de fideicō.

&

& Choueron. in dicta rubrica de incestu, num. 8.

60 Octava pœna est, + vt etiam incestuorum filij efficiantur incapaces bonorū patris, nec etiam aliquid ex bonis illis alimentorum causa capere possint. Ita statuit Iustinianus in Athen. ex complexu. C. de incestu nupt. cuius verba hæc sunt. (Ex complexu nefario, aut incesto, seu damnato, liberi nec naturales sunt nominandi, omnis paternæ substantiæ indigni beneficio, nec alantur a patre.) Hæc Iustinianus: qui sic statuit non ob ipsorum filiorum peccatum (nullum enim is commiserunt) sed vt patres in personam filiorum terreatur, sicuti est in crimine læsæ maiestatis. l. quisquis, C. ad legem Iuliam maiestatis. & in specie sic explicat Grilandus in dicto tractatu de pœnis omnifariâ coitus quælt. 2. num. 8. & hæc ipsam + cōprobauit lex Pontificia in cap. referente, qui filij sint legitimi, quod ad rem nostrâ perpendit Decian. in consi. 8, nu. 10.

61 Quod vero de alimentis + statuit Iustinianus, hodie ex æquitate Canonica, quæ etiam in foro Ciuili obseruatur, præstantur alimenta. cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, & tradunt Bar. in d. Athen. ex complexu. Iason in consi. 16. nume. 4. lib. 1. Calcaneus in consi. 59, numer. 10. & in consi. 62, num. 11. Mascilius in singular. 358. Socinus Iunior in consi. 130. nume. 1. libro. 1. Choueronius in tractatu de publicis concubinarijs, in rub. de incestu, nume. 7. Grilandus in dicto quælt. 2. nu. 9. Roland. in consi. 74, num. 32. 8. & 10. lib. 1. & latissime Anton. Corduba, in l. si quis a liberis. §. idem rescriptis ff. de libe. agnoscen.

62 Nona pœna est, ne + possint legitimi ipsi filij ex incestu nati, sed solum dispensari: Ita Choueronius in dicta rub. de incestu, nume. 9. cum enim inter eorum parentes matrimonium esse non potuerit, legitimatio concedi non potest, & ob id restitutio ad pristinos natales, quam facit de his: Princeps, dispensatio proprie appellatur: sicuti copiose scripsi in Commentarijs de præsumptionibus, li. 4. præsumpt. 79. & latissime in consi. 825. libro nono, reddito pro Illustrib. dominis Ioâne Bz-

prista, & Ioanne Stephano de Auria, vbi retuli sex; & triginta huius opinionis Doctores.

64 Decima est pœna, quod incestum + committens cum noue ea, possit a patre exheredari, sicuti statuit Iustinianus in §. causas, in Athen. vt cum de appellatione cognoscitur, & in specie annotauit Boerius in q. 318. nu. 3.

65 Vndecima est pœna, + quod si feudum obtinet, eo priuetur. c. 1. §. ite si fidelis. ff. quibus modis feud. amittatur, Afflict. in dicto c. 1. §. vltimo, nu. 84. Bald. in l. 1. q. 51. ff. de rerum diuisio. Curtius Iunior in tractatu feudorum, parte 4. num. 40. Zafius in epitome feudorum, parte decima, num. 29. & Schraderus in tractatu feudorum, parte nona, cap. 3. num. 1. qui subiungit, procedere etiam, si deinde Papa dispēset, vt possint cōtrahere matrimonium, atque ita contraxerint. Non enim adhuc euitant pœnam amissionis feudi. Itē de simili pœna tradit post Zabarellam Præpositus in c. tanta, numer. 6. qui filij sint legitimi.

66 Extenditur hic casus, vt + locū habeat etiam in incestibus a iure Pontificio introductis & damnatis, sicuti est, quando pater spiritualis cum con. matre vel filia e sacro fonte baptismatis suscepta, se commiscuit, de quo incestu supra in incestu duodecimo, & decimotertio, vt etiam in incestu, qui committitur cum ea, quæ est in quarto affinitatis gradu, iuxta cap. non debet, de consanguinitate & affinitate. Hoc etiā in casu pœnæ a iure ciuili sancitæ locum non habent contra hos incestuosos a iure Pontificio damnatos, vt affirmarunt Signorol. in consi. 25. Zabarell. Abb. 15. & Præpositus in cap. et si necesse, de donat. inter virum & uxorem, Alex. in l. si auia, in fine. C. de successor. edicto. Decius in l. 1. nume. 20. C. de secundis nuptijs, in l. vltima, num. 7. C. vnde legitim. Antonius Rosellus in tractatu de successione ab intestato, num. 105. in cap. 2. numero 3. de testibus, & in consi. 158. colum. 2. Diaz in pract. criminali, capite 84. & ibidem Ignatius Lopez in additionibus. Bellonus in consi. 84. nume. 7. Didacus in epitome de sponsalibus, in secunda parte, cap. sexto, §. 8. num. 18. Villalobos in suis commu-

nibus

nibus opinionibus, in litera N. n. 48. Petrus Loriorus in suo tract. de gradib. affinitatis, axiomatico octauo, & Tiber. Decianus in consi. quinquagesimo octauo, numero 10. lib. 3.

67 Et quidem hæc opinio, + quæ verior & probabilior videtur, duabus his rationibus & argumentis (alijs commemoratis a Decio, in consi. 158. omisis.) probatur. Primo, quæ est lex ipsa ciuilibus diuinare minime potuit de l. Canonica posteriore. Atque ita secundum mentem ipsam iuris ciuilibus sua dispositio se non extendat ad casus inuentos & introductos a iure pontificio: at tamen secundum rationem, vt scilicet is nefarij puniatur, dispositio Ciuilibus adaptatur & conuenit Canonice. Siquidem eadem ratio efficit, vt lex noua recipiat interpretationem ab antiqua & vetere, l. nō est nouum, & l. sed posteriores, ff. de leg. b. l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad legem Falcidiam, vbi Alexand. numero septimo, & gloss. notabilis in l. sciendum, in gloss. ff. qui satisfacere cogant.

Ita hac ratione scripsi supra in casu 499 post Decium in l. 1. n. 13. C. de edend. & alios ibi commemoratos, dispositione iuris Ciuilibus, quod reus cōuentus odio suæ personæ, edere teneatur rōnes & instrumēta actori, habere locum etiam in casu Clem. 1. §. cæterum, de vsuris, contra fœneratorem.

69 Secundo virgere non parum videtur illa consideratio Decij in d. consi. 58. col. 2. vers. his tamen non obstantibus, dum inquit, quod constitutio illa Iustin. in auth. incestus nupt. C. de incestis nupt. loquitur in materia matrimoniali, in qua attenduntur Canones. At qui + verbum, nuptiæ, prolatū a lege ciuili, interpretatur secundū ius Canonicū, quod (vt diximus) in matrimonialibus spectatur. Ergo illa auth. incestus nuptias, intelligitur de nuptijs incestis secundū ius Pontificias. Illa minor propositio probatur auctoritate Io. Andr. in addit. ad Specul. in titu. de successione ab intestato, §. 1. vers. & quia de gradib. qui post Butrigar. scriptū reliquit: quod si statutum + punit contrahentes matrimonium in

70 tertio vel quarto gradu intelligitur gradus secundū ius Canonicū, atque ita statutum, quod est ius ciuile populi, l. omnes populi de iust. & iur. consi. detrauit ius ipsum pontificiū in his matrimonialibus. Et Io. Andr. secuti sunt Alex. in l. si auia, in fi. C. de succ. edic. & Dec. in d. l. 1. n. 10. C. de secū. nupt. Cæterū + hæc Decij consideratio & arg. procedere potest, quādo cōstaret statutum fuisse cōdicū antequā promulgatum esset ius Canonicū, sicuti proprie est casus noster, secus si (vt loquitur Io. Andr.) statutū est conditum post ipsas leges Pontificias. Nā tunc statuētes ipsi præ oculis iā habuerunt ipsos canones & ob id, quod agebatur de matrimonialibus, illos sequi voluerunt.

71 Contrariam + opinionē probarunt alij permulti, nempe Anchar. in consi. 391. Videtur prima facie Gemini. in consi. 71. Calder. in consi. vlt. in tit. de consang. & affinit. Dec. sibi parum constans in consi. 268. nu. 5. Boer. in q. 264. nu. 13. vers. & sic consti. Alciat. in c. cum cōtingat, n. 53. de iur. iur. Foller. in pract. crim. n. 65. Modern. Parisien. in addit. ad Dec. in l. 1. n. 20. in fin. C. de secund. nupt. in l. vlt. n. 7. C. vnde vi, & in consi. 158. Chouer. de publ. cōcubinar. rubr. de incestu, n. 32. Iul. Clar. in pract. crimin. §. incestus vers. quæro, nūquid dispositio & Pe. Anton. Angulo. in consi. 7. lib. 1.

72 Et ij quidem adducti sunt his argumentis. Primo, quia ius ciuile non cogitauit quod statuere voluerint summi Pontifices: cum futura sint Deo tantūmodo cognita. Ergo pœna ab ipsa lege ciuili indicta non extenditur ad incestum a iure Canonico introductum: cum in pœnalibus nō admittatur extensio, c. pœna, de pœnit. distin. 1. Respondet Dec. in d. consi. 158. ad finem vers. & ex isto nouo, hic nō agi de extensione pœnæ: sed de verborū proprietate, quia propriæ hæc nuptiæ incestæ dicuntur secundum Canones, Rectus responderet, ex dictis supra, quod licet lex ciuilibus secundum mentem non se extendat ad deinde disposita a iure canonico, extenditur tamen secundū rationē, ob cuius idēitatem etiā in pœnalibus admittitur extensio, c. 1. §. porro quæ fuit 1. causa benef. amittē. & tradunt gl. & reliqui in l. si quis id, quod ff. de iurisdic. omni. iudic. Et in casu, de quo supra, ex dict. Clem. 1. §. Cæterum, de vsuris, sic respondet Dec. in l. 1. nu. 16. vers. non obstant allegata. C. de eden. Secundo adducitur auctoritas eorū, qui scripserunt dispositionē + dictæ auth. incestus nuptias

73 locum

B

locum habere solummodo in nuptijs proprie incestis ratione & causa consanguinitatis, & non in nuptijs largo modo incestis: cum in pœnalibus fieri debeat stricta interpretatio. Ita sane affirmavit Cypria. Florent. Iacob. de Raven. Cyn. Bald. & Salic. in d. arch. incestas.

Verũ responset Dec. in d. consi. 158. ad si. ver. & sic nõ cadit, quod cum incestu nuptiæ propriæ sint illæ, quæ sunt secundum ius canonicum, in eis locum habet ius civile: cum larga interpretatio, quatenus requirit verborũ proprietatem, locũ habeat in quolibet materia odiosa, & pœnali, vt respõdit Calder. in consi. 1. in fin. de consan. & affinit. quem secuti sunt Arct. in l. cum l. ff. de restã. Dec. in cõf. 5. in fin. & in cõf. 308. n. 3. Gozad. in cõf. 60. n. 23. & Alciat. in respõ. 15. num. 1. secundum impressiõnem antiquam Lugdunensem.

Tertio adducitur argumentum, quod cum text. d. authen. incestis nuptias. sit iuri civili consonans, quod intelligatur de incestu secundum ipsum ius civile, iuxta traditionem Baldi in l. 1. C. qui bonis cedere poss. cum dixit, iura & civilia secundum leges, & iura canonica secundum canones intelligi & interpretari debere. Et scribit idem Bald. in l. si nõdum, ad finem. vers. sed dubitatur. C. de furtis. quod si statutũ facit mentionem sacrilegij, intelligitur de sacrilegio, prout accipitur de iure civili: cum statuta civitatis sint ius civile: sed si esset constitutio Episcopi, intelligitur secundum ius canonicum: atque ira de sacrilegio a lege Pontificia damnato. Id quod tradit idem Bald. in l. si quãdo in fine principij. C. de inoffic. restam. Ita pariter idem Bald. in capit. cum venissent de eo, qui mittitur in poss. docuit, quod si Rex Angliæ iuris mentionem facit, intelligitur de iure ipso Regio. Et Baldũ secuti sunt multi, quos congepsi in comment. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 6. n. 2. Ceterũ responset, & recte Dec. in d. consi. 158. in si. argumentum procedere in materia, in qua leges attenduntur; secus est vbi materia spectat ad Canones, vt scribit Io. Andr. in loco allegato, sup. in 2. argum. qui subiicit quod in successiõibus, in quibus servari debent leges, si statutũ mentionem gradũ facit, intelligi debet de gradibus secundũ

leges, & idem scribunt Bartol. in l. si ania C. de succes. edict. & ibid. Alex. in si. Dec. in l. 1. n. 20. C. de secund. nuptijs in consi. 334. n. 1. & in consi. 444. & egregie Ruin. in consi. 29. lib. 3. Diversam vero est in materia, in qua prævalent canones, vt est in causis matrimonialibus.

Declaratur primò, vt lo cum nõ habeat hic casus, quando sponsalia tantũmodo de futuro cõtracta sunt, nam tunc cessant pœnæ indictæ aduersus contrahentes incestas nuptias. Ita Bald. Iason & relinquunt in l. vlt. C. de condic. sine causa. Imo quo ad ipsum civile pœnens incestas nuptias, requireretur, quod matrimonium sit carnali copula consummatũ, & si necesse de donatio. inter virum & vxor. & ibidem Bur. Abbas, & Præpositus, sic & Bald. Notiel. in tract. de dote, in 17. parte, privileg. 1. num. 1. 2. & 3. Didac. in epitom. de sponsalib. par. 2. cap. 6. §. 8. nu. 20. Iul. Clar. in d. §. incestus. vers. hoc autem.

Declaratur secũdo, vt non habent locũ predictæ pœnæ cõtra minores, qui lubrico quodã ipsius ætatis inceptas nuptias contraxerunt: & deinde maiores effecti ab illis recesserunt. Ita Impp. in d. l. qui contra, C. de incest. nupt. ibi: [sunt ætatis lubrico lapsi &c.] Ceterum huic declarationi repugnare videtur quod tradit glo. in Clem. vnica, in verb. [scilicet,] de consang. & affinita, cum dixit, non puniri eos, qui bona fide ab initio contraxerunt nuptias postea detecto impedimento in ipso cõtractu matrimoniali perseverarunt. Et glossam illam probarunt ibidem Imol. Anchar. num. 5. Et eam appellat auream Felin. in cap. examinata, num. 12. de iudicijs. Et secuti sunt Francus in esp. de hæret. in 6. Didac. in d. §. 8. n. 19. & Iul. Clarus in d. §. incestus, vers. sed pone, quod responderi potest, in casu d. Clem. 1. & gl. ibi puniuntur illi, qui ab initio scienter contraxerunt incestas nuptias: Et ideo si initium fuit bonæ fidei nulla est pœna respectu perseverantiæ: id quod non contingit in casu nostro, in quo etiam ille, qui perseverat puniri debet, & solum initium contractus, non autẽ actũ cohabitationis successiũ ibi considerari, annotavit Anchar. in d. Cle. 1. nu. 5. vers. tertio pro hac.

Declaratur tertio, vt locum non habeant

82 beant hæ pœnæ, quando incestus cõmissus est ignoratiã & errore probabili, iustoque. Nam tunc incestuosus iste excusatur a pœna indicta siue a lege Iulia, siue a constitutionibus punientibus contrahentes incestas nuptias. Nulla enim differentia fieri debet inter ipsam legem Iuliam & constitutiones, jcti Bart. in l. si adulterium cum incestu, n. 9. & 10. ff. ad legem Iuliam de adulter. inter vnam & alteram distinguit, si quidem ita d. l. si adulterium cum incestu, licet Papiniani sit, loquitur secundum aliorum Imperatorum constitutiones. sicuti totus ille titulus, C. de incestis nuptijs, præsertim

83 l. qui contra, illo tit. Ignorantiã itaq; (vt ad rem redeat) probabilis & iusta excusat a pœna incestus, ne scilicet incestuosus excuset vel verberetur, ac ne eius bona confiscentur, & demũ. ne infamia notetur. Ita Barr. in d. l. si adulterium cum incestu, n. n. vers. 3. est pœna, quem secuti sunt Choue. in d. rubr. de incestu, n. 14. vers. Seius. & nu. 17. vers. si vero, & melius n. 17. & 34. Didac. in d. §. 8. h. 21. & 22. Plotus in l. si quando, n. 289. & 290. C. vnde vi. & Iul. Clar. in d. §. incestus, vers. excusatur incestum, & idẽ scribit Ignatius Lopez in additionib. ad pract. crim. Bernardi Diaz, c. 84.

84 Excusatur etiam iusta hæc ignorantiã & error probabilis a pœna amissionis lucri nuptialis, vt scribit idem Barr. qui sup. nu. 11. vers. alia est, quem probarunt Anchar. Clem. 1. nu. 4. de consang. & affinita, & Didac. in epitom. de sponsalib. p. 2. c. 6. §. 8. nu. 22. vers. sed & ignorantia, nõ excusatur tamẽ hæc iusta ignorantia a pœna separationis matrimonij, secundum eundem Barr. prædicto in loco, a quo non dissentiant.

85 Et hæc quidẽ declaratio probatur eo responso Papiniani. in d. l. si adulterium cum incestu, §. 1. ibi. [quia multum interest errore matrimonij illicite contrahatur, an cõtumacia iuris, &c.] Et in §. idem Põllibni, & §. incestu, autẽ & manifestius probat constitutio Impp. Valentiniã, Theodosij, & Arcadij in l. qui cõtra legem C. de incestis nupt. iuncta auth. incestas nuptias, coarct. in d. l. qui cõtra habentur hæc verba.

[Qui contra legum præcepta, vel cõtramãdata, cõstitutionesq; principũ nuptias forte cõtraxerit: nihil ex eod. matrimonio siue ante nuptias donatum, siue deinceps

quoquo modo datũ fuerit, consequatur. Idq; totũ quod ab alterius liberalitate in alterum processerit, vt indigno indignave sublatũ, fisco vindicari sancimus exceptis tã foeminis quã viris, qui aut errore acerrimo, nõ affecto, in simulo, neq; ex vili causa decepti sunt, &c.] His verbis manifesto cõtat, errore iustũ iustaq; ignorantiã excusare cõtrahentes incestas nuptias, ne lucra nuptialia amittant. In cetero autẽ, incestas nuptias, ita legitur, [Incestas nuptias cõtrahentis pœna est confiscatio bonorum tam ceterorũ quam dotis exiliũ etia, & cinguli (si quo potitur) spoliatio, verberatio quoq; si vilis est: foemina quoq; talia scienter peccãt simili pœna subiuganda est.] Ergo a sensu cõtrario, foemina & viri ignoranter cõtrahentes his pœnis non puniuntur. Et vere non solũ ignorantia errorque probabilis excusat a pœna ordinaria, sed etiam ab extraordinaria illiusmet criminis, vt aduertit Barr. in d. l. si adulterium cum incestu, in fine principij.

Ceterũ tora hic versatur difficultas qui iustus error iustaq; ac probabilis dicatur ignorantia? Et quidẽ duplex est ignorantia & error facti scilicet & iuris. Ignorantia & errorque facti excusat, si a iusta causa orti sunt, sicuti significat verba d. l. qui contra ibi, neq; ex vili causa decepti sunt, & scribunt ibid. Bald. & Salic. & Bald. Nonnulli in tract. de dote, p. 11. privileg. 1. n. 8. Porro iusta causa esse potest, si ij contrahentes probent se audiuissẽ a viris probis & honestis, nullam inter eos extare affinitatem & sanguinis coniunctionem iuxta traditionem glossæ, in l. Titio fundus, ff. de cond. & demonstr. cum dixit, excusandum esse illum qui viro bono credidit. Et Accursiũ secuti sunt permulti, quos congepsi in cõmentarijs de recuperanda possessiõne, remedio septimo, num. 17.

90 Iusta etiam causa est, quando in ea civitate & vicinia cõstas erat fama & opinio quod nullũ inter hos cõtrahentes esset affinitatis vinculum. Hæc enim fama excusat a dolo, & consequenter a delicto, vt in specie probe probat. L. si miles, §. mulier. ff. de adulter. & tradunt Guido Papæ q. 301. & Arius Pinel. in l. 2. in 2. parte, nu. 38. C. de rescind. vend. & publicam famam causate errorem facti iustissimum affirmat

- Io. Fabri in §. error, num. 1. Instit. de vsu-  
cap. Comenl. in l. Celsus, num. 4. ff. eo.  
de vsucap. & Bero. in c. de quarta, nu. 20.  
de præscript. Præterea, si impedimentum  
non erat notum, allegari potest ab eo, qui  
contraxit iusta ignorantia, & cum suo iura  
mæto probare, vt scribunt Imola in Cle. 1.  
nu. 7. de conlan. & affi. & ibid. Anch. n. 3.
- 91 Ignorantia t iuris gentium nemine ex-  
cusat ab his pœnis siue vir ille sit, siue mu-  
lier, sicuti respondit Papin. in d. l. si adulte-  
rium cum incestu. §. quare. ff. ad leg. Jul. de  
adulter. cuius verba hæc sunt, [Quare mu-  
lier tunc demum eam pœnam, quam ma-  
res sustinebit, cum incestum iure gentium  
prohibitum admisit &c.] & illo in loco  
annotantur omnes & multo minus excusa-  
tur mulier, quando t incestas nuptias iure  
92 naturali prohibitas contrahit, vt si mater  
filio, vel soror fratri, vt tradunt Bart. in d.  
l. si adulterium nu. 11. Anch. in Clem. 1. nu.  
4. de consang. & affinit. & Didac. in epitome  
de sponsalib. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 22.  
vers. secundo communis: Non enim his  
casibus iustus adest error probabilisq. igno-  
rantia, cum ius naturale & gentium sit om-  
nibus notum.
- 93 Ignorantia t vero errorque iuris civilis  
mulierem ipsam excusat, quemadmodum  
idē Papin. ita in d. §. quare subiungit. [Nā  
si sola iuris nostri, obseruatio interueniet  
mulier ab incesti crimine erit excusata.] &  
paulo post idē Papi. in §. fratres, ibi. [Nam  
& mulieres in iure errantes incesti crimine  
non teneri supradictum est.] Et accedit,  
94 quod t iuris civilis ignorantia excusat mu-  
lierem, quando de damno euitando agitur  
sicuti scribunt omnes in l. iuris ignorantia.  
C. qui admitti.
- Quæ quidem sententia locum habet,  
quouo publice palamque mulier incestas  
95 contraxit nuptias, secus si clam. Non enim  
tunc excusatur, cū t dolo contraxisse præ-  
sumatur. Ita probat, l. vltima, ff. de ritu nu-  
pti. & tradunt Bart. in d. l. si adulterium cū  
incestu, in prin. num. 10. & ibidem Alhet.  
Roma. in sing. 14. & Didac. in epitome de  
spōs. par. 2. c. 6. §. 8. nu. 22. vers. quæ tamē.
- 96 Ignorantia t vero iuris civilis virum ab  
his pœnis non excusat, quemadmodū pro  
ab soluto, habet Papinia. in d. l. si adulteriū  
cum incestu §. 1. ibi. [in contumacia iuris,]

& in §. quare, & in §. nonnunquam, & §.  
seq. dum excipit mulieres, & minores etate.  
Idem probat tex. §. 1. in authen. de in-  
cestis nup. relatus in auth. incestas. C. eo d.  
vt illum explicat Bald. Nouel. in tract. de  
dote, par. 11. priuilegio primo, nu. 10. vers.  
in contrarium. Et passim omnes admir-  
runt virum non excusari hac iuris ignoran-  
tia. Ita sane Bart. in d. l. si adulterium cum  
incestu, in prin. num. 11.

Cæterum Bart. in d. l. si adulteriū num.  
11. in fin. vers. tertia est pœna: scriptum re-  
liquit, pœnam illam corporale & amissio-  
nis honorū aduersus hos incestuosos san-  
xitam a Iustinia. in §. 1. in auth. de incestis  
nupt. qui relatus est in auth. incestas. C. eo.  
tunc solummodo habere locum, quando  
dolose & scienter contractæ sunt incestæ  
nuptiæ, & ob id quæcumq. ignorantiam  
excusare ab hac pœna. Hanc Barto. decla-  
rationem secuti sunt Anch. in Clem. 1. nu.  
4. vers. tertia est pœna; de consang. & affi.  
& Didac. in epitome de sponsalib. in 2. par.  
cap. 6. §. 8. nu. 21. qui eiusdem opinionis re-  
fert Imolam in d. Clem. 1. col. 2. vers. con-  
trarium. Crediderim verius esse in viris  
non requiri hunc dolum, atque ita quod  
scienter incestas nuptias contraxerint. Cum  
Iustina. in d. §. 1. scientiam hanc, sicque do-  
lum requirit in fœminis, non autem in vi-  
ris. Nam ab initio illius §. vsque ad vers.  
muliere, nullam penitus verbum de hac  
scientia quoad viros, contra quos pœnas  
statuit. Deinde in eo vers. muliere, ita di-  
xit Iustinia. [mulieres quoque, si legem  
sciens hanc quidem neglexerit, incestis au-  
tem semetipsū tradiderit, nuptijs, sub eadē  
constituenda pœna.] Et in d. authen. in-  
cestas. ita habet, [fœmina quoque talia  
scienter peccate, simili pœna subiuganda.]  
Nec allegata auctoritas Imolæ ad rem no-  
stram pertinet, cū loquatur Imola de con-  
stitutione illa Clementis in d. Clem. 1. de  
consang. & affinit. quæ manifeste scien-  
tiam in viris incestas nuptias contrahen-  
tibus requirit.

97 Hactenus de pœnis a iure civili aduer-  
sus incestuosos in dictis discernimus. Nūc  
super est dicendū de pœnis t a iure Pont.  
fancitis. Quæ quidē in re distinguo pariter  
duos casus, vt in specie distinguit Bermō.  
Choueron. de publicis concubin. rub. de  
incestu,

- incestu, num. 16. vers. de iure canonico.
- Primus est, quando crimen incestus fuit  
commisissim sine colore & figura matri-  
monij: sed solum per modum fornicatio-  
nis. Hoc sane in casu multæ indictæ sunt  
pœnæ.
- 98 Prima, quarum est contra laicum in fo-  
ro conscientia, vt t vxore sua mortua nō  
poterit cum alia contrahere. Ita Choue-  
ron. in d. rubr. de incestu, num. 17. vers. sic.  
si vero incestus, qui citat integrum illum  
titulum de eo, qui duxit in matrim. quæ  
polluit per adulterium.
- 99 Secunda est pœna contra hunc laicum  
vt t petere minime possit sibi reddi con-  
iugale debitum a propria vxore, cuius con-  
sanguineam constuprauit. Ita Choueron.  
præcitato in loco ex text. c. si qui cum ma-  
tre. 35. q. 2. qui mihi non probat.
- 100 Tertia est pœna, vt t dicatur excommu-  
nicatus, c. clerici de excess. prælato. & ibi-  
dem Abbas, Choueron. vbi supra.
- 101 Quarta est pœna contra clericum, qui t  
incestum commisit, vt pœnitentiam de-  
cennalem agat, ca. presbyter. 82. dist. vel  
septem annorum, iuxta ca. hoc ipsum. 33.  
q. 2. Et tradunt Choueron. in d. rubric. de  
incestu, num. 189. subiungit incestum qua-  
lificatum, vt ille perpetratus cum matre,  
vel alia ascendente: vel cum filia, aliave  
descendente, præter prædictam pœniten-  
tiam puniri arbitrio sacerdotis aliqua pœ-  
na peregrinationis, vel ad limina Beati  
Petri, vel ad Hierosolimitanæ, vel beati  
Iacobi Compostellani.
- 102 Quinta pœna t indicta contra clericū,  
qui incestum qualificatum, commisit, vt  
puta si cum incestu mixtum sit adulteriū  
vel stuprum pœna est, vt deponatur & pri-  
uetur omnibus ecclesiast. officijs & bene-  
ficijs, sicuti probant a fortiori cap. si quis  
presbyter, ca. si quis sacerdos, & c. si quis  
clericus, 81. dist. qui pro adulterio commif-  
so a clerico hanc imponunt pœnam, vt in  
specie incestus sic affirmarunt Abbas, &  
reliqui, in c. & si clerici, §. de adulterijs, de  
iudicijs. Choueron. in dicta rubric. de ince-  
stu, num. 19. 20. & 21. Grilandus de pœnis  
omnifariam coitus, q. 2. colum. 1. Decius  
in consil. 158. eol. 2. Maiolus in tractat. de  
irregularitate, c. 39. n. 1. & Didacus in epi-  
tome de sponsalibus, parte 2. ca. 6. §. 8. n. 3.

103 Sexta est pœna t contra presbyterum  
& clericum, qui filiam spirituale, vel com-  
matrem carnaliter cognouit, vt puniatur  
pro iudicis arbitrio. Ita sentit Choueron.  
in d. rubr. de incestu, num. 14. in fine.

Secundus est casus, quando commissus  
est incestus sub figura & colore matrimo-  
nij. Hoc etiam casu multæ impositæ sunt  
pœnæ a iure ipso Pontificio.

104 Prima quartum est, quod t incestuosi  
sint ipso iure excommunicati, c. de his, q. 3  
& manifestius in Clem. 1. de consang. &  
affinit. Gemina. in cons. 71. Choueron. in  
d. rubr. de incestu, nu. 16. vers. de iure ca-  
nonico, Julius Clar. in practica Criminali  
§. incestus, vers. præterea incestus.

105 Secunda est pœna, vt t separetur To-  
rus, toto titulo de consang. & affinit. &  
manifeste in d. Clem. 1. eo tit. & scribunt  
ibi omnes. Choueron. in d. rubr. de ince-  
stu, num. 16. in fin.

106 Tertia est pœna ne possint ij incestuosi  
cum alijs contrahere matrim. ca. qui pro-  
pinquam. 35. quæst. 2. & tradit Choueron.  
vbi supra nu. 17. qui subiungit, quod si ij  
ignoranter contraxerunt, vel eorum alter  
tantum separatio quidem matrimonij fit;  
sed tamē puniuntur sola pœna arbitraria.

107 Non est quod sic explicem, an t hoc  
crimen incestus sit mere ecclesiasticum,  
vel seculare, vel mixtum. Quæ de rescri-  
bunt Choueron. in d. rubric. de incestu,  
num. 33. O fascus in decis. 103. & Decian.  
in Tract. Criminali, lib. 4. cap. 17. num. 7.  
vbi etiam de crimine adulteriij.

## CASVS CCCCIII.

Impensa quando & a quo facta dica-  
tur, & de ipsius impensæ  
quantitate.

## S V M M A R I A.

- 1 Impensam factam esse euidencia facti de-  
monstrat. Vel naturæ rei. num. 2.
- 3 Impensam a se factam allegans probare  
debet.
- 4 Impensam ab aliquo factam esse quibus mo-  
dis probetur. num. 6.
- 5 Testis domesticus admittitur in proban-  
da impensa facta in domo.

- suram, cap. placuit. 1. & 2. ca. monachi. 16. 10  
 2 quæst. 1. Et certū est, Pontificem ꝛ ipsum non posse a voto absolueri sine iusta causa, c. non est vbi glos. de voto. & arguēdo de matrimonio temporali ad spirituale, quod ꝛ iure receptum est, vt post alios scribit Euerardus in centuria legali, in loco a matrimonio carnali ad spirituale.
- 4 Porro matrimonium ꝛ temporale separari non potest a Pontifice, sine iusta causa, c. ex publico. de conuers. coniuga. & tradunt multi quos congesi in commentarijs de præsumptionibus lib. 2. præsumpt. 10. num. 37.
- Ergo pari ratione non potest Pontifex separate matrimonium spirituale, quod quodammodo contraxit regularis iste cū monasterio, quod est ingressus: Ita in d. præsumpt. 10. nu. 35. scripsi, Papam ꝛ posse iusta de causa dispensare, vt monachus exeat e religione, & vxorem ducat: sicuti aliquando fuisse dispensatum illo in loco annotauit.
- 6 Cæterum quando iusta subest causa nõ solum Pontifex ipse, sed etiã solus ꝛ Prælati ipsius regularis potest hanc facultatem concedere, sicuti a sensu contrario probant iura ipsa commemorata. Iusta ꝛ autem quæ sit causa dubitari solet? Et quidem dicimus, aliquas esse a iure expressas: vt si pro monasterij vtilitate regulatis esse & habitare permittatur, d. cap. monachi. etiam si vtilitas esset indirecã ipsius monasterij, vt puta, quod sit regularis iste procurator patroni ecclesiæ, vel alicuius Epifcopi, aut amici, qui proficit, vel prodesse possit monasterio. Ita Innocen. in cap. cū I. & A. de re iudicata. Et Nauarr. in cap. non dicatis num. 72. 12. quæst. 1.
- 8 Est etiam iusta ꝛ causa studij, & a fortiori docendi facultas regulari scientia licitas, argum. ca. non magnopere, ne clerici vel monachi, & ca. 2. eod. tit. in 6. Nauarr. qui supra.
- 9 Iusta ꝛ alia causæ iure non diffinitæ iudicis arbitrio relinquuntur, secundū Nauarrum vbi supra. Ita in simili diximus supra in casu 267. quod præter illas quatuor decim causas enumeratas a Iustiniano in §. aliud quoque capitulum, in authent. vt cum de appella. cognos. alia etiam sunt, quæ vt a lege non determinatæ iudicis ar-

bitrio relinquuntur. Moniali ꝛ vero concedi non potest facultas viuendi extra monasterium quamuis ex causa, nisi secundū constitutionem Pij V. relatam a Nauarro vbi supra.

11 Nunc discernendum est de iusta causa, qua ꝛ permitti potest, vt regularis viuens extra monasterium, si aliquid acquirat, sibi & non monasterio acquirere possit? Et vere maior iustiorque causa hæc esse debet quam illa, quæ in præcedenti casu requiritur. Non enim illa sufficit in casu nostro: sicuti manifeste docuit Nauarrus in d. c. non dicatis. num. 72. vers. 3. quod sola iusta, qui ea vsus est ratione: quia maior ꝛ effectus maiorem causam requirit.

12 Et in simili dicimus, maiora grauioraque verba esse necessaria, vt contracta dicatur societas omnium bonorum quam vnus negotiationis vel rei tantum, vel solius lucri. l. societas coiri. ff. pro socio.

Potest hic annexi similis disputatio, quæ iusta dicatur causa, qua summus Pontifex possit dispensare contra votum perturbatis a religioso factum, vt scilicet ipse religiosus sit verus alicuius rei pecuniariæ dominus?

13 Hac in re pro constanti præsupponitur, Pontificem ꝛ posse ex iusta causa contra hoc votum dispensare. Ita sane glos. in c. cum ad monasterium, de statu monacho. & ibidem Innocen. & Abbas nu. 21. Caietanus in 2. 2. quæst. 88. art. 11. Decius in consil. 530. in fine, reiecta opinione diui Thomæ in art. 11. Ea ratione ij moti sunt: quia votum religionis substantiam recepit summi Pontificis auctoritate. Ille ergo, qui tribuit, auferre etiam potest. Quæ vero sit hæc iusta causa sic dispensandi ambigitur. Hoc non explicant Doctores, nec iure legi determinatum ea propter iudicis arbitrio relinquendum erit.

14 Cæterum ꝛ a prædictis dissentit Nauarrus in c. non dicatis. 12. quæst. 1. num. 49. qui dixit, nullam iustam causam excogitari hic posse: Cum cuiuslibet necessitati occurrere & satisfieri possit, concedendo dominium non primi, sed secundi generis, hoc est administrationem illam, quam summus ipse Pontifex habet a DEO Opt. Max. de rebus Ecclesiæ, de quibus ꝛ potest tamquã administrator disponere sine

vlla

vlla obligatione reddendi rationem alicui humano Principi. Et inquit Nauarrus suam hanc considerationem placuisse Pio V. Pontifici Maximo cum aliquando eius sanctitati incidenter hoc dixisset. Et mihi etiam vere non displicet, tametsi quoad effectum nil differre mihi videatur, quod talis sit administrator, vel verus dominus:


16 Diffiniri etiam hic potest, quæ iusta ꝛ dici possit causa iusta, qua possit Pontifex dispensare super voto castitatis monachi & regularis, Pontificem posse sic dispensare receptum est ab omnibus, sicuti scripsi in commentarijs de præsumptionibus lib. 2. præsumpt. 10. num. 35. Et accedunt Nauarrus in d. c. non dicatis num. 49. Iustam autem causam esse dicunt præcitati interpretes, vt si Rex aliquis infidelis vellet redire ad fidem cum toto suo regno, si posset ducere in vxorẽ filiam alterius Regis iam monialem. Nam credendum est, inquit Abbas in c. cum ad monasterium, num. 21. de statu monach. hoc Deo placere magis quam vnus hominis continentiam. Cum Saluator ipse noster corpus suū morti exposuerit pro humano genere, vt illud redimeret. Alia possunt esse iustæ causæ, quæ cum a lege diffinitæ non sunt, iudicis prudentis arbitrio relinquuntur. Ita etiam determinati possunt iustæ illæ causæ, quibus permissum est Pontifici Maximo, vel alteri Principi similes facere cõcessiones, quas enumeravi in dicta præsumptione 10. Et similes casus recenset. Nauarrus in dicto cap. non dicatis, num. 50. Et multis sequentibus.

## CASVS CCCCCV.

Solennitas extrinseca in instrumento non enunciata quanto tempore præsumatur adhibita solo temporis cursu sine possessione. & titulo cū magno præiudicio agitur.

## SUMMARIUM.

1 Solennitas extrinseca in instrumento nõ expressa, quatenus præsumatur.




ONGA & egregia est disputatio illa de præsumenda & non præsumenda solemnitate intrinseca & extrinseca alicuius actus quam diligentissime absolui in commentarijs de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 132. vbi inter alia num. 54. vers. quartus est casus, commemoravi casum illum, quando solennitas extrinseca non fuit enunciatã in instrumento, & adest solus temporis cursus sine possessione, vel quasi, & agitur de magno præiudicio inter ipsos contrahentes, vel eorum successores, quorum alter affirmat adhibitam fuisse solennitatem, alter vero negat. Et illo in loco retuli quinque Doctõrum opiniones, quarum vltimam esse dixi ibi num. 60. hoc totam iudicis arbitrio relinquit. Huius sane opinionis scripti fuisse Innocentiam, Hostiensem, Ioan. Andreæ, Butrium, Comensem, Alexandrũ Socinum Iuniorem, & Crauetanũ.

## CASVS CCCCCVI.

Temporis cursus qui requiratur, vt conductor, finita conductione perseuerans, reconduxisse dicatur.

## SUMMARIUM.

- 1 Conductor finito tempore in conductione perseuerans per aliud tempus reconduxisse præsumitur, et quantum tempus requiratur vt id voluisse videatur num. 2.
- 3 Conductor non volens manere in tacita conductione quid agere debeat.
- 4 Præstatio declaratoria sufficit in his que ab animo pendent.



VANDO conductor finito conductionis tempore in ea perseuerat per aliud tempus præsumitur reconduxisse. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati, & latissime explicauit in commentarijs de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 85 & ali-

& aliquo etiam scribit Anton. Gómez, in Comment. variarum resol. to. 2. c. 3. de locatione & conduct. nu. 15.

- 2 Cæterum dubitari solet, quod tempus requiratur, ut is conductor dicatur voluisse reconducere? Et quidem Bart. in d. §. qui impleto. num. 12. scriptum reliquit, hoc non esse iure diffinitum, sed relinqui arbitrio boni viri, hoc est iudicis, ut apertius explicauit Gomezius in d. c. 3. de locatione & conduct. num. 15. versic. quæro tamen: qui subiungit, optimum esse consilium, quod conductor qui non vult remanere in hac facita conductione, protestetur & declaret voluntatem suam circa tempus futurum ante finem contractû. Et hanc animi sui declarationem intimari faciat locatori. Cum in his, quæ ab animo pendunt, sufficiat protestatio declaratoria, ut in specie scribunt Bal. in l. i. §. vltim. ff. de eo. qui pro tutore vel curatore, & Iaf. in l. si quis nec causam. §. vltim. ff. si certum petat.

## CASVS CCCCVII.

Conductor quos fructus percipere potuerit ex prædio urbano, quod maioris est redditus vna parte anni quam altera.

## SUMMARIUM.

1. Fructus si vna parte anni maiores percipiuntur quam altera, eorum quantitatem perceptorum æstimare arbitrariū est.

**N**on petegregia illa disputatione, quam explicauit in Commentarijs de præsumptionibus, lib. 3. præsumpt. 65. [quando scilicet conductor finito conductionis tempore persistendo in re ipsa conducta præsumatur eam reconduxisse,] incidit casus iudici arbitrarius, sicuti illo in loco, numero vndeecimo, in fine, retuli ex sententia Fulgosit in l. item quaeritur. §. vltimo, ff. locati. cum dixit esse relinquendum iudicis arbitrio, quos fructus plus vno quam altero tempore percipere potuit condu-

ctor ex prædio urbano cuius fructus maiores vna anni parte quam altera percipi solent.

## CASVS CCCCVIII.

Viuere quandiu quis credatur atque præsumatur,

## SUMMARIUM.

1. Vitæ longitudo iudicis arbitrio æstimanda relinquitur.  
2. Vitæ longæ terminus est centum annorum.  
3. Intellectus. l. an usufructus. ff. de usufr. & l. si usufr. 2. ff. de usufr. leg.  
4. Populus quomodo semper idem manere dicitur.



**N**on Commentarijs de præsumptionibus lib. 6. præsumpt. 49. explanavi controuersam illam disputationem, quæ diu homo viuere præsumatur, & retuli quinque Doctorum opiniones: postremam esse dixi, ut relinqueretur iudicis arbitrio. Ita sane illo in loco, num. 28. probaui opinionem Cagnoli in l. si emancipati. nume. 92. in fine. C. de collatio. tribuentis hoc iudicis arbitrio. Existimo tamen iudicem æstimate arbitrarij. minime posse vel debere, hominem viuere ultra centum annos: cum centum annorum cursus. ita sit longæ vitæ terminus. l. an usufructus. ff. de usufr. & l. si usufr. 2. ff. de usufructu leg. vbi Gaius respondit, usufructu civibus relicto extingui cursu hoc centum annorum. Et si enim populus qui sexcentis (ut ita dicam) ab hinc annis erat; etiam nunc sit. l. proponebatur. ff. de iudi. quod responsum explicat Alex. ab Alexand. in lib. 3. dierum Genial. cap. 1. attamen ciues ipsi. quorum causa relicta est usufructus ne is semper sit inutilis, nil plus centum annis viuere posse creduntur. Ita Gaij responsa intelligo, non autem quod ciuitas ipsa tanti temporis cursu, tanquam senio confecta intereat, ut existimauit Petrus

Fabri

Fabri in lib. 1. Semestrium cap. 8. qui multis docuit exemplis, ciuitates interdum extingui & morte quodammodo obire.

## CASVS CCCCIX.

Conditio posita in substitutione fidei commissaria si hæres efficitur sacerdos, an extendatur ad casum, si is hæres decesserit sine liberis.

## SUMMARIUM.

1. Conditio hæc, [Si hæres meus efficitur sacerdos, &c.] extendatur ad eum casum, si sine liberis decesserit n. 2. 3. 5.  
4. Sacerdos quis esse potest, & tamen filios relinquere legitimos.  
6. Status causæ coniecturalis in arbitrio iudicis relinquitur.



**C**RAVIS est disputatio inter Doctores, [an conditio hæc, si hæres meus efficitur sacerdos, post eius mortem testatur hæreditatem Caio:] extendatur ad casum, si is hæres decesserit sine liberis? Hanc controuersiam explicavi in commentarijs de præsumptio. lib. 4. præsumpt. 73. num. 4. versic. ex his intelligimus, quo loci commemoravi tres Doctorum opiniones: quarum prima est Alexan. in consil. 100. lib. 4. qui respondit extensionem admitti, propterea quod eadem est ratio tam in vno quam in altero: cum testator adiecit dicatur conditionem hæc sacerdotij, propter filiorum defectum, qui casus similis est (inquit Alexan.) & eandem rationem habet, cum hoc si sine liberis decesserit, & prædicto in loco scripsi Alexandrū secutos esse Decium in consil. 227. num. 10. Gratium in consil. 21. lib. 2. Boer. in quaest. 354. colum. penult. versic. 2. quod si testator. Crauet. in consil. 59. num. 5. Cæphal. in consil. 166. nu. 49. & Decia. in consil. num. 91. lib. 1. quos retuli in eodem lib. 4. de præsumptionibus, in præsumptione 185. num. 33. dum proposui hanc disputationem, an conditio vo-

luntaria per æquipollens impleri possit. Secunda est opinio Ruini & Iasonis in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de liberis & posthum. ille in r. lectura, num. 68. iste num. 42. qui scripserunt, in eo non admitti hanc extensionem. Et hoc securus est Alciat. in d. §. & quid si tantum in 2. lectura, nu. 43. & in lib. 3. de verb. sign. nu. 28. Nam (dixerunt) efficacem non esse rationem illam Alexandri: Cum alia de causa moueri potuerit testator. Potest etiam esse quod quis efficitur sacerdos, & tamen relinquat filios legitimos, quos ex matrimonio iam ante clericatum suscepto ratiocinanti contigit in Francisco Sfrondato qui antequam promoueretur ad ordinem sacros, & deinde ad Cardinalatum uxorem duxerat, & ex ea suscepit Nicolaum filium, qui deinde creatus fuit Pontifex Max. & Gregorij 14. nomen obtinuit.

Tertia est opinio Galliaula in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, num. 28. & in fin. & num. 29. qui dixit hoc totum relinqui arbitrio iudicis, qui considerabit, an verisimile sit, testatorem considerasse hunc effectum. Et Galliaula opinio mihi satis placuit in d. præsumpt. 73. num. 4. in fin. Et quidem omnis causæ status coniecturalis in iudicis arbitrio positus est, l. voluntatis quaestio. C. de fidei com. & ibidem Antonius Padilla num. 1. 2. & num. 7. qui aliquot casus refert, & alios commemorauit supra in cas. 165. num. 1.

## CASVS CCCCX.


Causa iusta qua dicatur reuocatum primum testamentum, in quo adiecta fuerat clausula derogatoria ad alia futura testamenta.

## SUMMARIUM.

1. Testamentum primum habens clausulam reuocatoriam quomodo censeatur reuocatum.  
2. Testamentum reuocandi iuste causæ quæ sint.

ETSI





**E**TSI primum testamē-  
tū habeat specialem  
clausulam derogato-  
riam ad alia futura te-  
stamenta: attamen t  
censetur reuocatum  
per secundum testa-  
mentum, in quo generalis tantum men-  
tio primi facta sit: si modo post ipsum pri-  
mum testamentum superuenit aliqua cau-  
sa, ex qua præsumi possit mutatio prioris  
voluntatis. Ita scribunt multi, quos con-  
gessi in commentarijs de præsumptioni-  
bus, lib. 4. præsumpt. 166. num. 38. quo  
loci dixi, iustam esse causam, t quando  
inter hæredem & ipsum testatorem super-  
uenit inimicitia. Idem, quando post pri-  
mum testamentum decessit filius hæres in  
eo institutus, cuius contemplatione testa-  
tor fecerat illud testamentum: sicuti So-  
cini Junioris, annotaui in præsumpt. 166.  
num. 38. in fine. Caterum Socin. Sen. in l.  
si mihi & tibi, §. in legatis. colum. vltim.  
de leg. 1. docuit, alias causas considerari  
posse, quas iudicis arbitrio relinquendas  
esse dixit. Et Socinum secutus est Didac-  
cus in rub. extra de test. in 2. par. num. 19.  
Versic. quinto ex præmissis.

## CASVS CCCCC XI.

Eligentes indignum, quando eligendi  
facultate priuetur.

## SUMMARI A.

- 1 Elector eligens indignum scienter eligendi facultate priuatur, num. 3. Secus si ignoranter, num. 6.
- 2 Patronus scienter indignum presentans suo iure priuatur.
- 4 Privilegio scienter male vtens, priuatur.
- 5 Beneficio Principis male vtens priuari debet.
- 7 Deliquisse non dicitur qui animum delinquendi non habuit.
- 8 Index nulliter iudicans iudicandi facultate non priuatur.
- 9 Eligens indignum an talem elegisse præsumat scienter, n. 10. & 11.



**D**ISPUTATIO est satis egregia, an qui eligendi aliquem ad munus & officium ecclesiasticum facultatem habet, si indignū eligit, priuetur ea eligendi facultate. Distinguendi sunt tres casus. Primus est, quando t elector scienter indignum elegit. Hoc sane casu priuatur elector ipse ea facultate eligendi. Ita sancitum est in cap. cum in cunctis, §. vlt. de elect. & in cap. quanto, eo. titu. in 6. & annotarunt Abbas & Decius in d. §. vlt. num. 1. & idem Dec. in consi. 522. nu. 7. Ripa in versu. 32. num. 4. & in tracta. de pelle. in tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem, num. 197. Idem in parono t qui indignum presentat, vt respondit Barba. in consi. 33. lib. 2. & secutus est Decius in d. §. vlt. num. 1. Idem t est in electionibus officiorum laicorum, secundum Bal. in cap. venerabilem, de electio. Abb. in d. cap. cum in cunctis, §. 1. & in cap. per inquisitionem in vlt. notab. eo titu. de electio. Tiraq. in comment. ad l. boues, §. hoc sermone limit. 1. num. 43. de verb. signif. Petr. Auenda. in tract. de exequen. mandat. in 1. parte, cap. 19. nu. 22. & Melchior Pala. in tractat. de maioratu in 1. p. quæst. 19. num. 1. in fine.

Ita dicimus, quod habens t priuilegium, ad aliquid faciendum, si eo male vtitur scienter, priuari debet, c. priuilegiū, 11. q. 3. vbi confert l. Iudæos. C. de Iudæis, & accedit, l. eos, C. de aquædu. li. 11. sic dicitur eum t priuari beneficio & liberalitate principis, qui ea male vtitur scienter: incuti quando vasallus male versatur in feudo, eo sane priuatur. Ita Moder. Parisien. in consuetud. Paris. §. 30. num. 166. quem declarat Iul. Clar. in §. feudum. q. 56. & scribit Corbulus in tract. de iure emphytheutico. tit. de causa priuationis ob rei deteriorationem.


Secundus casus est, quando eligens ignoranter male eligit, vt quia nescit, an electus ille indignus sit ea electione. Hoc casu t sic eligens non priuatur ipsa eligendi facultate. Ita scribunt præcitati Doct. in dict. c. cum in cunctis §. 1. Bal. Abb. Dec. & reliquis supra commemorati. Et ratio est

## CASVS CCCCC XII.

Tutori & curatori quando salariū  
constitui & præstari debeat: & de  
ipsius salarij quantitate.

## SUMMARI A.

- 1 Tutor vel curator ob gestam tutelam vel curam petere non potest salariū, quod ab initio sibi non potest constitui, nisi magna equitas subste. n. 4.
- 2 Procurator & Syndicus salariū quod ab initio sibi constitui non fecit, petere non potest pro tempore præterito, pro tempore futuro potest, num. 8.
- 3 Famulus quando mercedem petere non possit.
- 5 Tutori vel curatori iudex absque causa salariū constituere non tenetur, potest tamen, num. 6. vbi vero causa subest tenetur, num. 7.
- 9 Fratrum vnus communis negotiorum plus laboris & periculorum subiens quando maiorem portionem cō. equatur, n. 10.
- 11 Tutori vel curatori ob quas causas salariū debet constitui, num. 12. 13. & 15.
- 12 Officium proprium nemini debet esse damnosum.
- 14 Baluio vbi & quare constitutum salariū.
- 16 Salariū tutoris & curatoris quantum, qua ratione cōstitui debeat, n. 18. & 19. Itē salariū procuratoris aduocati & famuli, quatenus & quantum, n. 17. & 20.
- 19 Leges & consuetudines aliarum regionum considerandæ.



**E**LEBRIS & magna est inter Doctores  
disputatio & cōtrouer-  
sia, an tutori & curatori  
pro tutelæ & curæ ad-  
ministracione constitui  
debeat salariū? Hac  
de re plura scripsi in consi. 228 lib. 3. quod  
a me verè fuit redditum: etsi etiam Iy-  
berij Deciani compatriis & collegæ tunc  
mei nomine conscriptum dixerim. Nunc  
noua vtrius distinctione, vt rota hæc tracta-  
tio clarius & planius explicetur. Distin-  
guo itaque tres casus.

C Primus

7 est, quia non dicitur hic eligens deliquisse: cum delinquendi animum non habuerit: & ob id cum sua illa electio reddatur solummodo nulla: ipse non dicitur priuatus eligendi facultate, vt scribunt Felin: in c. ex tenore. colum. 2. de rescript. l. as. in l. 4. §. condemnatum. n. 30. ff. de re iudi. & ibidem Ripa n. 45. Petrus Peralta in l. vnū ex familia, §. sed si vno, num. 3. de lega. 2.

8 Ita dicimus iudicem, t qui nulliter iudicauit, non priuatur facultate iterum de causa illa iudicandi, l. si vt proponis la. 2. C. quomo. & quan. iudex. & scripsi supra lib. 1. q. 67. n. 2.

9 Tertius est casus, quando sumus in dubio, an t scilicet eligens sciuerit, vel ignorauerit, a se electam esse indignum. Hoc in casu docuit Barto. in l. si patronū vbi etiam Bald. & Albe. ff. de confirma. tuto. præsumi eligentem indignum scienter elegisse & consequenter priuari eligendi facultate, & Bart. secuti sunt. Dec. in d. c. cum in cunctis, §. vlt. num. 1. de elect. & alios refert Peralta Hispanus in l. cum quidam, n. 3. de lega. 2.

Verum opinionē hanc improbauit Petrus Peralta Hispanus in d. l. cum quidam, num. 3. de leg. 2. qui dixit, non præsumi, quod elegens eligerit scienter indignum. Et duram & rigidam ac contra rationem & æquitatem hanc Barto. traditionem esse dixit Melchior Pala. in d. q. 19. q. 3. Cum in dubio sumenda sit semper interpretatio benignior, l. proxime. ff. de his quæ in testam. delent. & l. ea quæ, §. in re dubia. ff. de regu. iur. Et delictum non præsimitur, l. merito. ff. pro socio. & scripsi copiose in comment. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2.

11 Quocirca Palæz præcitato in loco scriptum reliquit, iudicis t arbitrio esse relinquendum, an is eligens præsumat sciuisse electum illum fuisse indignum, si enim electus ille semper fuit in eadem ciuitate & loco, vbi exiit & eligens, & electus ita deliquit, & verisimile sit eligentem id resciuisse: præsumptio est, quod sciuerit illum elegerit, si vero is electus absuit, vel secreto ita deliquit, vt probabile sit, electum ignorasse, præsumentum erit, quod ignoranter elegerit.

Primus est quando agitur de salario ob  
iam gestam tutelam, vel curam, cuius no-  
mine & causa nil vnquam tutor ipse vel  
curator petijt. Hoc sane t̄ casu nullum  
pr̄stari debere salarium scribunt Feder.  
de Senis in consil. 118. num. 2. Alexandr.  
in consil. 109. num. 1. & 2. lib. 6. Guido  
Papæ q. 68. & manifestius Socin. sen. in  
consil. 196. col. vlt. lib. 2. Et secundum hanc  
traditionem iudicauit consilium Neapoli-  
tanum, vt restatur doctiss. Vincentius Frá-  
cus in decis. 122. nu. 1. & 2. Et hos secutus  
sum in d. consil. 228. nu. 37. lib. 3. Quo loci  
scripsi huius traditionis rationē esse, quod  
tutor vel curator nil petendo remittere &  
donare videtur. Ita dicimus procuratores  
t̄ & syndicos petere non posse salariū pro  
tempore præterito, quando ab initio nullū  
sibi fuit constitutum, l. qui mutua. §. sala-  
riū ff. mand. & l. salariū. C. eo. & scripsi in  
d. consil. 228. n. 6. vbi n. 4. & 5. idem dixi,  
de famulo t̄ & famula, quando non cōluc-  
uerunt eorū operas locare. Et de alijs Gui-  
do Pa. q. 68. col. 2. & Granuti Theor. 12.

Declaratur tamen hic casus, vt locum  
nō habeat quādo t̄ magna subest æquitas,  
qua pro bono & æquo æstimat iudex præ-  
stari debere hoc pro iam acta administra-  
tione salarium. Ita post Socin. Sen. in d.  
consil. 196. col. vlti. Rebuffum & Frider.  
Scotum scripsi in d. consil. 228. n. 38.

Secundus casus est, quando agitur de sa-  
lario ob futuram tutelæ vel curæ admi-  
nistrationem, & nulla iusta subest causa  
constituendi aliquod salarium. Hoc sane  
casu, t̄ non cogitur iudex constituere ali-  
quod salarium ipsi tutori vel curatori,  
cum hoc sit munus personale absque detri-  
mento & erogatione sui patrimonij, l.  
1. ff. de munc. & hono. Est tamen t̄ in  
ipsius iudicis potestate & facultate id fa-  
cere. Ita Bart. in lege in eos. in fin. ff. de  
tutelis. & in lege a tutoribus §. vlti. ff. de  
adm. tuto. & in l. 1. §. vlt. in fi. ff. mand. cū  
dixit, quod tutori potest constitui sala-  
rium a iudice. Hoc enim tribuit Bart. po-  
testati iudicis, & ob id nō subijcitur iuris  
necessitati, iuxta l. nō quidquid. ff. de iud.  
Et apertius respondit Corneus in consil.  
62. num. 9. lib. 4. qui dixit, non esse iure  
cautum, quod tutor petere possit salariū  
sibi constitui: licet id facere valeat iudex

pro sui facultate & arbitrio. Hunc casum  
& ego ipse probaui in d. consil. 228. n. 9. & 10.  
n. 4. lib. 3. Ita etiam Guido Papæ q. 68.  
col. 1. vers. verum nisi. & Granutius  
in d. Theoremate 12. n. 3. Cum enim nul-  
la subest iusta causa, hoc tribuunt faculta-  
ti & potestati iudicis: quia alioqui, si iusta  
adest causa, cogitur iuxta legem debere salarium  
constituere, vt mox dicemus.

Tertius est casus, quando agitur de sa-  
lario ob futuram tutelæ, vel curæ admini-  
strationem, & iusta adest causa constituen-  
di salarium. Hoc in casu t̄ salarium con-  
stitui & præstari debere scribunt Bart. Bald.  
& alij multi, quos retuli in d. consil. 228. n.  
24. & in consil. 370. nu. 4. lib. 6. Ita etiam  
respondit Castren. in consil. 302. et ad bene  
examinandum dubia, num. 7. lib. 1. cum di-  
xit, salarium decerni debere tutori pau-  
peri et inopi non habenti vnde se alere  
possit. Ita etiam Iodocus in pupillorū pa-  
troci. in tit. de tuto. et curato. munere, c. 1.  
n. 7. et 18. Simōcellus in trac. de decreto, in  
præfat. n. 69. Lucas de pretiosis in cōs. 114  
inter consilia vltimarum voluntatū, tom.  
1. Vincentius Francus in decis. 122. n. 3. et  
Petr. Io. Ancharan. in questionib. famil.  
lib. 2. q. 61. n. 7. et 8. Granut. in d. Theo-  
rema. 12. n. 3. sic et glos. in l. C. de præben.  
sala. lib. 10. scribit, quod licet nemini ex pu-  
blico constitui debeat salariū: attamē de-  
bet cōstitui, quando iusta subest causa.

Idem dicimus, procuratori t̄ et syndico  
constitui debere salarium pro tempore fu-  
turo, ne eorum officium sit eis damno-  
sum, vt scripsi in dicto consil. 228. num.  
20. et accedunt Natta in consil. 376. num.  
6. libr. 2. et Granutius in d. theoremat.  
12. num. 7. et 8.

Ita dicimus, quod t̄ si vnus fratrum obi-  
uit maiorem laborem et pericula causa cō-  
munis negationis debet etiam loco quo-  
dammodo salarij habere aliquam maiore  
portionem, vt scripsi in dicto consil. 228.  
num. 30. post Petrum Vbaldum. Romā.  
et alios plures, et tradit Granut. quē mox  
referam post Nattam. Si tamen t̄ hic fra-  
ter viuo adhuc communi patre operam et  
indultriam suam impendit, nullum con-  
sequi debet salarium, vt respondit Natta  
in consil. 376. num. 5. et sequitur Granut.  
in d. Theorem. 12. num. 6.

Cæter

Cæterum dubitari solet, quæ iusta sit  
causa constituendi salarium tutori vel cu-  
ratori? Et quidem multæ passim a Docto-  
ribus connumerantur, vt si tutor sit adeo  
pauper & inops, vt nō possit habere aliū-  
de alimenta. Ita Cast. in d. consil. 302. Sic  
etiam quando multa grauiora negotia sunt  
pertractanda, & magni subeundi labores:  
vel etiam quando tutor cogitur relinque-  
re propria negotia sui cum detrimto, vt  
gerat tutelam: sicuti scripsi in d. consil. 228.  
n. 25. vbi n. 15. dixi, rationē esse: quia of-  
ficium t̄ proprium non debet sibi ipsi  
damnosum, l. sed & si quis ex signatoribus  
ff. quemad. testam. aper. & l. si seruus cō-  
munis vni. §. quod vero. ff. de furtis  
& alijs præcitato in loco comprobaui, &  
idem scripsit Petr. Io. Ancharr. in d. q. 61.  
n. 7. Est etiam iusta causa, quando t̄ quis  
gerit tutelam, vel curam Principis, vel il-  
lustris admodum personæ. Ita scripsi in d.  
consil. 228. n. 31. post Gemin. Corsetū, An-  
chara. & Parisium. Et prædictis accedit  
Granut. in d. Theorem. 12. n. 14. in fi. Et  
dixi rationem esse: quia æquitati consenta-  
neum nō est, vt tutores & curatores gra-  
uentur grauisimo hoc munere, cuius cau-  
sa negotia propria quo lammodo præter-  
mittere, vel minus diligenter curare cogantur,  
nisi aliqua ex parte eorum detri-  
mentum rependatur. Non etiam conuenit  
Principibus, illustribusque personis,  
quarum opulentissimi sunt redditus, habe-  
re tutores & curatores, qui proprijs sum-  
ptibus eorum principatus, & dominia &  
negotia administrant, & gerantque. Et  
hinc factum esse existimo, vt in regno Nea-  
politano fuerit constitutum illa constitu-  
tione, quæ incipit. Minoribus, vbi Affli-  
ctus in a. notab. & in fine rubric. & ma-  
nifestius Antonius Capicius in cap. Impe-  
rialem. §. si quis infeudatus, in quinto no-  
tab. quod Baliuo, t̄ qui tutoris loco est,  
in administrationis bonis feudalibus pupil-  
li, constituatur salarium ex bonis ipsius  
pupilli, & ita obseruatum fuisse in Balia-  
tico Comitatus Neicastri decreto Ioan. Ba-  
ptistæ Caraciolo. Et idem bis seruatum  
fuisse testatur Vincentius Francus in dicto  
decis. 122. num. 5. Aliæ t̄ etiam contingere  
possent causæ, quas iudex suo arbitrio  
considerare poterit, an iustæ sint, nec nec

cum iure aliquæ determinatæ non repe-  
riantur.

Dubitari etiam sic solet, quod & quan-  
tum t̄ esse debeat hoc salarium? & vere di-  
cendum est, non reperiri hoc cautum.  
Non enim pro rerum & negotiorum va-  
rietate certum quid statui potuit: & pro-  
pterea iudicis arbitrio relinquitur, quæ-  
admodum in specie respondit Corneus  
in consil. 62. in fine. libr. 4. quem secutus  
sum in dicto consil. 228. num. 48. vbi 49. re-  
tuli etiam Baldum in legē. 1. in fine. C.  
mā d. dicentem, salarium t̄ procuratoris &  
aduocati rerum & causarum grauisimaru-  
rum, ac nobilium personarum pro earum  
conditione a iudice constitui. Et nunc ad-  
do Riminaldum Seniore in consil. 388.  
num. 30. libr. 2. qui Baldum secutus est. Et  
idem de salario aduocati in causis capita-  
libus & grauisimis sensit Parisius in cōsili-  
105. nu. 20. & 21. libr. 4. iudicem prudentem  
suum hoc arbitrium moderari debe-  
re perp̄sa administrationis mole, & nego-  
tiorumque grauitate, & perpendere de-  
bere primum, t̄ quod scripserunt Gemin-  
ianus & Corsetus a me ibi commemo-  
ratos tutoribus ac curatoribus Regum,  
Principum, ac aliarum illustrium perso-  
narum esse præstanda alimenta pro se &  
suis. Dixi etiam considerare debere alia-  
rum t̄ regionum leges & consuetudines:  
vt legem Hispanicam, qua constitutum  
esse post Cordubam scripsi, tutorem con-  
sequi posse decimam reddituū bonorum  
pupilli: vt etiam legem Gallicam apud  
Burgenses, qua secundum Boerium, tu-  
tores & curatores faciunt suos omnes  
fructus bonorum immobilium pupilli  
vel minoris, bona vero mobilia etiam  
quoad proprietatem sibi acquirunt: præ-  
statis tamen alimentis pupillo & minori scri-  
psi etiam post Pyrrhum Aurelianensem,  
apud Aureliam Gallicam Prouinciam,  
tutores & curatores solummodo fructus  
mobiliū & immobilium suos facere:  
alimenta (vt supra) pupillis & minoribus  
præstare. Et similem consuetudinem &  
legem extare apud Istrianos Italix no-  
stræ populos esse, post Castren. scripsi  
in dicto consil. 228. nu. 54. vbi etiam, num.  
55. subiunxi: quod si ea in regione nulla  
extat lex, vel consuetudo, iudicem specta-  
re

C 2 re

re posse consuetudinem loci vicini. Iudicis etiam arbitrio relinquitur, quod si salarium constitui debeat seruitori & famulo qui consuevit operas suas locare. Ita Iaf. in l. in summa, §. in frumento, n. 2. ff. de condi. indeb. post Angel. ibi. & sequitur Paul. Granut. in theorema, 12. num. 15. considerari tamen debet, quanti is concueuerit locare operas suas, ut præcitati scribunt.

## CASVS CCCCXIII.

Salarium aduocati quod & quale esse debeat.

## SVMARIA.

1. Aduocationis munus utile & necessarium est.

2. Salarium aduocatis pacto debetur, & usque ad quam summam, n. 3. 4. & 5. & quid si pactum interpositum non sit, n. 6. & 7.



V M Aduocationis munus & officium sit valde utile & necessarium, factum est ut eo fungentes multis coonestati sint privilegijs, inter quæ & illud habetur, quod præstan-

dum eis sit salarium, seu verius honorarium? Et quidem numerari solet salarium hoc vel pacto, & conuentione: vel solo iudicis officio, quando nulla extat conuentionio. Pacto tamen debetur aduocatis salarium respondit Vlpia. in l. 1. §. si cui cautum, ff. de varijs & extraordinarijs cognit. cuius verba hæc sunt: Si cui cautum est honorarium, vel si quis delite pactus est: videamus an petere possit, & quidem de pactis ita est rescriptum ab Imperatore nostro, & Diuo patre eius: litis causa malo more pecuniam tibi promissam ipse quoque profiteris. sed hoc ita ius est, si suspensa lite societatis futuri emolumentum cautio pollicetur. Si vero post causam actam cautum est honoraria summa, peti poterit vsq. ad probabilem quantitatem: & si nomine palmarij cautum sit, sic tamen, ut computetur, id quod

datum est cum eo, quod debetur, neutrumque compositum licitam quantitatem excedat, licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis vsq. ad centum aureos. Hæc Vlpia. Pactionem hanc tamen licitam vsq. ad aureos centum pro singulis causis iam permiserat Claudius Cæsar, sicuti Cornelius Tacitus in lib. 1. Animalium scriptum reliquit, cum dixit: Claudium modum hunc imposuisse vsque ad dena sextertia, quæ centum constituebant aureos, ut explicat Alciat. in lib. 3. dispun. iuris, c. 9. & hic quidem modus impositus dicitur pro causis civilibus, pecuniarijsque. Porro tamen Capitalibus, vel quæ hominis, respiciunt infamiam excedere licet hanc centum aureorum summam: quemadmodum explicant Rayner. & Bald. in l. 1. C. mandati. Imol. in l. 1. ff. de donatio. Guido Pap. in q. 190. in fin. Paris. in cons. 105. n. 20. lib. 4. Io. de Amic. in cõs. 148. nm. 8. & Vinus in suis comunib. opinionib. p. 1. opinione 21. incipit Aduocati salarium. Quinimo etiam in causis civilibus promittens suo iuramento ultra summam centum aureorum obseruare debet, ut in specie decidit Guido Pap. in d. q. 190. colam. vit. vers. sed iuxta præmissa scribit, quod si cliens numerauit aduocato ultra prædictam summam repetere non poterit.

6. Cæterum quando tamen nullum promissum fuit salarii aduocato, nihilominus adhuc ei præstandum est iudicis officio, l. 1. §. in honorarijs. ff. de varijs & extraord. cognit. & manifeste ita scribunt Cyn. in l. aduersus, quæst. 3. C. mandati, Bat. in d. l. 1. §. aduocatos. Alex. in l. di. fun. cõ. n. 12. ff. de ofi. ass. & ibid. Cagno. n. 174. Paris. in d. cõs. 105. n. 20. lib. 4. Pute. in decis. 11. in fin. lib. 3. Natta in cõ. 376. n. 6. lib. 3. Vinus in suis comunibus opinionibus in 2. p. opin. 6. & Pet. Greg. in lib. 49. Syntag. iuris, c. 8. n. 8. Verum cum nullum certum salarii a lege definitum sit cum incerta omnino sit causarum varietas: dicendum est, iudicis arbitrio relinqui, quod tamen quale esse debeat ipsum salarium, dummodo tamen non excedat, (ut diximus) centum aureos pro singulis causis: sic sane respondit Vlpian. in d. l. 1. §. in honorarijs, iuncto §. licita autem. Vlpiani verba in d. §. honorarijs. hæc sūt: [In honorarijs aduocatorum

ita

ita versari iudex debet: ut pro modo litis, proque aduocati facundia, et pro consuetudine iudicij, in quo erat acturus, estimationem adhibeat: dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur, ita enim rescripto Imperatoris nostri, & patris eius continetur. Verba rescripti ita se habent: Si Iulius Maternus, quem patronum causæ tuæ esse voluisti, fidem susceptam exhibere paratus est: eam dumtaxat pecuniam, quæ modum legitimum egressa est, repetere debes. Aduocatos accipere debemus omnes omnino, qui causis agendis quoque studio operantur, non tamen qui pro tractatu non ad futuri causis accipere quid solent aduocatorum numero erunt.]

## CASVS CCCCXIII.

Salaria Magistratibus & iudicentibus a Principibus & Dominis constitui oportere: & quod ac quale illud esse debeat, diligenter explicatum.

## SVMARIA.

1. Salaria magistratibus constitui legi diuine & humane congruit, num. 3.
2. Salarium magistratibus qui constituerint.
4. Salarium debet esse competens.
5. Salarium competens quod sit, & quale ac qualiter a Principe constitui debeat, num. 9. & 10.
6. Pretium iustum quod dicatur.
7. Magistratus aliquid ultra competens salarii accipiens peccat, & ad restitutionem tenetur, & quæ pena civilis, n. 8.
11. Salaria competentia etiam futuri temporis ratione considerantur.
12. Salarium augere an & quando Princeps ipse sibi possit vel non, n. 16. 19. & 20.
13. Magistratus non tenetur deserere officium necessarium.
14. Medico ultra salarii contentum præstari est, si mutata sint rerum conditiones.
15. Intellectus Molina in tract. de iust. & iur. disp. 83. colum. penult. vers. idem dico de iudicibus.
17. Salarium pars est spes remunerationis, & dignitatis lumen.

18. Salarium famuli tenue pro iusto habetur si præter id habeat alia commoda.

20. Salarium augeri debet si augeatur labor, num. 21.



CONSENTANEVM, esse exillimo non modo legi humanæ, sed & diuinæ, Principes tamen Dominosque Magistratibus iudicentibus a se ad officia promotis constituere debere salaria. Nam (ut Diuus Paulus ad Corinth. 1. cap. 9. scriptum reliquit) [quis militat suis stipendijs unquam?] Quem locum D. Hiero. ibi sic exponit, suis & non publicis, vel eorum, pro quibus militat. Et Gregor. Pontifex Max. in cap. charitat. in fin. 12. quæst. 2. sic ait. [Iustum namque est, ut illi consequatur stipendium, qui pro tempore suo commodare reperiuntur obsequium,] & Iustinian. noster in §. si quis autem, in authent. de iudicib. dixit, lege abhorere sine præmio homines laboriosis officijs præfici. Cui (ut legitur in c. c. non deceat. de elect. in 6.) officium suum nemini debeat esse danosum.

2. Quo circa laudari solet Cæsar Augustus, qui suadente Mæcenate, omnium primus salaria Magistratibus constituit tum laborum tum dignitatis nomine. Ita etiam scribit Dion Calsius in lib. 13. Roma Historiæ: [Certum etiam stipendium istis euratoribus, ut etiam Proconsulibus, edito constituitur: quia tum etiam Cæsar ut merces ei sua daretur, censuerat. Antiquitus quidem qui aliquod a Repub. munus susceperant omnia suis ipsi impedij agebant, sub Cæsare primum accipere est stipendia coeperunt, non idem omnes, sed quemadmodum muneris eorum rationi congruebat: sane euratoribus istis ipsum nomen sui officij a numero pecuniæ, quam eis nomine acciperent, inditum est.] Hactenus Dion. De Pescennio Nigro sic etiam memoria proditum est ab Aelio Spartiano in eius vita, his verbis, [Huius etiam illud fuit, ut nemo assideret in sua prouincia, nemo administraret Romæ nisi Romanus, hoc est oriundus urbe. Addidit præterea consularijs salaria ne eos grauent, quibus assidebant, dicens, iudicem nec dare

C 3 debere

debere, nec accipere. ¶ De Alexand. Se-  
uero pariter scribit Aelius Lampridius  
hæc verba, [ Iudices cum promoueret  
exemplo veterum, vt & Cicero docet, &  
argero & necessarijs instruebat, ita vt Præ-  
sides Prouinciarum acciperent argenti pō-  
do vicena, phialas, senas, mulos binos,  
equos binos, vestes forenses binas, dome-  
sticas singulas, balneates singulas, aureos  
centenos, cocos singulos. Et si vxores nō  
haberent singulas concubinas ( quod sine  
his esse non possent ) reddituri deposita  
administratione, mulas, mulos, equos, mu-  
liones & cocos : Cætera sibi habituri, si  
bene egissent : in quadruplum redditur, si  
male. ] Hæc Lamprid. Et competens ꝑ sa-  
larium statui debere iudicibus ac Magi-  
stratibus scribunt Luc. de Penna in l. in  
sacris, in fin. C. de prox. sacro, scrib. lib.  
12. Ioan. Macienzus Hispanis in Dialo-  
go Dilatorio & Aduocati parte, 3. cap. 32.  
in fine, qui dixit, salarium ꝑ ita compe-  
tens esse debere, vt respondeat labori:  
secundum glos. in l. argentarius, ff. de edē.  
Felin. in cap. 1. num. 9. de simon. & Petr.  
Nunium in tract. de mandatis exequendis  
num. 13. versic. & econtra: sic & Gomez  
in compendio vtriusque signaturæ pagi.  
318. versic. sed istud de esculo.

Cæterum dubitari contingit, quod cō-  
petens dicatur iudicis salarium? Et qui-  
dem dicendum est primo illud ꝑ dici com-  
petens, quod a lege, Principe, vel con-  
suetudine constitutum est, cap. statutum,  
§. notarium, de rescript. in 6. sicuti dici-  
mus iustum ꝑ rei prætium dici, quod lex,  
vel Princeps, vel vsus ipse statuit, l. 1. §.  
cura carnis ff. de off. Præfecti. vrbis, &  
scribunt Diuus Thomas 2. 2. quæst. 33.  
artic. 1. Petr. Nauarr. de restitutionibus  
lib. 3. cap. 2. Quod si quid ꝑ plus Magi-  
stratus accipit, mortaliter peccat, & ad  
restitutionem tenetur, sicuti præter rela-  
tos scribit Abbas in cap. quia plerique,  
num. 33. de immunit. eccles. & Ioan. Me-  
dina de restitutionibus quæst. 25. colu. 10.  
sic & iure Cæsareo expressim sancitum  
est, non licere iudicibus maiores spor-  
tulas & salaria exigere quam lex & Prin-  
ceps statuit, §. nullo quoque in aushen. de  
iudicibus, vbi Accurs. annotauit, pœnam  
ꝑ esse quadrupli, sicuti etiam tanta est ad-

uersus Tribunos militum, qui ex stipen-  
dijs milicum lucrum captant, l. 2. §. hæc  
autem C. de officio Præfecti Africæ, &  
confert, l. 1. C. de agent. in rebus, lib. 12.  
Et magis in specie tradit Ludouic. Moli-  
na Iesuita in tracta. de iustitia & iure di-  
spat. 83. colum. 1. qui eiusdem sententiæ  
refert Adria. Medinam, Couarru. & Mar-  
tin. Nauarr.

Verum quando salarium non reperitur  
a Principe taxatum, tunc ob id, quod iu-  
re diffinitum non est, relinquitur ꝑ arbi-  
trio Principis. Ita simili in casu de salario  
aduocati respondit Vlpian. in l. 1. §. in ho-  
norarijs, ff. de varijs & extra ordinarijs  
cognitio, & diximus infra in casu præce-  
denti. Et ad rem magis Martin. Nauarr. in  
extrauag. Greg. 13. de datis, promissis no-  
tab. 32. nume. 31. qui dixit salaria a lege  
non diffinita & non constituta notarijs &  
similibus iudicis arbitrio taxari, diligenter  
consideratis qualitatibus & circumstantijs.  
Idem docuit apertius Molina in disputat.  
84. colum. 5. versic. asserimus item. Prin-

ceps ꝑ itaque sua prudentia considerare  
debet personarum, temporis & officiorū  
qualitatem, vrietatem que. Non enim cō-  
uenit tantum salarij esse præstituentū Præ-  
tori, vel Senatori Mediolanensi, quantum  
vni Præsidi. Et econtra: Non etiam iu-  
ri & æquitati consentaneum est, vt prædi-  
ctis idem nostra hac parum foelici ætate  
pendatur salarium, quod 30 & 40. ac plus  
annis præstatur: Cum olim annona es-  
set valde vilior hoc tempore: domus mul-  
to minori conducebantur prætorū, seruorū,  
ancillarumque mercedes & salaria viliora,  
vestium impensa valde tenuior. Est etiā  
ꝑ quod Princeps rationem habeat, vt iu-  
dices, & Magistratus, qui ei inferniunt;  
quot annis summam aliquam in arca re-  
ponant, qua vel suæ senectuti, vel posteri-  
tati consulant. Nullus enim est tam vilis  
mercenarius, dietim operas suas locans,  
qui præter id, quod in se valendo impen-  
dit, nolit etiam mercedis partem superes-  
se. Quod recte statuit Iustinian. noliter in  
l. per hanc §. sexcenti aurei, C. de aduo-  
catis diuerso. iudic. dum de Aduocatorū  
diuersorum iudicium, ac etiam filici sala-  
rio agit, ita statuit, [ Sexcenti autem aurei,  
quibus pro tempore filici patronis fori tuæ

Cel-

Celsitudinis, ad exemplum priorum tem-  
porum, ex arca tui iudicij consulatur: ne  
post decursum celerem aduocationis & la-  
bores gloriosos egeni exeant. ] Et scrip-  
tam est a Salomone c. 12. [ de fructu oris  
sui vnusquisque replebitur bonis. ]

12 Verum dubitari adhuc contingit, quid  
si ꝑ salarium a lege, vel Principe præ-  
stitutum adeo tenue est, vt ex eo Magistratus  
viuere non possit, an ipsi mer sua auctori-  
tata liceat illud augere, atque ita aliquid  
accipere. Distinguere hic toleo tres ca-  
sus. Primus est, quando tempore impetra-  
ti susceptique officij salarium pro inuen-  
cto onere erat adeo iustum & congruum,  
vt ex eo Magistratus viuere poterat: De-  
inde superuenit rerum caritas & penuria.  
Hoc casu dicendum prius est, Principem  
augere debere ipsum salarium: & ideo is  
ante omnia est ad eundem, cum ad eum au-  
gendi munus pertineat. Ita in specie tra-  
dit Lopez in tract. de contractibus, capit.  
6. colum. 2. versic. secunda conclusio, lib.  
2. pag. 27. Idem lib. 1. cap. 13. pag. 87. Re-  
buff. tit. de salarijs.

Si vero Princeps augere negliget, Ma-  
gistratus ipse sibi augere ita potest, vt iu-  
stum & congruum sit salarium, sicuti tra-  
dit Ludouic. Molina in disputat. 83. col.  
8. versic. illud etiam, & versic. Vt ad rem.  
& post Diuum Anton. & Syluest. Prietium.  
Et rationem esse scribit: quia non tene-  
tur Magistratus iste obseruare legem in-  
iustam, qualis est hæc qua constitutum est  
iniustum salarium. Et subiungit Molina,  
Magistratum ꝑ hunc non teneri deserere  
officium Reipub. necessarium. Et recte  
quidem, quia alias sequeretur absurdum  
& iniquum, quod scilicet hic, qui totam  
pene suam insumpsit ætatem in huius of-  
ficij administratione & exercitio, qui, alio-  
qui suam adolescentiam & virilitatem, vel  
in aduocationis, vel interpretis munere se  
exercuisset, nunc cogatur officium deserere,  
& quodammodo mendicare. Est itaque cul-  
pa Principis & eius auaritiæ ad scribendum,  
si iudex et Magistratus cogitur quoddam-  
modo vendere iustitiam. Et profecto de-  
bet Princeps considerare parua esse, non  
habere salarium vel habere minus suffi-  
ciens et incongruum, sicuti tradunt Luc.  
de Penna in l. in sacris, in fin. C. de prox.

13 14 15 16 17

sacro. seriniorum, lib. 12. et Ioa. Macien 2.  
in d. Dialogo Delatoris, et Aduocati p. 3.  
cap. 32. n. 8. qui dixit, iudicem excusandū  
esse, quando ab initio cogitare non potuit  
salarij tenuitatem: vt si tempore accepta-  
tionis officij res viliori pretio vendeban-  
tur, quam deinde temporis cursu factū est.  
Confert simile quod post Archidiaconū  
tradit Syluest. in summa, in verbo, Medi-  
cus num. 6. versic. quod tamen, dum dixit  
medico ꝑ esse præstandum salarium con-  
ueniunt, nisi mutata sint rerum conditio-  
nes. Nec repugnat quod scribit idem Mo-  
lina ꝑ in d. disputat. 83. col. penult. versic.  
idem dico de iudicibus etc. quia vel male  
sentit Molina: vel (vt verius existimo) lo-  
quitur de iudicibus, sicutque Magistratibus  
Regijs, qui non ob salarium: sed ob spera-  
remunerationis Principi inseruunt, de qui-  
bus dicemus infra.

Secundus casus est, quando ꝑ tempore  
impetrati susceptique officij Magistratus  
sciebat tenue adeo esse salarium, vt eo vi-  
uere non possit: et facile poterat prospice-  
re in dies fieri posse omnia eamora maio-  
risque pretij. Hoc sane casu Princeps non  
tenetur nisi honestate quadam augere ip-  
sum salarium, et multo minus Magistratus  
ipse potest sua auctoritate augmētūm hōc  
sibi constituere. Ratio est, quia ita cōuē-  
tum est pacto, quod tanquam lex debet  
seruari, l. 1. §. si conueniat ff. de possi. et l.  
contractus, ff. de reg. iur. Præterea cum sua  
ipsa sponte Magistratus ille posuerit se in  
hac necessitate, non est inuandus, l. si fide-  
iussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cog. et  
scripsi supra in casu 13. nume. 38. et hic  
quidem casus locum habet multo magis  
in illis, qui Principi inseruiant non tam sa-  
larij causa quam remunerationis: vel ut ea  
dignitate se et posteros cohonestos. Hæc  
enim ꝑ loco partis salarij dicitur: ob id  
aliud augmentum iuste præterdere non  
possunt. Ita loquitur Molina in d. disputat.  
83. colum. penult. versic. de ministris au-  
tem, confert quod respondit Martin. Nau-  
arr. in cons. 1. num. 6. titu. de locato et  
conducto, cum dixit, famuli ꝑ salariū alio-  
qui tenue censeri iustum, quando præter  
illud habet famulus alia commoda, vt pu-  
ta tempus aliquod diei ad discendum artē  
aliquam, vel literas, vel scribere: cum cō-  
modum

19 modum hoc salarij partem cōstituat. Hoc itaque casu † non potest Magistratus iste prætendere a Principe sibi augeri salariū, & multo minus sua sponte potest sibi augeri accipiendo aliquid a subditis: sed debet relinquere ipsum officium, si eo tenui salario contentus non est. Ita intelligi & declarari possunt Molina in d. disput. 83. colum. penult. versic. de ministris autem, Ioan. Garcia in tract. de expensis & meliorationibus, cap. 21. num. 5.

20 Tercius est casus, quando † salariū erat iustum pro iniuncto munere: deinde auctus est labor. Hoc casu augeri debet salariū a Principe, quo negligente Magistratus augere sibi potest recipiendo aliquod ab eis, quorum causa laborem suum impendit. Ita in specie tradit Molina in d. disput. 83. colum. 7. versic. deinde iura. dum dixit, officialem publicum iuste aliquid accipere posse ultra salariū, si operam suā impendit in eo, ad quod causa officij non tenebatur. Conferat quod tradit Brunus in tract. de augmento concluf. 13. principali, num. 7. dum Bart. in l. sero. in prin. cip. ff. de annuis leg. dixit famulo † scolari augeri debere salariū: si auctus fuit labor. Et idem tradunt relati a Cagnolo in l. diem functo, nu. 154. ff. de off. assesso. & diximus in sequenti casu.

## CASVS CCCCXV.

Salariū serui & famuli quod & quantum esse debeat.

## SUMMARI A.

- 1 Salariū famuli debetur sicut pacto continetur vel consuetudine receptum est, aut pro iudicis arbitrio, num. 2. & 3. & quale hic iudicis arbitrium debeat esse num. 4.
- 5 Salariū augeri debet pro modo aucti laboris.

**D**ICENDVM est nūc de salarijs famulorum qui mercede conducunt, ut domino inseruiant. Hac in re distinguo atque constituo alii quot casus.

- 1 Primus est, quando † pacto expresso

constitutum est salariū. Hic casus clarus est, ut scilicet illud periculi debeat. Cum actus a partium conuentione legem accipiat, l. 1. §. si conueniat. ff. de pos. & ad rem scribit Petrus Nauarr. quem mox referam.

2 Secundus est casus, quando nulla facta est conuentio vel expressa vel tacita, extat † tamen vsus & consuetudo. Hic etiam casus est clarus, nempe illud salariū, quod prætari solet, deberi. Sicuti in specie scribunt Feder. de Senis consi. 218. in fine. Rebuff. quem statim referam. Petr. Nauarr. in lib. 3. de restruct. cap. 2. nu. 409. post Marti. Nauarr. & Gordubam.

3 Tertius est casus, quando † nulla extat conuentio, nullaque consuetudo. Hoc sane casu, cum iure definitum non sit, nec certa regula tradi possit, dicendum est, relinqui iudicis arbitrio. Ita Petr. Rebuff. in tract. de priuilegijs scholarium, priuileg. 167. num. 3. & manifeste in comment. in constitutio. Regias Galliarum tomo 2. tract. de famulorum salarijs in glol. 4. Bonacoss. in tracta. de famulis, quæst. 79. qui alios refert, & Petr. Nauarr. in d. capit. 2. num. 410. versic. si vero salariū, qui iudicem ipsum admonet, ut consideret † seruitij genus, an sit totius anni, vel certorum dierum: an in rebus leuibus, vel grauibus, & onerosis: in specie etiam qualitate personæ, seruiantis, & alijs huiusmodi circumstantijs considerando semper vsū & cōsuetudinem loci: cum aliqui sint, qui inseruiunt solent ab alijs alio salariū, contenti solo victu & vestitu: quales sunt pueri. Alii qui etiam inseruiunt sine mercede, modo eis concedantur horæ aliquæ diei, ut studijs possint operam dare, sicuti in specie respondit etiam Martin. Nauarr. in cōf. 1. n. 6. in tit. de locat. & cōduc. Alii etiam serui & famuli cōducti sunt ab scribendū quibus vel maior salariū, ob maiorem industriam & laborem: vel nullum prætatur, contenti quotidiano lucro, quod eis obuenit, sicuti sunt Iurisperitorū Cancellarij, qui responsorum exempla tradenda conscriptoribus conscribunt. Iudicis etiam arbitrio relinquitur, ut pro modo aucti laboris, augeatur etiam salariū, ut ex aliorum sententia scripsi supra in casu 23. in fine.

CA-

## CASVS CCCCXVI.

Creditor an & quando causa sui crediti furto subtrahere possit res debitoris: & quia pœna puniatur illis in casibus, in quibus permittitur ei non est sic furari.

## SUMMARI A.

- 1 Creditor indubitatus si aliter non potest sibi consulere, nec subest scandalum, res debitoris furto surripiendo ipsi sibi satisfacere potest: ut famulus cui salariū debetur, num. 2. alias secus, num. 7. & 8.
- 3 Hebrei ex Aegypto fugientes quo iure Aegyptiorum vasa argentea secum tulerunt.
- 4 Princeps quando potest auctoritate propria mouere bellum.
- 5 Ius dicere sibi propria auctoritate quisque potest, vbi aliter suum consequi non potest.
- 6 Excommunicatio contra furtum committentes lata, quos non comprehendat.
- 7 Creditor propria auctoritate sibi ius dicens, qua pœna puniatur.
- 9 Scandalum præbens qua pœna puniatur.

**R**EGIA est hæc indagatio tam in foro (vt nostri loquuntur) fori, quā in foro poli. Ego hac in re ex aliorum sententia soleo distinguere atque constituere tres casus.

- 1 Primus est, quando † creditor est vere creditor certi liquidique crediti, & non potest illud cōsequi aliquo modo vel amice, vel iudicialiter ob magnam debitoris potentiam: & nullus subest scandali timor. Hoc sane casu cōcurrētibus his requisitis potest creditor impune furto subtrahere tantum ex rebus & bonis quantum sufficiat pro sui crediti solutione. Ita scribunt permulti ex nostris, qui inter alia exemplum afferunt in famulo, † qui causa sui
- 2

salarij potest hoc casu furto subtrahere res domini: Sic equidem tradunt duo & triginta iuris Cæsarei, Pontificij interpretes, quibus accedunt permulti sacre Theologie Doctores, sic inquam.

- 1 Innoc. in cap. olim. il. 1. num. 8. de restit. spolia.
- 2 Archidaco, in c. dominus noster, 23. q. 2.
- 3 Butrius in d. c. olim.
- 4 Floria. in l. itaque, ff. ad legem Aquil.
- 5 Alex. in consil. 135. col. 1. lib. 1. & incōf. 127. num. 8. lib. 4.
- 6 Capolla in cons. 26. in criminalibus, qui respondit de eadē facti specie cum Alexand. in d. consil. 135. Imo est idemet responsum eisdem verbis conscriptum.
- 7 Barbata in cons. 11. n. 7. lib. 1.
- 8 Præpositus in c. insurgentium, distinct. 4.
- 9 Iason in l. cum quis num. 14. C. de iuris & facti ignor. & in l. 1. num. 8. C. de testam.
- 10 Felin. in cap. quoniam, n. 17. de simon.
- 11 Marfil. in cons. 11. num. 14. in sing. 177. & in pract. criminali. §. constante, num. 37.
- 12 Gomezius Instit. de actio. in prin. n. 54.
- 13 Rubens in cons. 13. num. 8.
- 14 Afflictus in constitutio. Neapol. libr. 1. rub. 8. num. 36.
- 15 Cagnolus in l. 2. num. 206. de orig. iuris & in l. non est singulis, num. de regul. iur.
- 16 Ioan. Lupus in rub. de donatio. §. 65. num. 5.
- 17 Ripa in cap. 1. num. 89. versic. tertius casus, extra de iudic.
- 18 Chassaneus in consuetud. Burgundie tit. Des iustices. rubric. 1. §. 1. n. 32.
- 19 Inffredus Baldus in decis. 80.
- 20 Neuillanus in lib. 3. syluæ nuptialis, numer. 43.
- 21 Alciatus in respon. 6. lib. 7. & secundum impressionem antiquor. Lugdunensem est in responso.
- 22 Gramma. in consil. 50. num. 2. & 3. in Criminalibus.
- 23 Tiraquellus in tract. de retractu cōsang. in præfatione, n. 71.
- 24 Didacus in lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 15.

- 25 Petrus Rebuffus in commentarijs ad consitu. Regias Gallie, tomo 3. in tract. de famulorum salarijs, in glos. 10. n. 10.
- 26 Plotus in l. si quando, num. 874. C. yn-7 de vi.
- 27 Petrus Duenas in reg. 88. num. 5.
- 28 Viuius in lib. 2. communium opinionum conclus. 133.
- 29 Arnonus in soliloquio, 45.
- 30 Bonacosa in tract. de famulis, q. 114.
- 31 Osaicus in decis. 68. num. 31.
- 32 Idem ego ipse scripsi in commenta. de recuperanda possess. remedio, l. n. 313.

Ex sacris Theologis idem affirmarunt Diuus Antoninus in summa, in 2. par. tit. 1. cap. 14. §. 5. Alexand. de Ales in summa, in 4. part. quest. 88. Syluester in summa, in verbo furtum, num. 17. Conradus de contradibus, quest. 32. conclus. 2. & in quest. 42. concl. 2. Ioan. Medina in tract. de restitutioni, q. 11. Adrianus in quodlibeto. 6. art. 1. in fine. Petr. de Palude in 4. sentent. distin. 15. quest. 2. artic. 2. & ibidem Almain & Gabriel Bielius, & Petrus Nauarr. lib. 3. de restitutio. c. 2. num. 398. ubi num. 409. refert exemplum famuli sui salarij creditoris, qui alios refert.

ET hæc quidem sententia, vel ex eo probatur: quod lege & diuina approbatum fuit factum illud Hebræorum, qui Pharaonis scruantiam fugientes propria auctoritate vasa argentea rerum suarum loco, quæ relinquebant, abstulerunt.

Ita dicimus, permissum esse Principi sua auctoritate mouere bellum, pro recuperatione suæ vrbis & Castri, quando ea aliter recuperare non potest: sic sane probat cap. dominus noster. 23. quest. 2. & idem Archid. & alios retuli in commentar. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 96. Sic dicimus, quod quilibet & potest sua auctoritate sibi iudicare, quando aliter non potest rem suam consequi, licet Prætor. §. si creditorem ff. quæ in fraud. cred. quod responsum late declarat Ias. in l. 2. num. 18. ff. de iurisd. om. iud.

Ex prædictis sequitur, quod excommunicatio & lata contra eos, qui furtum commiserunt, non comprehendit eos, qui ita occulte surripuerunt, vt suo credito satisfacerent. Ita sane scribunt Syluest. in sum.

in verbo furtum, quest. 14. Ioan. Medina de restitutio, quest. 11. & alios refert Petr. Nauat. in d. cons. 2. n. 402.

Secundus est casus, quando & prædictus creditor consequi potest creditum suum iudici auctoritate. Hoc casus, permissum non est ipsi creditori subtrahere rem debitoris, vt sibi satisfaciat, quemadmodum præcitati Doct. omnes admittunt. Quo circa & si sic subtrahendo furtum non committit, sicut scribitur Alex. in d. cons. 26. num. 12. attamen punitur crediti amissione, iuxta l. extat. ff. quod metus causa. Ita in specie responderunt Alexandr. in dict. consil. 135. num. 2. & in fine, & Cæpolla in d. consil. 26. nu. 10. in fine. licet Fabius Mantelco in præxi arbitrarij, in 5. par. n. 10. intellexit Alexandrum scripsisse hunc creditorem puniri poena iudicis arbitrio. Et illum secutus est Bonacof. in d. tract. de famulis, quest. 114. cum tamen verius sit, Alex. ac etiam Cæpollam loqui non secundum ius commune: sed iuxta statutum Brixiæ, super quo illi responderunt.

Tertius est casus, quando & creditor non potest quidem auctoritate iudicis creditum suum consequi: attamen si rem ipsius creditoris, vt sibi satisfaceret, furto subtraheret, scandalum aliquod oriri potest. Hoc etiam casu creditor a subtractione abstinere debet, sicuti tradunt oēs quos supra in casu commemorati. Quare si creditor subtraxit, & scandalum aliquod inde oriatur, iudicis arbitrio pro scandali qualitate puniri debet. Etsi enim certum est, poena & dignum esse eum, per quem veniunt scandala, sicuti legitur Matthæi cap. 18. cum dixit Saluator noster, [Væ homini per quem scandalum venit.] & multa scribit Didac. in cap. peccatum in 1. p. §. 1. num. 4. de regul. iur. in 6. attamen certa poena indicta non est, nec iudici potuit, ob varietatem factorum & dictorum: ob id arbitraria est, iuxta ea, quæ scripsi supra in casu, 157.

CASVS CCCCCXVII.

Iudices & Magistratus quæ dona & munera iure capere: & quibus honeste abstinere possint & debeant, diligenti explanatione declaratum.

SVM-

SVMARIA.

- 1 Donis & muneribus homines & Dijs flectuntur.
- 2 Iudex munera accipere non debet.
- 3 Iudex causæ potentia, non actu non potest accipere maiora munera, nisi ab amico vel sanguine iuncto. num. 4. Esculenta vero & poculenta potest, n. 5.
- 4 Xenia que sint.
- 5 Edulium quid.
- 6 Iudex post latam sententiam minus ab eo qui obtinuit, accipere potest.
- 7 Iudex causa actu lege diuina nihil accipere potest, sicut nec lege. 12. tabul. lege vero Iulia non ultra annos centum. Et quid constitutione Iustiniani, num. 10. 11. & 12.
- 8 Esculenta & poculenta an iudex hodie possit accipere, n. 15. 16. 18. & 21.
- 9 Negatiua vniuersalis omnino totum excludit.
- 10 Simonia non est si quis accipiat esculentam & poculentam.
- 11 Correctio legum est euitanda.
- 12 Lex posterior declaratur ab anteriori.
- 13 Esculenta & poculenta que Iudex accipere potest, cuius valoris esse debent.
- 14 Verba illa [quod paucis diebus possit consumi], quomodo intelligenda.
- 15 Decretum, & iuramentum [Ne Iudices proferenda sententia quidquam accipiant, &c.] quomodo declaretur.
- 16 Iudicem munera lege prohibita accepisse quomodo probetur.

NONIS & muneribusque non homines modo, sed & Deos ipsos flecti consueuisse etiam antiqui illi Ethnici clamare solebant. Plautus enim, qui diuini nomen visus est assequi in 3. de Repub. dixit.

Cum diuis flectunt venerandos munera Reges.

Quod aperius cecinit Ouidius in 3. de arte amandi suo hoc carmine.

Munera, crede mihi, capiunt homines Deosque.

Quo circa recte & sane multorum legi-

bus sancitum est, causarum iudices & ne recipiant munera, quibus facile corrumpi possunt. Cui nihil sit (vt inquit M. Cicero in diuinatione in Verrem) tam sanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. Hæc equidem efficiunt, vt celebretur vetus illud prouerbium, cuius meminit idem Cicero in act. 2. in Verrem his verbis. [Inueterauit, (ait Cicero) iam opinio perniciofa Reipub. nobisque periculosa, quæ non modo Romæ, sed & apud cæteras nationes omnium sermone percrebuit, his iudicij, quæ nunc sunt, pecuniosum hominem quamuis sit nocens, neminem posse damnari.] Est & vulgatum illud, vbi muneribus agitur, iustitiæ locus esse non potest: cum teste Horatio in lib. 2. sermo num. satyra 2.

Male verum examinat omnis corruptus iudex.

Quare laudandi sunt iudices illi qui a corruptela munerum se integros seruauit, sicuti laudibus extollit Horat. lib. 4. Ode, 4. Sollium illum incorruptum iudicem his carminibus.

Vindex auaræ fraudis, & abstinentis.

Ducentis ad se cuncta pecuniæ,  
 Consulque non vnius anni,  
 Sed quoties bonus atque fidus  
 Iudex honestum prætulit vtili: Et  
 Reiecit alto dona nocentium  
 Vultu: & per obstantes cæteruas,  
 Explicuit sua victor arma.

Cæterum cum & aliquando iuri & æquitati consentaneum sit, causarum iudices munera aliqua capere posse. Ea propter, vt propositæ disputationi satisficiamus, distinguendi sunt primum duo casus.

Primus quorum est, quando agitur de eo, qui non actu: sed potentia est causæ iudex.

Secundus est, quando is actu, & te ipsa iudex est.

Primo illo casu non potest & Magistratus vel iudex iste accipere magna illa dona & munera, quæ danti magno sunt detrimento: de his loqui intelligo Vlpian. in l. solent. §. vlt. in princ. ff. de offi. Proconf. & legati ibi. [Neque auare modum Xeniorum accedat] &c. Et idem in fine referens

roferes Imp. Seueri & Antonini Episto- lam ibi. [sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem:] hoc est (vt illo in loco recte interpretatur bene eru- ditus Ioannes Corasius) non debet magi- stratus quaesito hoc colore, quod xenia possit accipere magnum auri pondus obla- rum ei capere. hoc siquidem muneris qua- litatem euidenter excedit. Quare ab his omnino abstinere debent ij Magistratus: cum hæc omni iure & æquitate (vt infra ostendemus) prohibeantur, sic etiam in- telligendus est Modestinus in l. plebiscito, ff. de officio præsidis, quam infra ex- plicabimus. De his magistratibus & iudi- cibus, qui non actu, sed potentia iudices causæ sunt, loquitur Vlpia. & Imperatores, vel ex eo colligitur, quod verba faciunt de Proconsule qui dum ingreditur pro- uinciam, atque ita priusquam administra- re incipit xenia, hoc est, dona, quæ Pro- consulis nomine in prouinciam uenienti- bus offerri solent ad eorum gratiam aucu- pandam & promerendam recusare de- bet.

Et præterea & si ij Magistratus causæ iudices non sunt actu: attamen munera hæc recipiendo, vel se maxime oblitin- gere videntur donationibus: vt eis ad om- nia teneri credantur, vel donantes ipsos dicantur concussisse: cum & is concus- sionis crimen committere dicatur, gloss. l. eadem, §. 1. ff. ad leg. Jul. repet.

Declaratur tamen hæc sententia, vt lo- cum non habeat, quando manus factum est ab amico, vel sanguine coniuncto, l. 1. C. eod. Bofsius in tract. causarum crimi- naliū, in tit. de officialibus corruptis, n. 3. qui tamen intelligit, vt possit accipere vsque ad centum aureos.

Cæterum iure possunt ij Magistratus, qui actu causarum iudices non sunt, escu- lenta & poculenta dono accipere. Ita in specie Io. Coras. in l. plebiscito, num. 5. ff. de offic. præsid. dum responsum illud cõ- ciliat cum cõstitutionibus Iustiniani. Idẽ satis manifeste scribit Afflict. in commẽt. ad constit. Neapol. rub. 41. de officio Ca- pitaneorum num. 24. in rub. 5. Vt iustiti- arum, nu. 5. Et idem sensit Boer. in quaest. 153. num. 5. vers. aut dat. ad amicitia, hoc est lege a Tribuno plebis lata fanci-

tum legimus, in l. plebiscito, ff. de off. præ- sid. cuius verba hæc sunt. [Plebiscito con- tinetur, vt ne quis præsidium munus do- num ve caperet: nisi esculentum poculen- tum ve, quod infra dies proximos prodiga- tur.] Idem statuisse Seuerum & Anto- ninum refert Vlpia. in d. l. solent, §. vlt. ff. de offic. procons. & legati. Quorum ver- ba hæc sunt. [Quantum ad xenia pertinet audi, quid sentimus. Verus proverbium est, Neque omnia, neq. quouis tempore, neque ab omnibus. Nam valde inhumana- num est, a nemine accipere: sed passim vilissimum est: & omnia auarissimum. Et quod mandatis continetur, ne domum, vel munus ipse Proconsul, vel qui in alio of- ficio erit: accipiat, ematque, quid nisi vi- ctas quotidiani causa: ad xenia non perti- net, sed ad ea, quæ edulenti excedunt vsum: sed nec xenia producenda sunt ad mune- rum qualitatem.] Hactenus Imperatores: Qui quidem in eo conueniunt cum plebis- cito, quod permiserint magistratibus acci- pere xenia, quæ secundum Coras. in d. l. solent, §. vltim. num. 6. sunt proprie do- ni, hospitibus & amicis dari solita, quasi dicas hospitalia munera. Idque probat auctoritate Apulæi & Appiani. Quocirca subiungit Corasius xenium eo in loco acci- pi pro munere, quod Proconsuli noue prouinciam ingresso ad captandam & eme- rendam eius gratiam offertur. [Possunt itaque Magistratus Cæsarium constitutio- ne accipere xenia, quæ tamen edulia solũ continent: sicuti significant verba illa d. §. vltim. ibi. [sed adeo quæ edulium exce- dunt vsum.] Est edulium & quidquid edi- mus, vel edendi gratia nobis paratum est. Quod Modestinus esculentum & pocu- lentum appellauit in d. l. plebiscito, ff. de offic. Præsid. Hoc enim in casu cessant duæ illæ rationes, quibus non solum ple- biscitum, sed etiam Imperatorum consti- tutio prohibuerunt magistratus ne dona & munera accipiant, hoc est concussio- nis & corruptionis suspicio, non concus- sio: cum edulia hæc modici sunt valoris: non etiam corruptio: Cum Magistratus iste actu causæ iudex non sit: nec etiam diuinare is possit, an futurus sit aliquando pro donante iudex. Et comprobatur a fortiori traditione Ancharrani & sequacia

quos

quos retuli supra in casu, 342. n. 35. cū dix- erit, eū qui causæ iudex extitit post lata sententia posse munera accipere ab eo qui obtinuit, cū corruptiois suspicio hic cesseret. Secundus est casus, quando agitur de il- lis qui actu & re ipsa sunt iudices, an scilicet ij dona & munera aliqua accipere possint? Et quidem lege & diuina, (vt ab hac incipiam) prohibentur aliquid capere. Ita sane legitur Exodi cap. 23. [Nec accipere (iudices alloquebatur per Moysen Deus Opt. Max.) munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.] Et Deutero, c. 16. hæc habentur. [Iudices & Magistros constitues in omnibus por- tis tuis quas Dominus Deus tuus dedit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicent po- pulum iusto iudicio: nec in alteram partem declinent. Non accipient personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.] Et Ecclesiast. cap. 20. Leguntur verba hæc. [Xenia & dona excæcant oculos iudicum & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.] Et summus ille Propheta Da- uid Psalm. 14. cum Deum Opt. Max. his interrogasset [Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo.] Respondit ex eiusdem Domini sententia. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: & munera super innocentem non accepit. Et Esaiæ capi. 5. [Væ qui iustificatis impium pro muneribus & iustitiam iusti auteris ab eo:] & li. 1. Reg. cap. 8. de filijs Samuelis sic legitur. [Et non ambulauerunt filij in vijs eius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera & peruerterunt iudicium.] Et Iob. cap. 15. ita ait. [Ignis deuorabit ta- bernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.] Diuus quoque Hierony. in So- phon. cap. 3. scriptum reliquit. Iudices mu- nera xeniaque capientes ac iustitiam ven- dentes, lupos Arabiæ, vel vesperinos re- cte appellari, qui noctis tempore comedunt & in mane nihil relinquunt. Iure ei uili va- rie sancitū est. Nam l. 12. tab. auctore Ci- cerone in libr. 3. de legib. ira cautum erat. [Magistratus donū ne capiunt, neve dāto neve petenda, neve getenda, neve gesta potestate.] Lege vero & Iulia repetunda- runt teste Venuleio in l. eadẽ, §. vlt. ff. ad l. Jul. repetend. nõ omnino prohibita fuerunt

dona a causarum iudicibus accipi: sed ea captū, quæ in anno excederēt aureos 100. quæ summa ante a Claudio Cæsare præ- fixa fuerat quemadmodum ex Cornelij Taciti lib. 11. verbis liquet. [Hæc (inquit Tacitus) haud frustra dicta Princeps ratus capiendis pecunijs posuit modum vsque ad dona sestertia quæ egressi repetundarū teneretur.] Conueniunt si quidem (inquit Coras.) in l. solent, §. vit. n. 15. ff. de offi. pro- cons. & legati post Budæū in lib. 5. de assẽ, & Alcia. in lib. 3. dis. punct. cap. 9. hæc quan- titates, 100. aurei & 10. sestertia, seu quid idem est sestertij decem mil. l. Hinc legi- mus apud Plin. in lib. 4. Epist. in epistola ad Ursū, Iulium Bassum lege hac Iulia repetundarum ob id reum factum, quod munera quædam a prouincialibus acce- pisset quæ accusatores non munera, sed furta, rapinas appellabāt. M. autẽ Cicero Epist. ad Atticum, libr. 5. de seipso ita scri- ptum reliquit. [Scito non modo non scẽ- num, aut quod lege Iulia dari solet, non accipere: sed nec ligna quidem nec præ- ter quatuor lectos & lectum quemquam accipere quidquam, multis locis non re- ctum quidem: & in tabernaculo manere plerumque.]

Cæterum Iustinianus & in §. penult. in authen. vt iudices sine quoquo suffragio fiant, ita statuit. [Accipient autem (sunt verba hæc ex versione Holoandri) nihil ab illo, si aliquis ex fisco solemniter eis que- stus erit: aut si nihil ex fisco percipiunt: nihil vltra quam sacra statuta est con- stituitio, percipiant.] Et idem Iusti- nianus in § oportet. in authent. de man- datis Principum. Tribuniano Quæsto- ri sacri palatii & exconsali ita dedit in mandatis: [oportet igitur te pure su- mentem administrationem, & sine omni suffragio præ omnibus alijs mandas ser- uare Deo nobisque, & legi manus, & nullum contingere lucrum neque ma- ius, neque minus, neque captiosum quiddam contra subiectos facere negotia- tione: sed contentum esse solis a fisco tibi ministratis.] His statuit Iustinianus iu- dices nihil dono posse accipere ab his, quorum controuersias sunt diffinituri Præiosa, hoc est aurum, argentum, su- pellectilia, & reliqua his similia iudices

his Iustiniani constitutionibus dono capere minime posse certū est: Cum Plebiscito, & constitutione Seueri & Antonini prohibitum etiam hoc sit Magistratibus, qui sola potentia (vt diximus supra in primo casu) iudices causarum sunt. Sententiā hanc manifeste probat text. c. statutum, §. insuper de rescript. in 6. Et de magnis his donis & muneribus sic (vt diximus) statuit Claudius Cæsar, qui (vt auctor est Dion Cassius lib. 60. Historiarum) Præfectum quendam provinciam propter dona capta exilio punit, omniaque eius bona præfecturæ tempore acquisita, in publicum redegit.

13 De esculentis & poculentis magna est inter Doctores nostros contentio, an scilicet & illa Iustinianus ipse capi prohibuerit. Sunt enim hæc de opinioniones, quarum prima fuit eorum, qui dixerunt, esculenta & poculenta dono capi prohibita. Ita sane Accursus & Rayner. in d. l. solent §. vlt. ff. de off. procons. & legati. Iacob. Butrig. in d. l. plebiscito. Iacob. de Arena in §. scriptū, in auth. vt iudices sine quoquo suffragio fiant. Bald. in d. l. plebiscito. Imol. in l. is, qui reus, n. 7. ff. de publicis iudic. Albe. in l. solent, §. vlt. n. 2. Aug. in auth. iussurādū, quod præstat ab his, col. 2. Lucas de Penna in l. in sacris, col. vlt. vers. 4. C. de prox. sacro. serinio. lib. 12. Villadiego in trac. de hæret. c. 8. Nunius in trac. de mādatis exequēdis, c. 8. Ancha. in cap. statutum, §. insuper de rescript. in 6. & secuti sunt Boer. in q. 153. n. 25. Io. Coraf. in d. l. plebiscito, n. 5. Purpur in trac. de offi. assessoris, n. 174. vers. quinimo nisi & Ludou. Molina Iesuita in trac. de iust. & iu. disput. 84. col. 2. vers. obserua tamen. Decian. in trac. Criminal. lib. 8. c. 35. titu. qui committant. & quibus modis committatur crimen repetundarum, n. 14. in fin.

Et moti ij sunt ea ratione, quod cum Iustinianus sancit salarium, illa dictione nihil vniuersali negatiua excludere voluerit etiam esculenta & poculenta: Cum vniuersalis & negatiua omnino totum excludat. lege, hoc genus. vbi glof. ff. de cond. & demonst.

15 Et comprobatur & sententia illa egregia Prophetæ Isaiæ c. 33. quæ his verbis

scripta est. [ Qui ambulat in iustitijs, & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia: & excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos, ne videat malum, iste in excelsis habitabit. ] quem locū interpretans Diuus Gregorius in Homelia relata, in cap. nonnulli 1. quæst. 1. scripsit: Prophetam non dixisse a munere: sed ab omni munere, significare voluit D. Gregorius, quæuis dona et munera prohiberi. quocirca laudari solet Samuel qui (vt auctor est Iosephus in libro sexto, antiq. Iudai. capit. 5.) qui senio confectus, iudicandis litibus minime idoneus, Saulem regem constituit, et volens se apud populum expurgare, quod dona et munera hæc: esculenta et poculenta non recepisset. Arguite me (dixit) si cuius aliquid accepi aut vitulum, aut ouem, aut cibum. Verum facile & responderi potest constitutioni Iustiniani, et Diui Gregorij interpretationi, vt scilicet iudices nihil capere possint dono, quod eius animū peruertere valeat, quam vim non habent modica esculenta & poculenta, sicuti Isaiæ præcitatum sententiam interpretatum est sacrum Lateranense Concilium, relatum in capit. & si quæstiones, de simonia. cuius verba hæc sunt: [ Quod autem scriptum est, Beatus vir, qui excutit manus suas ab omni munere, de illis donis dictum est, quæ accipientis animum allicere, vel peruertere solent. Quoniam seipsa etiam persona electi offerat ordinario, vel consecratori suo electuarium, vel de vino, siue de alijs huiusmodi, quæ modici prætij fuerunt, ex quo voluntatem recipientis inclinare, vel mouere non debeant: non tamen Ecclesia Romana interpretari consuevit, recipientem in his delinquere, vel donantem. ] His intelligimus in crimine & simonia, quod committitur quando temporale aliquid pro spirituali datur, vt dicitur in d. cap. & si quæstiones non prohiberi esculenta & poculenta accipere: sicuti apertius interpretationem illam Lateranensem Concilij explicantes scripserunt Abb. in dict. cap. & si quæstiones, num. 4. & Ioan. Anan. nu. 7. non esse simoniam, accipere encenia, seu xenia, intel-

intelligentes de esculentis et poculentis, modici tamen valoris: sicuti manifestius explicat Gulielmus Redoanus in trac. de Symonia, in 3. par. cap. 4. nu. 12. Nec repugnat dictio illa nihil vniuersalis negatiua, qua suis in constitutionibus usus est Iustinianus; quia responderet, verba et si vniuersalia, restringi tamen ad terminos iuris, et (vt nostri dicunt) habiles. l. vt gradatum, §. 2. ff. de muner. et honor. vbi glof. et Docto. §. in Institut. de legatis. Ita pariter euitari potest lex illa Constantini, vt habetur in Codice Theodosiano, in l. 1. tit. ne damna pronūcia. in §. cuius verba hæc sunt: Si qui eorum, qui prouinciarum Rectoribus obsequuntur, quique in diuersis agunt officijs principatus: et qui sub quoquo prætextu muneris publici possunt esse terribiles, a rusticano xenia aut munuscula, quæ Canonica ex more fecerunt, extorserit vel sponte oblata non restituerit, sublaris omnibus facultatibus, vltimo subiugetur exitio. Intelligitur constit. hæc de xenijs et munusculis, quæ multum detrimenti afferre solent danti, et quæ iudicis animum auertere possunt: sic explicari potest illud M. Ciceronis pro Murena: dum scribit, esca-rijs muneribus, non oportere iudicia hominum corrumpere.

18 Altera et secunda est opinio eorum, qui affirmarunt hos iudices posse dono capere esculenta & poculenta. Ita Gulielmus Cum Bar. & Bald. in d. l. plebiscito, ff. de offic. præsid. Specul. in tit. de salario. §. 1. Abb. in c. statutum, §. insuper, de rescript. Salic. in l. iubemus, C. ad legem Iuliam. Paris Pute. in trac. de Syndicatu, in verb. esculenta, & in verb. consiliarijs. Alex. in conf. 206. n. 10. lib. 2. ad constit. Neapolt. rubr. 41. de offic. Capitaneorum, num. 24. in fin. Neuizan. in lib. 5. Syluz nopr. n. 99. post Marian. Socin. ten in trac. de visitatione n. 36. vers. sed possit esse. Lass. in l. iurifigentium, §. prætor ait, n. 2. ff. de pact. Boffius in trac. causarum criminal. in tit. de officialibus.

19 Ea ratione ij vsi sunt, quod euitanda est legum correctio, l. sancimus, C. de testam. & l. præcipimus, in fin. C. de appellat. cum ergo Iustinianus non prohibuerit capi esculenta & poculenta expresse, dicendum, illa

esse permissa secundū plebiscitū, & Seueri ac Antonini constitutiones, quibus declarantur illæ Iustiniani: cum & lex posterior declaratur ab anteriori, non est nouum; & hæc & posteriores, ff. de legibus. & præterea probatur manifestius opinio hæc iure pontificio: cui vbi ius civile est dubium, ita iudicium est etiam in foro civili, c. 1. de oper. noni nunciat. Est sane iure illo sancitum, post hos iudices esculenta & poculenta dono accipere ab his, quorum controuersias sunt iudicaturi, vt legitur in cap. statut. §. insuper, de rescript. in 6. cuius verba hæc sunt: [ Insuper vt gratis & cum omni puritate iudicium coram ipso procedat, nullum munus, vel quidquam aliud (nisi forsitan esculentum vel poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit, debibus, vel nisi cum iptum propter causam sibi committam contigerit extra suum domicilium proficisci, moderatas expensas) recipere ab eisdem partibus, qua licet inque præsumat. ] Et præterea cessant hic duæ illæ rationes, quibus interdicitur est causarum iudicibus ne recipiant munera, nempe ne corrupti iniuste iudicent: & ne contingat litigantes exinaniri, facultatibusque spoliari: vt statuit Iustinianus in Authent. vt iudices sine quoquo suffragio, in princip. His enim tenuis esculentis, & poculentis non spoliatur suis facultatibus litigantes. Nō enim oriri potest aliqua corruptionis suspicio, cum nec ob modicum quid præsumatur dolus, lege, si oleum, in fin. & l. id est, ff. de dolo. Et hæc quidem opinio sine magna controuersia recipienda est, quando iudex vel nullum, vel tenue habet salarium a Principe: quo viuere non possit. Nam tunc permissum ei est accipere esculenta & poculenta, modo non sint magni valoris, c. statutum, §. insuper de rescript. in 6. vbi glof. & DD. Lucas de Penna in l. in sacris, in fin. C. de proxim sacrorū serinio. lib. 12. Boer. q. 153. n. 28. Pet. Hunius in trac. Prætorū c. 2. correctorū n. 4. & Io. Marienus in dialogo Delatoris & Aduocati, par. 3. ca. 32. nu. 6. qui. n. 8. post eundem Lucam de Penna, idem esse ait, quando iudex ipse habet quidem salarium, sed tenue, cū paria sint nō habere salarium,



vel tenuerit quod congruum, quod- que tenuerit dicitur salarium, differemus in subsequenti casu.

22 Ceterum ambigi solet: cuius valoris & quantitatis esse debeant hæc esculenta & poculenta: Et tantum esse debere quantitas, ut intra paucos dies consumi possit: Ita sancit in d. l. plebiscito, & in d. capitulum, & in super. & illis in locis gloss. & Joani. Andr. in d. 9. in super. Alex. in cons. 206. nu. 10. in fili. lib. 2. Purpur. in tract. de officio assessoris, nu. 174. Non explicant interpretes, quot esse debeant isti dies. Possent enim esse tam numerosa iudicis & Magistratus familia, ut paucis etiam diebus consumi possent esculenta & poculenta magnæ quantitatis & valoris. Fieri etiam posset, quod pro donantis qualitate esculentum donatum quid minimum æstimaretur: & contra, magnæ æstimandum esset esculentum, si pauper aliquis iudici alicuius oppidi donaret perdes, phasianos, lepores, & similia: quæ magnis & supremis Magistratibus conveniunt. Crediderunt itaque, quod cum nihil certi diffinitum sit a legislatoribus, hoc totum esse iudicis arbitrio relinquendum: sicut in specie scribunt gloss. in d. 9. in super. Abb. in d. c. si quaestiones, in fin. de simon. Boss. in tract. causarum criminal. in tit. de offic. corrupt. num. 3. in fin. Sylvest. Prier. in summa in verbo iudex. 1. quaest. 8. vers. excipiuntur esculenta. Ludovicus Molinæ Iesuita, in tract. de iustit. & iur. disputat. 84. colum. 1. & sic interpretatur verba illa, paucis diebus, de duobus posse intelligi, quod non modico rigore caret, & Franciscus Auiles Hispanus in tract. Prætorum, cap. 1. in verbo, da duas, nu. 13. Iudex ergo sua prudentia iudicabit esculentum & poculentum Magistratui donatum, eiusmodi esse, ut ipse Magistratus flecti, & quadammodo corrumpi potuerit: si enim corruptionis suspicio cessabit, esculentum, vel poculentum donatum iuste potuit accipi. Quocirca consideranda sunt tria illa, quæ commemorantur in d. c. et si quaestiones, cuius verba adscripta: [Cum in accipiendis, vel dandis muneribus tria sint maxime attendenda: personæ scilicet dantis, & accipientis qualitas, & quantitas muneris, & donationis tempus. Qualitas

personarum, ut a quo & cui, videlicet an a paupere diuiti, vel e converso, sive a diuite locupletati datum fuerit: æstimatio muneris, vel donationis: tempus, si magni vel minoris præcij res data exstet, & an instanti necessitate, seu alio tempore conferatur.] hæc ibi: Est itaque consideranda primum qualitas personæ dantis & accipientis, ut conijci possit, an corruptionis suspicio sub sit, vel obsit: an scilicet verisimile sit, ipsum dantem sua ipsa sponte absque eo, quod ab iudice discederet, donasse. Quid enim mali suspicari possit, si nobilitas & divites aliquot perdes, vel phasianos, vel capones, vel meretam unam vel duas, etiam vini dono mittere Regio senatorio, qui gratissimæ eius causæ iudex esset? Convenit certe personis munus hoc: ob id lege permissum diei debet, iuxta ea, quæ scribunt Ioannes de Anan. & Zabarel, in dicto cap. & si quaestiones, de simon. & Redoan. in tract. de simon. in tertia parte, capit. 25. num. 4. illud etiam observandum est, quod diximus esculenta & poculenta, dono recipi posse a iudice, intelligitur non solum respectu personæ, sed etiam pro suis, ob id inter hæc connumerari potest frænum, vel athena pro equo, vel quid simile, ut docuit Gemina. in cap. statutum, §. in super. num. 4. de rescript. qui etiam subiungit: illa & verba, [quod paucis diebus possint consumi] intelligi, quod apta sint consumi, non autem quod requirunt actualem consumptionem. Quo circa adversus legem non faceret iudex ille, qui una die a duobus dono reciperet paria decem perdicum, vel caponum, vel leporum.

23 Ex prædictis declaratur & decretum ducis Mediolani relatum inter decreta civitatis Papiæ, rubrica secunda, quo sancitum est, Magistratus non posse quidquam accipere proferendis sententijs. Hoc sane decretum non habet locum in esculentis, & poculentis supra commemoratis: nec quando iam lata sententia aliquid datur, nulla tamen præcedente promissione. Ita etiam declaratur statutum Papiæ 39. in criminalibus, de pœna corruptentis officiales, & de pœna corrupti.

Ita

Ita etiam declaratur iuramentum quod præstare solent senatores huius domini Mediolani, antequam in eo ordine sedere incipiant, cuius quidem iuramenti formula ita scripta est. Illicita munera non accipiam, & ab omnibus illicitis abstinēbo. Et forte hæc iuramenti forma permissum est senatoribus esculenta & poculenta dono accipere, cum tantum non habeant salarium, quantum vel mediocriter valeant vivere, iuxta ea quæ scripta supra.

25 Illud etiam hæc in re observandum est, quod quando proceditur contra iudicem ob id, quod munera lege prohibita accepit, non admittitur probatio per iuramentum eius, qui munera dedit, sicut adversus gloss. in §. necessitatem, in auth. ut iudices sine quoquo suffragio, et Baldum in sua Margarita, in verbo, officialis, scribunt Antideus in tract. Syndicatus, in verb. Item in eo quod dictus, colum. 2. versic. qualiter. Cataldinus in tract. Syndicatus, quaest. 64. et Franciscus Auiles Hispanus, in tract. Prætorum, cap. 1. in verbo, dadiuas, num. 27. et 28. qui secutus aliam eiusdem gloss. opinionem, dixit, probari posse testibus singularibus.

CASVS CCCC XVIII.

Senatoris dignitas magna: Quis de eius delicto cognoſcat & iudicet, & qua pœna puniendus sit.

SVMARIA.

- 1 Senatoris dignitas culmen est ceterarum dignitatum: & quæ eius prerogativa.
- 2 Senatores non nisi a Principe de admissio crimine pro suo arbitrio damnâdi sunt: etiam honorarij, num. 3. sed cognitio causa ad præfectos Prætorij spectat, num. 4.
- 3 Princeps ligatur æquitatis & rationis vinculo.
- 4 Principis in senatore puniendô, quod debeat esse arbitrium.
- 5 Dignitatis & nobilitatis ratio non habetur, quando pœna certa a lege determinata est: aliter si non sit determinata, num. 8.



ENATORIAM dignitatem esse culmen est fastigium dignitatum scriptum reliquit Aelius Spartianus in vita Alexandri, cuius verba adscripta sunt: Senatus fastigium, ut quum Parricij ex præfecto Prætorij omnium mētis Consulibus præditu facere senatorio, nihil se amplius habere, quod in eum conferri posset, equites Romanos, nec sine se de senatoribus, nec secum iudicare permissum. Erat enim tunc mos, ut quum Princeps causas cognosceret, et senatores, et equites Romanos, in consilio vocaret, sententia ex omnium deliberatione proficeret. Exoratus est denique Princeps, qui minus senatoribus detulisset. Hæc Spartianus: hinc et Tullianus Imperator, in huius senatorum, C. de dignitate, lib. 12. se in senatorium numerum revocavit. Antonius vero Pius (auctor est Iulius Capitolinus in eius vita) senator tantum defuit Imperator, quantum quum privatus esset, defuit sibi alio Principe optavit. De Antonio Philosopho in eius vita ita scriptum reliquit idem Capitolinus: [Senatum multis cognitionibus, et maxime ad se pertinentibus, iudicem dedit: de statu etiam defunctorum intra quinque annorum quærit iussit, neque quisquam Principum senatorum amplius defuit. In senatus autem honorificenciam, multis & prætorijs, & consularibus, privatis decidenda negotia delegavit, quo magis eorum cum exercitio iuris auctoritas cresceret. Multos ex amicis in senatum elegit cum ædilitijs aut prætorijs dignitatibus: multis senatoribus, vel pauperibus sine crimine, dignitates tribunitias ædilitiasque concessit: nec quemquam in ordinem elegit: nisi quem ipse bene scisset. Hoc quoque detulit, ut quoties de eorum capite esset iudicandum, secreto pertractaret: atque ita in publicum prodiret: nec pateretur equites Romanos talibus interesse causis.] Hastenus Capitolinus. Et accedit Aelius Lampridius in vita Alexandri Severi, qui de senatoribus sic scripsit. [Senatore nunquam sine omnium Senatorum, qui aderant, consilio fecit: ita per sententias omnium crearetur: testis]

D 3

restimonia dicereant summi viri ac si se felissent vel testes, vel qui sententias dicebant, postea in vicinum rei cerentur locum, cuius condemnationis adhibita, quasi falsi rei approbati sine ulla indulgentia propositi. Idem senatores non nisi ad summorum in palatio virorum suffragium fecit, dicens, magnum virum esse oportere, qui faceret se natorem. Et paulo post: [Alexander autem idcirco senatores esse voluit præfectos Prætorio, ne quis non senator de Romano senatore iudicaret.] Hæc Lampid. sic apud Dionem lib. 52. cum de Augusto scribit, egregia illa Mæcenatis verba ad ipsam Augustum sic refert. Tertium est, ut senatores liberorum, & mulieres eorum, si quod crimen perpetraverint, ignominia, exilio, aut etiam morte plectentur, nullo facto præiudicio in causam adducis, integramque de causa cognitionem senatui permittas, ut & fontes circa tuam invidiam, vel coram iuxta sortis hominibus peccati plectantur, reliquique metu publici iudicij meliores evadant. Hæc Dio. Cæterum Zeno, in l. ultim. §. adeo. C. vbi senatores vel clarif. constituit, senatores non nisi a Principe de admittendo crimine pro suo arbitrio damnari oportere, Zenonis verba hæc sunt: [Adeo autem tantum honores dignitatum duximus augendos, ut ne facio quidem cognitori nostro, postquam crimen fuerit perfectum, contra huiusmodi viros vel eorum substantias statuendi aliquid concedamus facultatem: sed hoc solummodo in huiusmodi viros vice quoque Principis auditori loquar: ut intentatum apud se crimen, si perfectum fuerit, ad principalem referat notationem, ultionis autem tantis inferendæ dignitatibus modis non nisi in Principis residebit arbitrio: cum sit certum oportere accusatoris calumniam reo videri licet protinus absolvendo, inconsulta quoque nostra serenitate, prout leges sancierunt, coerceri, nisi forte accusator quoque non minoris quam reus sit dignitatis, in hoc namque casu super coercenda huiusmodi accusatoris calumnia non immerito consulta erit principalis auctoritas.] hæc Zeno, qui de senatoribus honorariis, hoc est, de his, qui senatoriam digni-

tatem sine administratione obtinet, quales aliqua apud nos extant, idem quo ad infligendam poenam, statuit Zeno: quo vero ad cognitionem causæ perpetrati criminis, præfectis Prætorio demandavit Zeno ead. in l. ultim. §. viros autem, cuius verba adscripsit: [Viros autem illustres in hac inclita urbe degentes, qui sine administratione honorarij decorati fuerint codicillis, licet talem prærogativam nostræ iussionis metuerint, ut quod non egerint, videantur egisse: in criminalibus causis, magnificæ rux sedis, & illustri. vrbicariæ præfecturæ, nec non etiã viri magnifici officiorum (quoribus tamen ad eius iudicium specialis nostræ pietatis emanaverit iussio) sententijs respondere decernimus: ita ut huiusmodi viri sedendi quidem in cognitionibus dicendi minime sibi vendicent facultatem: sciant autem ipsi quoque nec de se, nec de suis facultatibus iudicatos aliquid, nec probatis criminibus (nisi prius ad nostram pietatem retulerint) posse statueri.] hæc Zeno. In hac ipsa autem poena indicenda quale esse debeat Principis arbitrium, & si difficile est differere: cum summa sit & libera Principis de his statuendi facultas: veruntamen cum Princeps ipse rationis & æquitatis ligetur vinculo, l. digna vox, vbi Bald. C. de legibus dubitatis iure potest, an ipse senatorem delinquentem punire debeat grauiore, vel leuiore poena ordinaria, simile delictum perpetrantibus, in dicta? Exitimo distingui posse duos casus.

Primus est, quando pro delicto indiscriminatim indultioque est indicta certa & determinata poena. Hoc sane casu, eadem puniri debet senator, quæ & quilibet priuatus. Exemplum est egregium Zeleuci, qui lege lata de eruendis oculis adulterium perpetranti: ut æqualitatem seruaret, filio adultero vnum, sibi alterum effudit oculum, auctor est Valer. Max. lib. 6. cap. 5. Et ex nostris Buttig. Cun. & Bald. in l. nemo, C. de sacrosanct. eccles. & alij commemorati & reprobati a Tyraquel. in tract. de poenis legum temp. causa. 31. num. 34. scribunt, nullam habendam esse rationem nobilitatis & dignitatis in indicenda poena certa & determina-

ta a lege. Quo circa intelligimus, Antoninum Pium pie nimis egisse cum senatore particida, quem in insulam desertam deportari iussit, sicuti in ipsius Antonini vita scriptum reliquit Iulius Capitolinus: nisi dicamus grauissimam, acerbissimamque fuisse poenam illam; cum in ea desertam insulam nihil, quo ventrem pasceret, reperire posset particida ille.

Secundus est casus, quando certa & determinata non est a lege poena aliqua: sed in iudicis vel Principis arbitrio est reposita. Hoc sane casu distingui atque constitui possunt tot casus, quot declarationes facit Tyraquelus in dicto casu 31. num. 17. 27. 30. 34. & 39. loca indicasse sufficiat.

## CASVS CCCCXIX.

Matrimonium separari quando patet impotentiam ad coeundum.

## SUMMARIÆ.

- 1 Matrimonium etiam nondum consummatum separari non potest, nisi ob coeundi impotentiam, num. 2.
- 2 Impotentia coeundi ex quibus signis colligatur visibilibus.
- 3 Matrimonium ob visibilem coeundi impotentiam & contrahi non potest, & contractum separari potest, nisi matrimonio iam contracto superueniat, numer. 5.
- 4 Impotens non est, qui vno testiculo caret.
- 5 Intellectus l. si serua, §. si spadoni, ff. de iure dot.
- 6 Spadones natura, & non natura, qui sint.
- 7 Matrimonium scienter cum impotente contractum, non est separandum.
- 8 Matrimonium ob inuisibilem impotentiam ex vtriusque partis confessione, quatenus separatur.
- 9 Matrimonium ob impotentiam inuisibilem statim separari non debet, & quam diu expectandum sit, num. 12. 13. 16. & 17.

- 14 Tempus triennij matrimonio ob impotentiam dissolueno præstitui, quando currere incipiat.
- 15 Aetas ad coeundum vel generandum apta que sit.
- 16 Impotentia coeundi ex parte viri vel mulieris allegata, quatenus presumatur vel probeiurum, 19. 20. 21. 22. & 23.
- 17 Vir se impotentem sciens, si cum muliere contrahat, ea inuita separari non potest, idem si mulierem nimis arctam sciuerit, n. 28.
- 18 Impotentia coeundi ex parte mulieris proueniens quatenus separet matrimonium, num. 26. & seq.
- 19 Matrimonium separatur, si maleficium perpetuo ante contractum matrimonij impedita sit, secus si post, num. 31. & quid si dubitetur ante an post acciderit, num. 32. maleficium temporale non dirimit matrimonium, n. 33.
- 20 Maleficium perpetuum aut temporale quod, num. 34.



**I**TEM matrimonium iam contractum, etiã nondum carnali copula consummatum nequeat dirimi, cum scriptum sit: quos Deus coniunxit, homo non separet, cap. quos Deus 30. quest. 2. & cap. licet ex quadam, in fin. de testib. Veruntamen euenire sæpe solet, ut matrimonium hoc dissolui possit: sicuti euenit, quando viri vel mulieris eiusmodi detegitur coeundi impotentia; ut copula ipsa carnalis impeditur. Ita sane sancitum est in cap. 1. in fin. in cap. 3. 4. & 5. de frig. & malefic. Cæterum dubitari contingit, an & quando fieri debeat matrimonij huius separatio ob coeundi impotentiam, distinguenda sunt tria capita.

Primum est, quando impotentia prouenit ex parte viri tantum. Secundum, quando est impotentia ex parte mulieris solummodo. Tertium, quando impotentia est in utroque. Quod ad primum caput de solius viri impotentia ad coeundum, distinguo atque constituo sex casus:

- 1 Primus est, quando patet visibilis impo-

impotentia, vt si nullos habet testiculos, vel paruulos valde ad modum ciceris, sicuti habebat famulus quidam meus, vt aliquando relatum mihi fuit, vel si habet membrum admodum veruæ, quam portum appellat, vel non est hermaphroditus, sed solet membrum retrahere, & lotiū emittere, sicuti emitur quadrupedes, quod ficere dicebatur nobilis quidam Patavinus, quem de facie noui: Hic enim, vt audiui a multis, qui cum eo conuersabantur, nō poterat stans mingere. Hæc impotentie signa recenset Anchar. in cap. 1. num. 10. & in cap. laudabilem, num. 7. de frig. & malef. Butt. & Præpos. in cap. vltim. nu. 5. & 6. eod. tit. & Syluest. in summa, in verbo, matrimonium, 8. quæst. 16. versic. septimum, quatum ad castrationem. Hæc sane casu contrahere hic non potest, & si contraxit, separari possunt. Ita manifeste statuit Cælestinus III. in d. cap. laudabilem. & ibidem clare Anchar. num. 3. 7. & num. 10. versic. in istis ergo. Hostiens. & Goffed. in summa, de frigidis & malefic. Abb. in cap. 1. num. 6. Præposit. in c. vltim. num. 6. versic. venio igitur distinc. 34. quæst. 1. artic. 2. colum. 4. versic. ex quo plane fit. & Decianus in cons. 33. nu. 16. lib. 4. Est ratio, quia in certis & claris opus non est coniecturis, l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat. & fructa expectatur tempus, cuius euentus nihil operatur, l. aliquando, ff. ad Vellejan.

Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat, quando post contractum ipsum matrimonium per verba de prædicti, inperuenit hæc impotentia: vt putat, si vir ipse castratur. Nam tunc matrimonium non dissoluitur. Ita Archidiaconus in c. ijs qui. 32. quæst. 3. qui communem opinionem esse testatur. Syluest. in summa, in verbo matrimonium, 8. q. 16. versic. septimum, ibi, si vero sequatur, & Decian. in d. cons. 33. num. 16.

Declaratur secundo vt locum non habeat in eo, qui caret vno testiculo tantum: cum hic non dicatur omnino ad coeundum impotens, ex quo semen potest emittere, & si non tam valide. Ita Abb. in d. cap. 2. de frig. & malef. Franc. Marc. in quæst. 677. num. 4. & 5. in 2. par. & Syluest. in loco statim citato, qui sic intelli-

gunt l. serua. §. si spadoni. ff. de iure dot. cuius verba hæc sunt: [ Si spadoni mulier nupserit, distinguendum arbitror, castratus fuerit, nec ne, vt in castrato dicas dotem non esse. In eo qui castratus non est: quia est matrimonium; & dos & dotis actio est. ] Quod sane responsum docte & eleganter explicant Ioannes Bræcheus in verbo, spadonem, ff. de verb. signific. & Franc. Hostianus in comment. verborum iuris in verbo, spado, qui scribitur, spadones & natura esse illos, qui frigidi & coeundi impotentes nascuntur: & ij, appellantur castrati, quasi caste nati impeditur isti contrahere matrimonium. Alij vero dicuntur spadones, non natura quidem sed quod his exerta vel attrita sunt virgilia, quos Thlasias, & Thilibias dicunt, ij matrimonium contrahere possunt, cum coire possunt, etsi non valide semen emittant.

Declaratur tertio, vt locum non habeat in muliere, quæ scienter contraxit matrimonium cum eo, qui impotens est. Nam tunc matrimonij separatio non fit inuito ipso viro, cum imputandum sit mulieri quæ cum illo voluit contrahere. Ita probat text. cap. 4. de frig. & malef. & scribit Franc. Marc. in quæst. 677. num. 3. in 2. parte. Idem quoque est e contra; quando mulier sciens se arctam, & cognoscere a nemine posse, voluit nubere: Hæc viro reluctante potest non potest matrimonij separationem, sicuti tradit Syluest. Prier. in sum. in verb. matrimonium, 8. quæst. 16. versic. quintum, &c. Idem dicimus infra de viro, qui scienter duxit eam, quam cognoscere non potest.

Secundus est casus, quando non apparet impotentia visibilis: sed tam vir maior annor. decem & octo, quam mulier viri potens fatentur impotentiam ipsius viri, & ipsa mulier gerit se pro virgine. Hoc sane casu cum eorum assertioni adhibito tamen propinquorum vel vicinorum testimonio iurato, credatur, separari potest ipsum matrimonium. Ita statuit Cælestinus III. in cap. laudabilem, versic. si autem, de frig. & malef. cuius verba hæc sunt: [ Si autem, quod nunquam se invicem cognoverint, ambo fatentur, cum septima manu propinquorum vel vicinorum bonæ famæ

famæ (si propinqui defuerint) tactis sacrosanctis Euangelij; vterque iure iurando dicat, quod nunquam per carnis copulam vna caro effecti fuissent; & tunc videtur, quod mulier valeat ad secundas nupt. cohabitare. ] hæc tenet Cælest. & illo in loco annotarunt Abb. num. 4. & 5. & Anchar. numer. 7. versic. aut maior, decem & octo annorum; sic & idem Abb. in cap. 1. n. 5. & Præpos. in cap. vltim. colum. penultim. in fin. eod. tit. & Franc. Marc. in quæst. 677. num. 2. in 2. par.

Cæteram ambigitur, an statim fieri debeat separatio, vel potius expectandum sit aliquod tempus? & expectandum esse admittunt vno ore omnes: quod vero sit tempus hoc, dissentiant. Et vndique quidem sunt opinio Hostiensis, quem referunt & probant Anchar. in cap. 1. num. 10. & ibidem Præpos. num. 17. versic. & ad id quod, de frigid. & malef. esse iudicium arbitrium. Altera sunt opinio, quæ mihi magis probatur, & expectandum esse triennium, ita sane sentit Anchar. in cap. vltim. num. 9. eodem tit. de frigid. & malef. & manifestius Syluester Prier. in summa, in verbo, matrimonium, 8. quæst. 16. versic. tertium, impotentia. Dominicus Soto in 4. sentent. dist. 34. quæst. 1. art. 2. colum. 3. versic. si vero impedimentum. & bene eruditus Anastasius Germanus in lib. 2. animaduert. c. 10. & in Partitulis ad tit. illum de frigid. & malef. & vere opinionem hanc probat dist. cap. laudabilem. Hoc triennium & quando currere incipiat, dissentiant pariter D. D. Anchar. in d. cap. vltim. num. 9. de frigid. & malef. scriptum reliquit, incipere decurrere a die assertionis viri & mulieris, & a iudicis præcepto. Rectius senserunt Innocent. Vincent. & Abb. antiquus quos recenset & probat Abb. in dict. cap. vltim. in fin. satis esse, quod per triennium cohabitauerint, siue post querelam coram iudice portectam, siue ante. Comprobat sententia hæc constitutione Iustiniani, qui in §. per occasionem, in authen. de nupt. relato in auth. sed hodie, C. de repud. statuit expectandum esse triennium a die copulationis computandum. Et ij quidem omnes intelligunt, quando (vt supra

& octo annorum, quæ dicitur plena, perfectaque pubertatis, quidam, ff. de re iud. & §. minorum. Inst. de adopt. Estque ætas hæc apta ad coeundum; & si forte non omnino idonea ad generandum. Quocirca sitis probare non possum, quod præcitaris in locis scriptis. Germanus, cum dixit triennium hoc esse, computandum a die, quo vir ipse impleuit vigesimum primum annum, cum Galen. in lib. de sanitate tuenda, scriptum reliquerit, adolescentem non esse perfecte idoneum ad coeundum & generationem, nisi tertium ætatis septimum iam sit ingressus. Qui enim (inquit Galenus) hanc præcedunt ætatem, vel sequuntur, aut plane semen non effundunt, aut certe infœcundum; aut male fecundum effundunt. Hæc Galenus, cuius verba (vel sequuntur) interpretatus est Germanus, quæ Iustinianum ætas sequitur, videlicet, maior 30. annis. Quæ quidem ætas ad generandum minus idonea est. Non equidem probare possum opinionem hæc cum Galenus loquatur de potestate generandi, non autem coeundi tantum. Nisi vero de ijs qui ad coeundum potentes sunt, etsi generate nequeunt. Non enim dirimitur matrimonium, quando generare quis non potest: sed quando coitione effici non potest eadem caro cum muliere. Quæ sane coeundi facultas regulariter inest adolescenti excedenti decimum octauum, suæ ætatis annum: sicuti & eandem potentiam retinet vir quinquagenarius, imo & sexagenarius; vt plurimum (quod plus est) generare potest, sicuti scripti supra in casu, 89. num. 69. & accedit Curt. iun. in cõf. 329. colum. vltim. Non etiam probare possum quod scripsit Abb. in d. cap. vltim. in fin. de frig. & malef. virum & mulierem, ob viri impotentiam separandos, elapso ipso triennio, post iniunctam penitentiam, adhuc cohabitare debere per aliquod tempus iudicij arbitrium. Non enim traditio hæc (ni fallor) iure aliquo probatur.

Tertius est casus, quando non apparet impotentia visibilis: sed tam viri minor decem & octo annorum, quam mulier fatentur adesse in ipso viro coeundi impotentiam. Et constat mulierem adhuc esse virginem. Hoc sane casu non fit separatio matrimonij statim; sed expectari debet

11  
12  
13  
14  
16  
17

tempus illud perfectæ planæque ætatis decem & octo annorum, sicuti statuit Põr. Max. in cap. puberes, de despons. impuber. & docuit Anchar. in d. cap. laudabilem num. 7. vers. aut etiam nunc apparet. Et eo tempore perfecto, expectatur adhuc aliquod tempus pro iudicis arbitrio, ut cohabitent & congregiantur, sicuti post Innocent. scripsit Præpos. in d. c. i. n. 8. pro medio, de frigid. & malefic.

18 Quartus est casus, quando mulier asserit, vicum maiorem decem & octo annorum esse impotentem: vir vero affirmat se potentem & apparet mulierem esse virginem. Hoc casu statim non separatur matrimonium, sed expectatur triennij cursus, ita probat cap. laudabilem, in prim. ibi, cohabitent per triennium, & annotavit ibid. Anchar. num. 7. versic. secundo casu. Abb. in cap. i. num. 5. eod. titu. & in d. cap. laudabilem, num. 5. Extenditur hic casus, ut procedat etiam si post multos annos a contracto matrimonio hæc virgo allegaret viri impotentiam, ita probat cap. ult. de frigid. & malef. & tradit Anchar. in c. i. num. 7. in fin. de frigid. & malefic. qui in vltimus verbis eiusdem, capit. idem reperit.

20 Quintus est casus, quando mulier asserit virum maiorem decem & octo annorum esse impotentem: vir vero affirmat se potentem, & constat mulierem corruptam esse, ut quia vidua erat tempore contractus matrimonij: hoc casu non separatur matrim. Ita Anchar. in d. c. laudabilem, circa fin. vers. aut apparet corrupta. Est ratio, quia magis creditur viro, quam mulieri: ex quo vir tanquam mulieris caput, dignior est ipsa muliere, cap. i. vers. illa autem, de frigid. & malef. Et quia vir præsumitur potens, ex quo de visibili impotentia non apparet, d. cap. i. in fin. vbi mulier probare debet viri impotentiam, & scripsit in Comment. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 90.

Verum subiungit Anchar. in d. c. laudabilem, in fin. versic. dicit tamen hic. Ioannem Andr. hic scripsisse, quod si vir iurat se cognoscere posse mulierem, cogatur pati, quod mulieres inspiciant cognitam tempore coitus, an ita sit: cum certa sint signa in mulieribus, quæ cognitæ sunt. Et si (inquit Ioan. Andr.) referat virum

non posse coire, separari debet matrimonium. Quod intelligit Anchar. lapsa triennio, in quo simul habitauerint. Et alijs interuenientibus, de quibus in cap. vltim. eod. tit. Ea ratione mor' est Anchar. quia si in virginæ requiritur (ut diximus supra) cursus triennij: antequam separetur a viro asserenti se potentem, multo magis idem tempus expectari debet in corrupta: quæ non habet ita efficax argumentum pro se, ut habet virgo, quæ arguit quodammodo viri impotentiam.

22 Declaratur hic casus, ut locum non habeat, quando mulier hæc post annum vel semestrem non est conquesta virum, esse impotentem, quia si non creditur. Ita probat d. capi. i. versic. illa autem, & ibidem Anchar. num. 7. qui dixit, præsumi contra mulierem, cum tam diu tacuerit, argum. l. vltim. C. de ijs qui a non dom. manu miss. & Anchar. num. secutus est Præpos. in eod. c. i. num. 7. in fin.

23 Sextus est casus, quando vir maior decem & octo annorum asserit se impotentem: mulier vero affirmat, eum potentem esse. Hoc casu magis creditur mulieri quam viro: et ob id non separatur matrimonium. Ita Anchar. in cap. i. num. 4. de frigid. et malefic. qui tres asserit rationes: Quarum prima est, quia assertio mulieris itat pro matrimonio, ne scilicet dissoluatur, pro quo in dubio est pronunciandum c. vlt. de sent. et re iud.

Præterea et secundo, quia cum mulier stimulis carnis agitari soleat, ut habetur in cap. Jordanæ, de eo qui cognos. consangu. v. x. or. suæ, verisimile non est, quod mulier hæc allegans viri potentiam, velit stare cum viro impotenti, qui non possit reddere debitum, arg. d. c. i. in fin.

Tertio, quia cum mulier hæc sit rea conuenta, et si nihil præstiterit, absolueda erit, cap. vnic. vt eccles. benef. nisi vir ipse per aspectum, vel alio modo prober se impotentem.

24 Declarantur prædicti casus, in quibus permilla est separatio, ut locum non habeant, quando vir sciens se esse impotentem, contraxit, et mulier non vult separari: nam tunc non datur separatio, c. 4. de frigid. et malefic. vbi Innocent. et Salic. in l. in causis, in fin. C. de repud. late

Syl-

Syluest. in verbo, matrimonium, 8. q. 16. vers. quintum, si autem mulier asserit.

25 Secundum est huius tractationis caput + quando coeundi impotentia prouenit ex parte mulieris. Hoc in capite sunt pariter distinguendi aliquot casus.

Primus est casus, quando impotentia coeundi prouenit ex parte mulieris, ut si ita acta est sui natura, ut a nemine possit cognosci, & incisione, vel alio remedio effici non potest, ut sit cognoscibilis. Hoc casu fieri poterit separatio, cap. ex literis, & cap. fraternitatis, vbi Anchar. numer. 6. de frigid. & malefic. & idem affirmant Præpos. in cap. vltim. colum. penultim. vers. venio ad tertium, & colum. vltim. versic. quandoque allegatur, eod. titu. Syluest. in summa, in verbo, matrimonium, 8. quæst. 16. versic. quartum, & versic. sextum, & Dominicus Soto, in 4. sentent. distinct. 34. q. 1. artic. 2. colum. 3. versic. quapropter adhibetur. Et hac in re obseruandum est quod docuit Anchar. in d. cap. fraternitatis, num. 6. cum dixit, hanc separationem statim fieri posse absque alia solennitate: sed solo testimonio propinquorum, & iuramento de qua in d. cap. laudabilem. Quæ sane solennitas requiritur (ut dixi supra) etiam in primo casu præcedentis, quando scilicet impotentia non apparet ad oculum, sicq. est dubia.

26 Secundus est casus, quando + post iam contracta sponsalia per verba de præsentibus, sicque post contractum matrimonium superuenit impotentia, & impedimentum ipsi mulieri sua ipsius culpa. Hoc sane casu non separatur matrimonium, cap. ex literis, in fin. de frigid. & malef. a sensu contrario, & tradit Anchar. ibid. num. 3. post Hostien.

27 Tertius est casus, quando mulier non est ita acta, quin sit communiter cognoscibilis: etsi a viro, cui nupsit, cognosci non potest ob id, quod is patitur elephantiam, hoc est, habet membrum ita carnosum, quod longe excedit alia membra in longitudine & magnitudine, hoc sane casu non separatur matrimonium, ut scribit Anchar. in cap. pen. in 4. notab. de frigid. & malef. cum dixit, esse hoc in casu procedendum, ut in cap. quod ad sedem, cuius verba hæc sunt: [Quod ad sedem, & infra.

sicut puer, qui non potest reddere debitum, non aptus coniugio: sic qui impotentes sunt minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur] & idem scribit Præpos. in c. vltim. in fin. eod. tit. Dominicus Soto, in 4. sentent. distinct. 34. quæst. 1. artic. 2. col. 3. vers. quapropter adhibetur. Idem est, quando non est adeo acta, quin sit cognoscibilis: sed non potest (ut ipsa asserit) cognosci ab eo viro ob id, quod vel nimis breue habeat membrum. Hoc etiam casu locus est separationis: si iudicis arbitrio visum erit, talem esse viri defectum, ut tradit Anchar. in d. c. pen. in fin. ibi, [nec est relinquendum.]

28 Declaratur prædictis casus, in quibus permilla est matrimonij separatio, ob impedimentum existens in muliere, ut locum non habeat, quando + vir ipse sciens mulierem illa adeo actam, ut cognosci non possit, eam nihilominus voluit in uxorem ducere: nam tunc ea inuita, matrimonij separationem vir petere non possit, verum si ipse vir cum alia contraxit, valeret matrimonium. Ita post Innocent. in causa consultationi, de frigid. & malef. scribit Salic. in l. in causis, in fin. C. de repud. qui dixit, quod eam tenebit ut sororem, & compelletur perpetuo alere: & si rigidum esse dixit Salic.

29 Tertium est caput huius tractationis, + quando coeundi impotentia prouenit ab utroque, viro scilicet, & muliere, non eorum natura, sed per accidens, sicuti contingit, quando fuerunt maleficiati. Hoc etiam capite distinguendi atque constituedi sunt aliquot casus.

Primus est, quando impedimentum perpetuum præcessit matrimonio, hoc casu sit separatio, ita post Ioan. Andr. & Hostien. docuit Anchar. in d. cap. pen. num. 16. in fin. & in cap. vltim. num. 15. vbi etiam Præpos. colum. penult. vers. quandoque signa, de frigid. & malefic. Salicet, in l. in causis, versic. quærit glos. quid si, C. de repud. Syluester in summa, in verbo, matrimonium, 8. quæst. 16. versic. octauum, quantum quæro, & Dominicus Soto in 4. sentent. distinct. 34. quæst. 1. artic. 3. colum. 2. & probatur text. cap. fortianos, 33. quæ l. 1. qui (secundum Sotum) non modo non est (ut opinantur aliqui) abrogatum: sed con-

confirmatum text. cap. litera, de frig. & malefic. iuxta declarationem glos. ibidem  
 30 Perpetuum + autem præsimitur maleficium, quando post triennium commorantes non potuerunt simul commiseri. Ita Abb. in cap. 1. num. 6. de frigid. & malef. Anchar. in d. cap. penul. num. 16. eod. tit. post Hostie. qui tamen visus est dubitare, dum dixit se cupere, quod hac de re ederet decretalis aliqua: sicut eum refert ipse Anchar. ibid. versic. quærit quid sit est dubium, & maleficium esse posse perpetuum scribunt Hostien. Ancha. Syluest. & Soto, secundum quos aliquando causetur caro cibo, vel potu maleficiato: vel fatalis est, ut possit dissolui: sit tamen perpetuum ob id, quod nemo scit dissolvere, præsertim mortuo eo, qui maleficium ipsum commisit: sicut fertur nobilem quandam Papiensem superioribus annis maleficia fecisse proprio filio & nutui, ne obneram adhuc eorum ætatem se committerent, credens se posse vivere & expectare perfectam eorum ætatem, cum vero interim decessisset pater, effecit, ut maleficia ista dissolui nunquam potuerint, & ob id coacti fuerunt a matrimonio recedere.

31 Secundus est casus, + quando impedimentum perpetuum secutum est iam contracto consumatoque matrimonio, hoc sane casu matrimonium non separatur, ita Anchar. in d. cap. penult. numer. 16. in fin. post glos. & Ioan. Andr. ibi, & idem post Ricard. scripsit Syluest. in summa, in verb. matrimonium, 8. quæst. 16. versic. 8. Et probat text. cap. ij. qui 32. quæst. 7. cuius verba hæc sunt: [ Ij, qui matrimoniū sani contraxerunt, & vni ex duobus amētia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatē taliū solui non possunt: similiter sciendum est de ijs, qui ab adversarijs excecantur, aut membris truncantur, aut a barbaris exsecuti fuerint. ] Hæc canon: Illa verba [ exsecuti fuerint, ] significant virum fuisse effectum ad cocūdum impotentem.

32 Tertius est casus, + quando impedimentum est perpetuum & dubitatur, an præcesserit, vel secutum sit matrimoniū. Hoc in casu sunt opiniones: vna est eorū, qui dixerunt, præsumi impedimentum superuenisse contracto iam, matrimonio: &

consequenter locum non esse separationi, ita tamen glos. in d. cap. ij. qui 32. quæst. 7. Ea ratione mota est glo. quia in dubio melius est, mulierem & virum manere ligatos, quam quod separentur, capit. licet ex quadam, in fin. de testi. Altera est opinio, quod imo præsumendum sit, impedimentum præcessisse matrimonium. Ita sane Anchar. in d. cap. pen. nu. 19. versic. quærit quid si est dubium, qui refert Host. idem sentientem. Et apertius idem scribit Abb. in d. c. pen. num. 16. qui refert Butt. eiusdem opinionis, & cōmūnem, esse opin. testatur. Idē tradit Syl. in sum. in verb. matrimonium. 8. colu. vers. nonum, si dubiū sit, qui refert Ricard. idem sensisse. Ea ratione ij moti sunt: quia melius est, ut separentur, ne impediti maneat, timore fornicationis, argum. cap. Abbate sane, de senten. & re iudic. in 6. Nec repugnat ratio primæ opinionis, quia illa procedit, quando matrimonium potest habere aliquem effectum, ne bonum prolis, vel fornicationis evitacionem, quæ hoc in casu esse non possunt, ob omnimodam cocūdum impotentiam.

33 Quartus est casus, quando + impedimentum est temporale. Hoc casu non separatur matrimonium, ita Anchar. in d. cap. penult. num. 16. & in fin. Porro temporale impedimentum præsumitur, + quādo adhuc elapsus nō est triennium a die contracti matrimonij, sicuti Anchar. ipse docuit.

CASVS CCCCCXX.

Alimenta clericorum, quæ congrua dicantur, ut ex fructibus bonorum ecclesie ea consequi possint.

SVMARIA.

- 1 Clericus congrua alimenta sibi sumere potest ex bonis ecclesie, etiam si habet patrimonium.
- 2 Seruiens altari, de altari viuere debet.
- 3 Intellectus c. clericus, 1. q. 2.
- 4 Clerici subuenire debent pauperibus, magna inopia laborantibus.

- 5 Intellectus c. pastor, 1. q. 2.
- 6 Clericus ex beneficiis sumere potest: quod aliunde post illud obtentum, in sustentationem vel eleemosynas expendit: imo aliquando plus, n. 7. & 8.
- 9 Clericus de quibus rebus etiam ad usus profanos testari potest.
- 10 Clerici congrua alimenta quæ dicantur.
- 11 Vitus pauperum & rusticorum alius estimari debet, quam diuitum nobilium, sicut & vestitus, num. 12.
- 13 Intellectus Concil. Trid. sess. 25. cap. 1. de Reformatio.
- 14 Modesta supellex quæ dicatur.

**D**EBITARI per sepe cōtingit, quæ dicatur congrua clericis alimenta? Hac in re duo sunt nobis explicanda, quorum primū est, an & quando clericus sumere sibi possit congrua alimenta ex bonis ecclesie, cui inseruit: secundum est, quæ dicantur congrua hæc alimenta? Et quod attinent ad primum, dicendum est, receptam esse non modo iuris Cæsarei & Pontificij interpretationem: sed etiam Theologorum sententiam, clericum + posse sibi timere congrua alimenta ex bonis ecclesie, etiam si habet patrimonium, ex quo se alere possit. Ita sane Innoc. in c. Episcopus, de præbend. & ibidē Abb. & Abb. in disputat. quæ incipit, Titius clericus, in 4. dubio. & idē in c. postulasti, de rescript. & ibidē Zabarella col. vlt. & Felin. n. 6. Archid. & Præposit. in c. clericos 1. quæst. 2. Barbat. in tract. de præstātia Cardinalatus, in 1. p. q. 6. nu. 16. Soci. sen. in conf. 91. libr. 3. Didacus in c. 1. n. 2. de testa. Redoā in tract. de spolijs ecclesie, q. 9. s. fuit ergo, n. 34. Ex sacris Theologis idē affirmatū D. Tho. in 2. 2. q. 185. ar. 7. vers. ad tertiū, & ibidē Caiet. Io. Maior. in 4. sen. d. 24. q. 7. Gabriel Biel. ibidē dist. 15. q. 8. dubio 8. Syl. Prier. in sum. in verb. clericus in 4. q. 16. & Lud. Mol. Iesuita, in tract. de iusti. disp. 145. col. 1.

Et ij quidē ea ratione moti sunt, quod rationi & æquitati conuenit, ut + quia altari seruit, de altari viuere debeat, integrā congruam suam sustentationem inde acci-

piendo, cap. penult. 1. quæst. 2. & c. cum secundum, de præbend. Et accedit: quod nemo suis stipendijs militat, ut inquit D. Paulus ad Corinth. 2. cap. 9. cuius sententiæ meminit summus Pontifex. in cap. cum sit, de simon. & in cap. cum ex officio, de præscript. Et ideo in c. precarie, 10. q. 2. habetur, neminem inuitum cogi alteri ex proprio facere beneficium, vel seruitiū. Imo ecclesie seruiens, dignus est, qui Ecclesiastica remuneratione gaudeat, ca. charitatem, 12. quæst. 2. & c. vlt. de rescript. in 6. & hoc etiam probat illud Saluatoris nostri, Matthæi, & Luc. cap. 10. dignus est mercenarius mercede sua. Hæc pariter loquitur ipse vsus & consuetudo, quæ lex non scripta dicitur, comprobauit.

Nec repugnant argumenta Barbatæ & Decij in cap. Episcopus, de præbend. dissentientium a prædicta recepta opinione. Nam ad + textum cap. clericos, 1. quæst. 2. desumptum ex Diuo Hieronymo ad Damasium multis modis respondet Didacus in d. cap. 1. numer. 1. versic. prima etenim. Et primum inquit, Diuum Hieronymum consilium posius, quam præceptum expressisse, & tunc interpretatio gloss. in dict. cap. clericos. Crediderim verius, præceptum esse, alioquin non dixisset, committi sacrilegium, cum lex cōsiliij non obliget ad peccatum mortale, ut copiose dicemus infra in casu 350. Altera & secunda est Didaci interpretatio, Diuum Hieronymum loqui de bonis illis, quæ ex ecclesie redditibus pro alimentis pauperum, veteri instituto destinata sunt, eadistribui non debent in alendis clericis, qui ex parentum bonis, vel a propinquis commode ali possunt. Non autem (inquit Didacus) loquitur de his bonis, quæ in obsequij laboris mercedem digne presbyteris debentur, & eandem interpretationem sentit etiam gloss. in d. c. clericos. Verum nec hæc mihi placere potest siquidem absolute loquitur Diuus Hieronymus, ex stipendijs, hoc est redditibus bonorum ecclesie alendos non esse clericos, qui habent unde se alant ex proprio patrimonio. Probabilior itaq. mihi videtur tertia eiusdem Didaci interpretatio, quæ & D. Tho. fuisse scribit, nempe diuū Hieronymum loqui, quando magna atque

4 extrema est pauperum inopia: eo enim in casu grauer peccarent clerici, si non subuenirent illis inopia laborantibus. ita sane D. Thomas in 2. 2. quæst. 185. art. 7. versic. ad tertium, & quæst. 178. art. 4. versic. ad primum, quem etiam secuti sunt Vlricus antiquus glossator, & Præpositus in d. ca. clericos, colum. 2. versic. quinto. D. Vlricus, qui comprobauit verbis d. cap. clericos ibi, [ sunt enim ecclesie bona ipsorum pauperum ] quando urget necessitas, non autem alias, cum sint prius ipsorum ecclesie ministrorum, eique seruientium, e. placuit. 1. quæst. 2.

Non etiam obstat c. pastor. 1. quæst. 2. quod est ex Prospero lib. 2. de vita cõtemp. platiua, cap. 10. cuius verba hæc sunt: [ Pastor ecclesie ijs, quibus sua sufficiunt, nõ debet aliquid erogare: quando quidem nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere: Nec illi qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt sine grandi peccato suo: unde pauper victurus erat, accipiunt. De clericis quidem dicit Spiritus sanctus: Peccata populi mei comedunt, sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta accipiunt: ita possessores nõ alimenta quibus abundanti: sed aliena peccata suscipiunt. ] &c. Nonnunquam obstat hoc cap. quod melius probat quam illud, cap. illi autem, 12. quæst. 1. relatum a Didaco. Nam responderetur, loqui secundum tempus, quo incipiebat florescere ecclesia Catholica, quæ consilij Apostolicis propensissime erga Deum utebatur, spreto mundani fastus cupiditatibus. Ita Didacus in d. cap. 1. num. 2. versic. Prosperi vero, et ante Didacum sic etiam declarat Præpositus in d. cap. clericos, in fin. 1. quæst. 2. sic etiam interpretari possumus canonem illum 41. Apostolorum, qui ita legitur: [ Episcopus accipiat ex bonis pro sua sustentatione, si tamen indiget. ] Responder secundo doctissimus Robertus Bellarminus societatis Iesu, in Commentar. de Cõtrouersijs Christianæ fidei, Tom. 1. in controuers. 5. lib. 1. de clericis, cap. 27. in fin. qui dixit: Prosperum loqui de illis, qui sufficientem habent sustentationem ex patrimonio aut beneficio: tunc enim alterum est superfluum: et proinde pauperibus debitum: alios vero auctores lo-

qui de his, qui neque ex patrimonio, neque ex beneficio sufficientem omnino sustentationem habent: ij enim utrunque retinere possunt: modo ex utroque nihil accipiant ultra sustentationem. Verum cõciliatio & interpretatio hæc repugnat receptæ opinioni, quæ ( vt supra retulimus ) est, quod clericus potest sumere alimenta ex redditibus ecclesie, etiam si habet patrimonium ex quo se alit.

6 Et hæc quidem recepta sententia locum habet etiam, quando ex suis bonis patrimonialibus, aut aliunde quam ex redditibus sui beneficii acquisitis in suam competentem sustentationem, aut elemosynas post obtentum beneficium in sumptis. Nam & tunc potest de ecclesie redditibus tantum disponere, quantum impendit ex proprio, quippe qui compensare quodammodo videtur id quod impendit ex proprio se alendo, quod impendere nõ renebatur, ita tradunt Nauarrus in præcitata Apolog. quæst. 1. monit. 77. num. 7. & Molina in d. disput. 145. colum. 1. versic. quin si aliqua, vbi colum. 2. versic. & vero, subiungit ex sententia Nauarræ, & aliorum, quod non solum beneficiarius potest sumere de beneficii redditibus integram competentem sustentationem, seu alimenta: sed etiam si maior parte dignus sit in recompensationem et mercedem iustam pro industria, labore suscepto et utilitate, quam suis ministerijs ecclesie affert, id totum accipere, et in suos vsus expendere. Et subiungit Molina ex eodem Nauarro, Soro, et alijs, quod si beneficiarius parte viuendo minus consumat de redditibus sui beneficii, quam in suam competentem sustentationem licite poterat, aut quam pro ratione industriz, laboris et utilitatis suorum ministeriorum dignus erat recipere, totum illud augmentum conuerrere posse in vsus quos voluerit, perinde ac si essent propria bona patrimonialia. Imo et posse de eo incremento testari, etiam ad prophanos vsus. Non prosequor reliqua apud Molinam scripta.

10 Alterum huius disputationis caput illud est, et quæ dicantur congrua hæc alimenta seu sustentatio? Et quidem cum nulla lege sit hoc determinatum, relinquatur iudicis arbitrio, vt in specie scripsit Molina,

Molina, in d. disput. 145. col. 4. versic. his ita constitutis, qui subiungit, habendam esse rationem qualitatis beneficii, & quantitatis reddituum: ob quæ promissum est beneficiario habere maiorem splendidioremque familiam: atque ita plus in suam congruam sustentationem insumere. Quis enim ( inquit Molina ) dicat tantum fas esse insumere de fructibus sui beneficii in suam congruam sustentationem Canonico, quam Episcopo eiusdem Ecclesie, aut quantum Decano, si longo interuallo redditus Decanatus illius Ecclesie superant redditus simplicis Canonici? Ita & nos diximus supra in casu 169. numero secundo, quod & si iudicis arbitrio relinquatur qualitas & quantitas alimentorum præstandorum pupillo & infanti, habendam tamen esse rationem qualitatis pupilli, & quantitatis reddituum bonorum ipsius pupilli. Et num. 74. diximus, quod quando Episcopus promoat aliquem ad sacros ordines, & ei tanquam pauperi prouideri debet, vt habeat vn de se alit, alimenta taxanda esse, habita ratione qualitatis promoti, & reddituum ecclesie. Idem sentit Præpositus in c. clericos, in fin. 1. quæst. 2. Et vere eiusdem sententiae fuit D. Thomas in 2. 2. quæst. 32. ar. 10. ad tertium.

11 Et D. Aug. in serm. 41. de Sanctis, admonuit, alias esse et debere escas diuitum, alias pauperum. Et ex notis Accursi. in Lidemque. §. Labeo. ff. mand. & in l. tenuis vrbans, de legat. 3. scripsit, rusticos nõ vt cibis delicatis sed caseo, cæpis, fabis & similibus: nobiles vero diuitesque delicatis vesci. Et traditionem hæc probauit ad rem nostram M. Antonius Marisilius in tract. de eccles. reditib. c. 29. n. 7. & alijs ego ipse comprobauit in commentarijs de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 157. n. 16.

12 Quæ de cibis dicta sunt, et intelligi etiam debent de vestimentis, ac de apparatu domus, quæ omnia ad hominum sustentationem necessaria sunt, & quæ alimentorum nomine contineti scripsi in d. præsumpt. 157. num. 13. Hæc enim sunt pariter pro cõditione & qualitate beneficiarij æstimanda iudicis arbitrio, sicut scripsi in d. præsumpt. 157. num. 18. Et his declaratur

13 et sacrum Concilium Tridentinum, sessio. 25. cap. 1. de Reformatione, quo constituitur

tum est [ vt Episcopi & ceteri beneficiarij non solum honesta supellectili, & mensa ac frugali victu contenti sint. Verum etiam in reliquo vita genere, ac tota eius domo caueant ne quid appareat, quod a sancto instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ se ferat. ] Hactenus sacrum Concilium ( vt dixi ) declaratur: vt tollat quo minus pro diuersitate beneficiorum, reddituum, & aliarum circumstantiarum, beneficiarius vnus ampliore splendidioreque possit habere familiam, & lautiorē mensam, prætiosioreque ac splendidiore, supellectilem. Quæ autem dicatur modesta et supellex, & frugalis victus, & mediocris familia, iudicis arbitrio relinquatur, vt in specie tradit Molina in d. disput. 145. colum. 5. versic. secundum est. Non enim hoc iure definitum est, nec etiam definiti potuit, cum a personarum & reddituum varietate totum pendeat. Iudex autem prudens & circumspectus iudicabit, aliam esse mensam & supellectilem Cardinalis, aliam Episcopi, aliam Canonici, sicuti doctæ & accurate explicat præcitato in loco Molina, qui alia plura de hac sustentatione & alimentis beneficiariorum scribit, quæ nõ prosequor: cū apud eum facile legi possint.

#### CASVS CCCCXXI.

Quibus pœnis & mulctis suam iudex ordinarius tueatur atque defendat iurisdictionem.

#### S Y M M A R I A.

1 Iudex ordinarius non obtemperantem pœna arbitraria punire potest, sicut et delegatus, num. 2.

**D**EBITARI sæpe solet, quibus pœnis & mulctis iudex ordinarius suam tueatur iurisdictionem? Bart. in l. 1. §. 1. in fin. ff. si quis iud. non obtemp. scribit, posse punire pœna criminis stellionatus, & cū Bart. idē tradit Bosius in tract. caus. crim. tit. de cri. stellionat. n. 1. quos se-


cutus sum supra in casu 381. num. 26. Id quod nil aliud est dicere, quam quod pro sui arbitrio punire possit, cum in crimine stellionatus poena sit arbitraria. Et manifestius poenam hanc esse arbitriam scripsit Bald. in Auth. ei qui, num. 35. in fin. C. de hon. autho. iud. possid. quem secutus est ibidem Salicet. colum. 12. vers. item dubitari potest. & idem sensit Iason in l. 1. in princip. num. 3. ff. si quis iud. non obtemper. Idem tunc esse in iudice delegato, scripsit post alios supra in casu 437. numer. 21. & opin. hanc probant, (scribunt Bald. & Salicet.) l. satis. ff. de in ius vocat. & l. 1. in princip. ff. si quis iudic. non obtemper. quod scripsit supra in casu 437.

## CASVS CGCCCXXII.

Aduocati, causidici, & causarum sollicitatores de quota litis paciscentes, quibus poenis plectantur.

## SVMARIA.

- 1 Pactum de quotalitis Aduocatis interdictum est, & procuratoribus etiam imperitis, num. 2. Imo & alij cuiuslibet, num. 3. & quae sit eius rei ratio, num. 4. fallit in procuratore in rem suam, num. 10.
- 5 Pactum de quotalitis quod dicatur, num. 6. & 7.
- 8 Palmarij nomine aliquid promitti potest, si non excedat, num. 9.
- 11 Paciscentis de quotalitis aduocati quae poena, num. 12. 13. & 14.



**P**OSTEA QVAM de Aduocatorum salarijs disseruimus, libuit subijcere hunc casum, qui ad eosdem pertinet, nempe de pacto quota litis, quod illi salarij loco habere falso opinantur. Et quidem tunc certum est non licere praedictis de ipsa quota litis pacisci, l. sumptus, in fin. ff. de pact. l. si remunerandi, §. vlt. ff. mandati. l. 1. §. cui. ff. de varijs & extraord. cognit. l. si qui. C. de postuland. l. item, C. de procurat. & l. si contra, C. mandati. & scribunt Salicet. in d. l. si qui, de postuland. Alexan. & Ias in l. item, C. de procurat. Paris. in conf. 19. n. 53. lib. 3. Natta in conf.

145. n. 15. lib. 1. Plotus in l. si quando, nu. 537. C. vnde vi. Franciscus Conna. in lib. 5. Comment. iur. Ciuil. c. 51. n. 5. Hugo Donellus in l. pacta quae contra, num. 16. C. de pactis. Duarenus in Comment. de pactis, ca. 4. Roland. in conf. 36. nu. 20. lib. 3. & Petrus Gregor. in lib. 49. Syntagmat. iur. c. 8. num. 5. Et ex factis Theologis idem scripsit Angel. Caluasius in summa, in verbo, Aduocatus, n. 15. Syluest. Prier. in summa, in verbo, Aduocatus, n. 12. Turrectemata in c. infames, §. 3. q. 7. Tabiena in summa, in verbo, Aduocat. num. 20. Dominicus Soto in lib. 5. de iustit. & iur. q. 8. art. 4. colum. 2. & Martinus Nauar. in Manuali confessorum, cap. 25. nu. 30. in fin. Hanc quoque pactioem damnat. Quintil. in lib. 12. Institutionum orator. c. 7. & haec quidem receptissima sententia locum habet etiam in t. Aduocatis & procuratoribus imperitis & illiteratis: vt post Baldum docuit Iason in l. sumptus, ff. de pactis, quos secutus est Marcabrun. in conf. 45. num. 1. Imo etiam tunc quilibet alius prohibetur pacisci de quota litis, vt scribit Dominicus Soto in lib. 5. de iustitia & iure, quae 8. art. 4. ex quibus declaratur constitutio noua Mediolani in tit. de poenis, §. si aduocati, de qua infra. Et si enim constitutio loquitur de Aduocatis, procuratoribus, & sollicitatoribus: non tamen excludit alium quemuis de quota litis paciscentem, cum ea tenet ratio: ex quo fauore posset ipsi litiganti ita opem ferre, vt obtineret in causa. Ratio prohibitionis tunc huius pacti de quotalitis duplex afferri solet: Et prima quidem, quia de his pactioibus permulti litium redemptores efficiebantur, hoc est, lites emebant, & varijs fraudibus & technis vexabant aduersarios, ac omnia ij excogitabant, quibus vel iure, vel iniuria aduersarium superarium, aduersariumque consequi, vt tandem promisso sibi premio frui possent. Id quod & publicae utilitati, & bonis moribus repugnabat. Rationem hanc perpendunt praecitati Doctores, & omnium manifestius Dominicus Soto, Duaren. Connan. & Donellus praecitatis in locis. Est secunda ratio, quia Aduocat. procurat. & sollicitat. causa non inducitur in ipsa causa, vt particeps iur. sed vt adiutor & locator operis artis suae per rectum consil. & patrocinium.

ciniura. Quare licite ad reprimendam eorum cupiditatem, & turpe luctum prohibitum est, ne id ipsa quota litis paciscantur. Hanc rationem perpendit Turrectemata, in c. infames, §. arcentur, n. 2. §. 7. Pactum autem de quota litis tunc illud primum esse dicitur, quando promissa est certa pars eius rei, de qua est lis & contentio, vt puta tertia, quarta, quinta, & similis per modum quota, ita praecitati DD. qui intelligunt hoc procedere, etiam si nulla sit facta mentio de victoria causae: quia hoc in casu sic semper intelligitur: & in specie explicant praecitati interpretes omnes.

Est & secundo pactum de quota litis, tunc quando promissa est certa quantitas de ea pecunia, de qua est lis, vt si peto a Caio mille, & tibi aduocato, vel procuratori promitto centum ex illis mille. Ita tradunt Bald. in l. si aduocatorum, C. de postuland. Ang. in d. l. sumptus, ff. de pactis. Guido Papae quae 102. in princip. Syluest. in summa, in verbo, Aduocatus, num. 12.

Tertio dicitur pactum tunc de quota litis etiam, quando litigans promittit certam summam vel partem alicuius rei diuersae ab ea, de qua est lis, adiecto tamen pacto, si obtinebit in causa. Ita Angelus, Salicetus, Alexander, Gozadinus, Clauasius, & Syluester praecitatis in locis. Est enim hoc in casu eadem ratio, quae & in primo casu supra commemorato.

Ceterum si aliquid tunc palmarij nomine, hoc est, pro victoria promittatur, valet, nec dici potest pactum de quotalitis, sicuti tradunt Salicet. & Ang. in d. l. sumptus, ff. de pact. in l. lite, C. de procurat. Alexand. in l. 1. ff. de varijs & extraord. cognit. in addit. & Bartol. Syluest. in sum. in verbo, aduocatus, n. 12. vers. quantum vero, qui post Salicetum declarat, nisi tunc magna summa fuerit promissa & Nauarrus in manuali confessorum, capite, 25. num. 30. in fin. Idem respondit Marcabrunus in d. conf. 45. num. 7. Est enim permessa promissio & datio haec, l. 1. §. si vero, ff. de var. & extraord. cognit.

Præterea non dicitur tunc pactum de quota litis, quod initum est a procuratore in rem suam, nempe a cessionario: vt scribit Cailtrés, in l. per diuersas, col. 1. vers. & haec est radix, & colum. 2. versic. interdum impugnatur, C. mandati, & ibidem Salicetus

q. 17. Paris. in conf. 19. n. 53. lib. 3. Plotus in d. l. si quando, num. 537. C. vnde vi. Idem est quando procurator vel aduocatus habet ius in re, vt si communem hereditatem litigat. Nam tunc pacisci potest de maiori parte sibi danda. Ita Marcabrun. in d. conf. 45. nu. 3. adductus text. l. vlt. in princip. ff. mandati, & traditionis: Baldi in l. per diuersas, col. 2. C. mandati.

Poenam vero tunc aduersus de quota litis paciscentes, est primum iure Caesarico: priuatio officij aduocationis, & patrocinij: lege si qui. C. de postuland. cuius verba haec sunt: [ Si qui Aduocatum exhibitioni suae immensa atque illicita compendia praeculisse sub nomine honorariorum ex ipsis negotijs, quae tuenda susceperint, emolumenta sibi certae partis cum graui damno litigatoris, & deprædatione poscentes fuerint inuenti: placuit, vt omnes, qui in huiusmodi scuitate permanserint, ab hac professione penitus arceantur. ] haec tenent Impp. cuius quidem constitutio & poena tunc iure pontificio confirmata est, cap. infames, §. arcentur, §. 3. quae 7. & admittunt pars im omnes, praesertim Roland. in conf. 36. nu. 20. lib. 3. qui alios refert. & accedit Marcabrun. in dict. conf. 45. num. 5.

Iure nostro tunc Mediolanensi, puniuntur ius paciscentes alij poenis: quemadmodum sancitum est nouis constitutionibus in tit. de poenis, §. si aduocati. cuius verba sic leguntur: [ Si aduocati, causidici, notarij, & sollicitatores, facient pactum de quota litis, applicetur res & rei pretium fisco, & si pecuniam paciscuerint, tantumdem pecuniae per eos fisco persoluumdum erit, & vterius in aureis centum versus fiscum condemnabuntur, & etiam in persona, arbitrio Principis, vel senatus, & criminaliter procedetur. ] Haec constitutio & si alias diuersas poenas a iure communi inflictas indixerit, non tamen tollit illam iuris communis, nempe priuationis officij, iuxta ea, quae ex aliorum sententia scripti in Comment. de praesumpt. lib. 6. praesumpt. 38. num. 38.

Est etiam obseruandum, tunc constitutionem praedictam prohibere etiam certo tempore contractum iniure inter aduocatos,

causidicos, & sollicitatores cum corū clientibus, constitutionis verba hæc sunt: Præmissi cum cliente per mensem unum, antequam patrocinium litis sumant: nec durante lite, nec post finitam litem per se-mestres contrahant sine licentia Principis, vel senatus. Quod si contra fecerint, contractus sint nulli, & incurrant poenam amissionis rei, super qua contractum fuerit, a contrahentibus exigendam. Hactenus constitutio edita ad declarationem prohibitionis huius contractus factæ ab Imp. Valentiano, & Valente in l. quisquis vult, §. præterea, C. de postulan. quæ ita absolute statuerunt: [Præterea nullum cum eo litigatore contractum, quæ in propriam recepit fidem, aneat Advocatus nullam conferat pactonem.] Hanc absolutam prohibitionem restringit constitutio ad certa tempora, & poenam ab Imp. non inductam imponit.

## CASVS CGCCCXXIII.

Reus delictum aliquod confessus, an & quando de alijs delictis interrogari possit?

## SUMMARIÆ.

- 1 Confessus de vno delicto, alijs concurrentibus interrogari potest, iuxta alio num. 2. & 3. regulariter vero non, num. 4. licet aliter obseruetur consuetudine, num. 5. verum non adeo bene, num. 6. & 7.



**DISPUTATIO** hæc frequens est & utilis: an scilicet & quando reus delictum, de quo fuit accusatus, est confessus, possit de alijs interrogari? Hæc in re distinguo, atque constituo quatuor casus.

- 1 Primus est, † quando delictum, quod confessus est ipse reus, indicium est alterius: vt puta, si quis sit confessus adulterium, & adulteræ maritus repertus fuerit in lecto necatus, adulter poterit interrogari super homicidio. Ita pariter, si

quis confessus est occidisse Caium, & cadauer nudum repertum est, poterit homicida interrogari de exspoliatione. Huc casum probat Dominicus Soto in lib. 5. de iust. & iure, quæst. 6. artic. 2. colum. 6. versic. vno modo.

2 Secundus est casus, † quando vnum delictum est circumstantia alterius, vt puta, si reus confessus est, consuetudinem cum puella habuisse, interrogari poterit, an eam deflorauerit. Ita Dominicus Soto in dicto artic. 2. colum. 6. versic. secundus casus est.

3 Tertius est casus, quando † reus confessus est delictum, vt puta homicidium, & extant aliqua indicia de furto, hoc etiam casu interrogari poterit reus ille de ipso furto. Ita post alios Petrus Foller. in pract. criminal. in 3. par. 3. par. in verbo, & confitebuntur, num. 3. Idem sensit Dominicus Soto in d. artic. 2. colum. 6. versic. at vero, qui scribit, hæc indicia qualia esse debeant, relinquere iudicis arbitrio. Et recte quidem, cum regulariter indicia ad interrogandum & inquirendum an sit idonea & vrgentia in arbitrio iudicis positum sit: sicut scripsi supra in lib. 1. q. art. 14. exultimo tamen in casu nostro sufficere leniora, ob malam huius delinquentis qualitatem.

4 Quartus est casus, † quando reus confessus est delictum, vt puta homicidium: & nulla penitus extant indicia de furto, an de ipso furto poterit interrogari? Hoc casu iure communi in spectro, certum est interrogari non posse. Ita Vitalinus in tract. de maleficijs, in rubr. quæ indicia, num. 6. Calonus in pract. criminali, pag. 87. nu. 8. Iulius Clarus in pract. criminali, §. fina. quæst. 64. versic. successiue quæro, &c. Idem ex sacris Theologis scribunt Dignus Thomas in 2. 2. quæst. 70. artic. 1. Adrianus in quodlibeto. 11. Caietanus in 2. 2. q. 69. artic. 2. & Dominicus Soto in d. q. 6. artic. 2. colum. 6. versic. enascitur autem hinc. Et accedit ratio, quod quis dici infamatus & cōiunctus de ipso homicidio: & tamē bonā h. beat famā respectu furti. Ceterū cōsuetudine & vsu fore si † obseruari, vt reus ille homicidij possit etiam absque alijs indicijs interrogari de ipso furto, testantur decem & septem Doct. nempe.

Iaco-

## CASVS CCCCEXXXIII.

Missio in possessionem, quomodo & quibus in rebus fiat ex primo & secundo decreto contra contumacem in iudicio diuisorio.

## SUMMARIÆ.

- 1 Contumax in diuisorio iudicis, siue agatur ad personales præstationes, siue ad ipsam diuisionem reo vel possidente solo, vel utroque, siue id negetur, siue non recusata tantū diuisione, quomodo puniatur, num. 2, 3, & 4.



**DISPUTATIO** E. Iudicis arbitrio, quod versatur circa primi & secundi decreti interpositionem missionis in possessionem aduersus contumacem, intra quod scilicet tempus possit & debeat inter-

poni, scripsi supra in casu 6. Nunc differendum est, qualiter, seu quibus in rebus fiat missio in possessionem in iudicio diuisorio, in quo mutua relatione hinc inde agi videtur? Hac in re Bald. in auth. ei qui, num. 35. C. de bonis auth. iud. possid. constituit aliquot casus.

1 Primus est, quando † agitur ad personales præstationes iam diuisas: hoc in capite idem dicendum est, quod in actionibus personalibus, vt scilicet fiat missio in possessionem portionis cōtumacis, donec ad iudicium veniat, factidetur, & expensas refundat, iuxta l. apud Iulianum, ff. ex quibus causis in possess. eatur.

2 Secundus est casus, † quando agitur ad ipsam diuisionem: & reus ipse conuentus solus est in possess. Hoc casu auctor mittitur in possessionem partis pro indiuiso in star actionis realis, l. si quis emptionis, §. pen. C. de præscript. 30. vel. 40. annor. Ita Dyn. & Bald. in d. Authen. ei qui, nu. 35. versic. sed si agatur. Verum ipse Bald. inquit, hanc non esse bonam similitudinem, sed missionem fieri debere iudicis arbitrio: sicut etiam in sequenti casu, sic

&amp; Sa-

Iacobus Beluissius in pract. crimin. rubr. de quæstio, num. 55. Guidus Suzaria in tract. de indicijs & tortura, n. 56. qui hanc cōsuetudinem esse in tota Italia affirmat. Baldus in tract. de quæstionib. capit. 2. nu. 5. idem testatur Odofredus de quæstionib. quæst. 11. Antonius Canarius in tract. de quæst. in 4. membro, num. 28. Gandin. de maleficijs, tit. de quæstionib. num. 29. qui testatur ita in tota Italia seruari, præsertim in dilectis furti, quæ magis frequenter tantur, Angel. de maleficijs, in verbo, fama publicata, num. 12. Anton. Rosel. de indicijs & tortura, num. 14. Cæpol. in conf. 40. in 5. dub. in criminali. Ioan. Milleus in pract. criminali. Marsil. in pract. criminali. §. constante, num. 14. & in conf. 53. nu. 9. Brunus de indicijs & tortura, in 2. par. q. 5. num. 64. Bernard. Diaz in pract. criminali. cap. 117. num. 3. Grammat. voto 13. n. 2. & in decif. 48. qui testatur, ita seruare magnam curiam Neapolitanam. Lancellorus Conradus in tract. de Prætoribus, lib. 1. cap. 9. §. 3. tit. de negatione criminis in tormentis, num. 22. Petrus Foller. in pract. criminali. in 3. parte tertie par. in verbo, & si confitebuntur, num. 33. Bossius in tract. causarum criminalium, tit. de indicijs, nu. 137. affirmat, quod in hoc dominio Mediolanensi interrogantur etiam super delictis non similibus, etiam si de eis nulla extant indicia.

Verum Iulius Clarus in d. quæst. 64. versic. successiue, ibi. ego tamen, &c. testatur † se nunquam vidisse in hoc ipso dominio Mediolanensi confessum de aliquo crimine interrogari super alijs criminibus, de quibus nō adessent contra eum indicia, nisi in criminibus, assassinijs, furti, fraudatæ annonæ, & falsis: vel nisi esset iam damnatus & bannitus. Nunc (inquit Clarus) si est exequenda condemnatio, solet quandoque torqueri tam super alijs delictis in genere, quam super socijs, complicibus & receptatoribus. Et præterea † consuetudinem hanc tanquam corruptellam reprehendit Marsil. in l. repeti, n. 41. de quæst.



& Salice. ibid. colum. 12. versic. item dubitari potest.

3 Tertius est casus, † quando vterque possidet, & reus negat actorem esse consortem, sicque habere partem in re. Hoc casu (inquit Dynus) onus probandi, quod actor partem in re non habeat, transit in ipsum reum contumacem, argumen. l. si prius, ff. de operis noui nunc. a Dyno non dissentiunt Bald. & Salicet. præcatis in locis.

4 Quartus est casus, † quando reus ipse non negat actorem habere partem: sed solum recusat dividere. Hoc casu scribit Dynus, reum esse multandum, iuxta l. 1. §. quid ergo ff. de ventr. insp. & §. pen. Intit. de off. iud. Bald. vero præc. in loco, versic. sed ego aliter scribit, quod in his casibus perplexis, in arbitrio iudicis est, in quam rem, & qualiter fiat missio in possessionem ex primo decreto, sicuti est in ipsius iudicis arbitrio, quibus modis & vijs suam tueatur iurisdictionem, l. satis, ff. de in ius voc. & l. 1. ff. si quis iud. non obtemp. Tertia est opinio Saliceti in d. authen. ci, qui. colum. 12. vers. item dubitari potest, & c. ibi, ego puro, & c. qui dixit, quod postquam reus conuentus non negat ipsum actorem habere partem in re, cuius petita est diuisio: actor ipse mitti debet in possessionem partis ipsius rei conuenti, vt in posterum pro iusto possessore habeatur, & fructus suos faciat.

CASVS CCCCCXXV.

Noctis tempore gesta suspecta esse: & de testibus, qui nocte vidisse Caium vulnerare vel occidere Seium, an adhibenda sit eis fides.

SVM M A R I A.

- 1 Noctis tempore gesta sunt suspecta.
- 2 Instrumentum noctu confectum, suspectum est, nisi necessitas aliud suadeat, n. 3.
- 4 Oblatio debiti noctu facta non valet.
- 5 Electio noctu facta suspecta est.
- 6 Sententia noctis tempore lata non valet, nisi vbi vel iurisdicatio iudicis expirat.

ret, num. 7. vel partes presentes non contradicerent, numer. 8. aut propter causarum multitudinem aliter fieri non potest, num. 9. aut res tempore peritura sit, num. 10. aut ita sit consuetudo, num. 11. aut causa pia sit, n. 12.

- 13 Testis deponens noctu se vidisse, & c. reijcitur, admittitur tamen ex causis pro arbitrio iudicis, num. 14. Item si deponat se cognouisse, n. 20.
- 15 Noctu quatenus res agnosci & videri possint, num. 16, 17 & 19.
- 16 Regiones vbi nox aspectum non impedit.
- 17 Homines & animalia que noctu vident.
- 18 Nyctalopes qui sint.

**R**ECEPTISSIMUM est apud nostros, noctis tempore gesta, que die geri solent & possunt, esse suspecta, cum vulgatum illud sit: qui male agit, lucem odit, vt est apud Evangelistam Ioan. cap. 3. & in cap. consuluit, de offi. deleg. cap. 3.

2 Quocirca dicere solemus, suspectum esse instrumentum noctu confectum. Ita sane in cap. 1. colum. penult. de fide instrum. Ias. in l. non minorem, num. 2. versic. aduertere, C. de transact. & in cons. 50. libr. 3. Felin. in ca. consuluit, num. 6. de offi. delegat. & Alciat. in d. l. non minorem, n. 3.

3 Quæ ramentum traditio locum non habet, † quando necessitas urgebat conficiendi eo tempore instrumentum, & adhibita fuerunt lumina, ita quod testes cognoscere potuerunt ipsos contrahentes, vel de rebus suis disponentes, sicuti declarant Bal. & Ias. præc. in locis. Ita etiam oblatio † facta a debitore creditori noctis tempore vti suspecta non valet, vt scribunt Salic. & Ias. in d. l. non minorem, in fin. † sic & electio noctu facta, suspicione non caret, capit. quia propter, §. vltim. de elect. Abb. in cap. 1. de clandest. desponsat. Petrus Baisus in tract. de electio. par. 3. cap. 37. & Alciat. in d. l. non minorem, num. 3. versic. vnde & electio, sic pariter & † sententiam noctis tempore latam non valere, scribunt Bart. in d. l. non minorem, nu. 2. vbi Alex. n. 4. & Ias. num. 3. qui testatur esse

esse communem opinionem. Et ibidem quoque & Alciatus, num. 4. & scripti supra lib. 1. quæstione 62.

7 Quæ quidem traditio locum non habet multis in casibus: Et primo quidem, † quando iurisdicatio iudicis delegati expiraret: nam tunc noctis tempore ab eo ferri potest sententia: sicuti declarant Bart. in d. l. non minorem, vbi Ias. num. 3. Alciat. num. 4. Felin. in d. c. consuluit, num. 18. versic. Fallit, vbi res. & Socin. quem mox referam.

8 Secundo non habet locum, † quando partes ipsæ præsentessent, & non contradicerent, sic explicat Butr. & Imol. in d. ca. consuluit, de offi. deleg. Salic. & Alex. in d. l. non minorem, & ibid. Ias. num. 3. vers. secundo limita. & Alciat. n. 4. vers. idem si tacite. Fel. in d. ca. consuluit, nu. 18. vers. tertio fallit, & Vant. vbi supra, qui idem esse dixerunt de laudo ab arbitris lato, & scripti supra lib. 1. q. 62.

9 Tertio declaratur non procedere, † quando iudex est adeo causatum multitudine impeditus, vt necesse habeat etiam noctis tempore sententias ferre: sicuti declarant Bald. in §. vlt. in procem. fororum. Roman. in l. si vero, §. de viro. fallen. 45. ff. solut. matrim. Iason in d. l. non minorem, num. 3. vers. tertio limita. Felin. Soci. & Vant. præcatis in locis.

10 Quarto declaratur non habere locum, † quando sententia lata est noctis tempore super re tempore peritura. Ita Iason in d. l. non minorem, num. 3. vers. quarto limita, & reliqui supra relati.

11 Quinto declaratur non procedere † quando extat vsus & consuetudo: sicuti communem esse traditionem scripsit Alciat. in d. l. non minorem, num. 4. versic. consuetudine quoque, Felin. & alij supra relati, præsertim Vant.

12 Sexto non habet locum in sententijs in † causis pijs latis, vt post Alberic. docuit idem Alciat. in d. l. non minorem, nu. 4. vers. excipit Albericus.

13 Ita dicimus, testes ferre non † posse testimonium, nisi de his quæ cognouerunt, l. tertium, C. de testib. id quod præstare non possunt de gestis tempore noctis, quo homini datum non est aliquid cernere, quocirca scribunt interpretes, suspectum

esse testimonium eius, qui attestatus est, se noctis tempore vidisse Caium vulnerare, vel occidere Seium: cum impossibile hoc sit nisi luna lucente, vel accensis luminibus, vt tradit glos. in l. si cum exceptione, §. in hac, ff. quod met. caus. quam secuti sunt ibidem Bald. & Angel. & idem Bald. in l. de quibus, ff. de legib. in l. A retula, ff. de statu hom. & in cap. 1. §. porro, quæ fuit prima causa benef. amit. Angel. in cons. 194. colum. 3. Capella in cons. 32. hume. 8. in criminalib. Ias. in d. l. non minorem, nu. 4. C. de transact. & in l. si non speciali, n. 10. C. de testam. Felin. in c. sicut, n. 8. de sent. & re iudic. Dec. in cons. 429. nu. 15. Grammat. in cons. 58. nu. 1. in criminal. & in voto 21. Rolandus in cons. 7. num. 30. & 33. lib. 1. & Plotus in l. si quando, num. 840. C. vnde vi. & idem ego ipse scripti supra in casu 279. num. 3. Et prædicti quidem omnes referunt Oldradum reijci & damnari fecisse testes quosdam, qui dixerunt, se noctis tempore vidisse Caium occidere Seium, cum ea nocte luna esset illuminis, & nullum extaret accensum lumen, simile contigisse vni ex accusatoribus Alcibiadis, scriptum reliquit Plutarchus in illius vita. Plutarchi verba hæc sunt: [Cum enim Mercurij statuæ, quarum Athænis magna copia erat, ex omnibus locis ciuitatis vna nocte deiectæ fuissent, capitibusque perfractis ad terrâ iacerent prostratæ, essentque nonnulli aduenæ ac serui per eos dies capti, qui coram senatu populoque adducti, huius facinoris culpam in Alcibiadem reijcerent: cum nemo inter eos esset, qui sibi constaret, vt aliquid vnquam stabile firmiterque aduersus eum profertet, quin potius omnia ficta pro arbitrio crimina & commentitia viderentur: rogatus quidam ex his, quoniam pacto eum qui mercurij statuam percussisset, conspexisset: respondit, se beneficio lunæ percussoris vultum, sacrilegique nouisse. Verum cum luna noua, quæ tenebræ vigere præcipue solent, id facinus perpetratum esse constaret, satis perceptum fuit a prudentissimis viris, eum & pugnantia secum loqui, & malevolentia ad accusandum Alcibiadem non veritate compulsam.] Hæc Plutarchus.

Cæterum, Alciat. in d. l. non minorem, num. 3. iudicij † arbitrio relinquendum esse

esse

esse docuit, & idem scripsit Plotus in d. l. si quando, num. 840. Et recte quidem, cum iure hoc definitum non sit, nec defini potuerint. Nam multæ sunt causæ, quibus quis facile noctis tempore aliquem de facie potest agnoscere: nempe noctis, regionis, hominis, & loci qualitas. De noctis & qualitate, ut si luna valde lucet, hominē agnosci de facie posse, admittunt Oldradus & reliqui supra commemorati, qui eum secuti sunt, declarat etiam Crauet. in cons. 99. num. 9. Magna tamen hic opus est iudicis diligentia, ut accurate cognoscat, an ex ipsius lucentis lunæ lumine, loci & personarum qualitate fieri possit, quod de facie illi fuerint cogniti, cum contingere, soleat aliquando sic cernentes falli: quemadmodum deceptos fuisse Pisidas, qui Themistoclem in tentorijs occidere tentarunt, in Themistoclis vita scriptum reliquit Plutarch. his verbis: [Cum autem vnum ex iumentis, quæ portabant tentorium eius, esset in fluitum delapsum, serui Themistoclis aulæas madefactas expanderunt ad siccandum, interea accurrunt cum gladijs Pisidæ. Cum autem ea, quæ siccabantur non satis peruiderent ad lunam: arbitrabantur ea Themistoclis esse tentorium, atque se illum intus inuenturos quiescentem. Vbi iam suggesti proprius sustulerunt aulam, intenti serui iniolauerunt in eos, ac corripuerunt.] hæc Plutarchus. Regionis quoque qualitas idem efficit: sunt enim regiones & prouinciæ aliquæ, ubi noctis tempore homines ita cernunt ut interdiu sic sane de Casio monte scribit Plin. in lib. 5. nat. hist. cap. 22. cuius hæc sunt verba: [Super eam moris eodem, quo alius nomine Casius, cuius excelsa altitudo quarta vigilia orientē per tenebras solem aspicit: breui circum actu corporis, diem noctemque pariter ostendens.] hæc illæ. Idem de prouincia Britannicæ scriptum reliquit Cornel. Tacit. in vita Iulij Agricol. Taciti verba adscripsi: [Dierum spacia ultra nostri orbis mensuram, & nox clara, & extrema Britannicæ parte breuis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine inter noscas. Quod si nubes non efficiunt, aspici per noctem solis fulgorem, nec occidere & exurgere, sed transire affirmant: scilicet extrema &

plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras, infraque cælum & sidera nox cadit.] hæc Tacitus. Homines pariter qualitas idem efficit, sunt enim (inquit Alciat. in d. l. non minorem, num. 3.) quidam qui noctis tempore vident, qualem fuisse Tiberiū Cæsarem, legimus apud Clau. Suet. in ipsius Tiberij vita, cap. 68. cuius verba hæc sunt: [Facie honesta, in qua tamen crebri & subriles humores, cum prægrandibus oculis, & qui (quod mirum esset) noctu etiam, & in tenebris viderent, sed ad breue & quum primū a somno potuissent, demum rursus hebescebant.] hæc Sueton. Hos noctu videntes dicere possumus similes quibusdam animalibus, quæ ita noctu ut interdiu cernunt: sicuti sunt felium oculi, qui (inquit Aleia.) noctu vident: sic capras non minus noctu qua interdiu cernere scriptum reliquit Plin. in lib. 8. nat. hist. cap. 8. & in lib. 28. cap. 11. idem auctor in lib. 11. cap. 37. de oculis felis, capræ, & lupi, ita scribit: [Nocturnorum animalium, veluti felium, in tenebris fulgent radiantque oculi, ut contueri non sit: & capræ, lupoque splendent.] hæc Plin. Homines qui noctu cernunt. Nyctalopas & appellati a Galeno, veteribus, ac ab Vlpiano in l. idem: Ofilius, §. penult. ff. de æd. edict. scribit Alciat. in d. l. non minorem, C. de transact. & in l. inter stuprum, §. verom. ff. de verb. sign. quo postremo in loco dixit duplicis generis esse nyctalopas obseruauit ego vnum tantum genus, cuius meminit Vlpia. in d. §. penult. qui respondit, esse morbum quandam, quo homo neque matutino, neque vespertino tempore videt. Et illo in loco Budæus refert Aristotelem in problem. sect. 31. ita loquentem: [Nyctalopas dicunt, cum interdiu vident, occidente vero sole hebetius vident, ad plenam vero noctem ne paululum quidem.] hæc Aristotel. sic & Plin. in d. cap. 50. idem scribit: [Tradunt & noctu non minus cernere, quā interdiu: ideo si caprinum iecur vescatur, restitui vespertinam aciem his, quos Nyctalopas vocant.] Idem lib. 28. cap. 11. his verbis repetit: [Capras negant hippire, quoniam ex quasdam herbas edant, item horcades. Et ob id fitum earum cera circumdatum noxua luna deuorare iubent: & quoniam noctu

actu equæ quoque cernant, sanguine hircinō sanari suscipios putat: Nyctalopas a Græcis dictos: capræ vero iecinore, in vino aultero decocto.] Hactenus Plin. De loci & qualitate idem dicendum est: ut si dixit testis, se Caium cognouisse noctis tempore, quia ei fuit valde proxima. Et si enim nox illa non erat clara lumine, vel alio: attamen iudex fidem habere potest. Ita declarat Plotus in d. l. si quando, num. 844. qui testatur, sic aliquando consultasse peritissimos Physicos, Cardanum et Zaphrum, quos familiares habui, dum anno 1556. in patrio Gymnasio Papiensi Iustin. Instit. explicarem. Porro recte subiungit Plot. iudicis arbitrio hoc (ut dixi supra) relinquere. Cæterum cessat dubitatio, quando testis testatur non quidem vidisse, sed cognouisse Caium illum, quæ loquentem audiuit, notamque sibi esse eius vocem. Hoc sane casu suspicione careret hic testis, et ob id iudicium facit ad torturam sicuti tradunt Bald. in l. si non speciali, colum. 1. C. de testam. Alex. in cons. 24. num. 10. lib. 2. Corn. in cons. 10. num. 10. lib. 1. Cæpolla in cautela 231. Felin. in cap. sicut, num. 6. de senten. et re iud. Iaf. in d. l. non minorem, nu. 5. C. de transact. Decius in cons. 163. num. 3. in cons. 363. num. 2. Plotus in d. l. quando, num. 845. C. vnde vi.

## CASVS CGCCCXXVI.

Probationibus multis concurrentibus, quæ melior, validior, & efficacior dicatur.

## SUMMARIA.

- 1 Iudicium simile est duello.
- 2 Probatio si vtrinque par & equalis sit, iudicis arbitrium est sequi quam velit.
- 3 Præsumptio est probatio artificialis.
- 4 Arbitrium iudicis regulari debet iure & ratione.
- 5 Probatio que fit per rei euidentiā, somnibus præfertur, etiam ei que fit per confessionem, num. 12.
- 6 Probatio per rei euidentiā alijs omnibus exclusis recipitur.

- 7 Probatio per rei euidentiā, etiam post didicita testificata, admittitur.
- 8 Rei iudicata opponi post exceptio iniustitia & iniquitatis, ex ipsa actorum inspectione apparentis.
- 9 Nullitas aduersus tres conformes sententias que possit opponi.
- 10 Exceptionibus omnibus a statuto reiectis, quam adhuc opponi possint.
- 11 Iudex iudicare potest de iudicatore, etiam sine chirurgo, si ex inspectione sculæ appareat.
- 12 Confessio facit probationem probatam, & aliarum veriorum ac potentiorum.
- 13 Confessio magis probat quam publicum instrumentum.
- 14 Confessio probat contra rem iudicatam, & presumptionem iuris & de iure.
- 15 Confessio facit rem notoriam, nisi confessus errorem probet.
- 16 Testes fortius probant quam instrumentum.
- 17 Testibus quibus maior adhiberi debet fides, iudicis arbitrio relinquuntur.
- 18 Testium eiusdem qualitatis & conditionis maior numerus præualet minori.
- 19 Testibus dignioribus, & honestioribus maior est adhibenda fides.
- 20 Testibus non subditis magis credendum quam subditis: sicut non domesticis aut familiaribus magis, quam domesticis aut familiaribus, n. 23.
- 21 Testibus verisimiliora deponentibus magis credendum.
- 22 Testimonio regis plus creditur quam notarij.
- 23 Testimonium religiosorum, præfertur testimonio laicorum.
- 24 Testimonio duorum Notariorum magis creditur, quam duorum priuatorum testium.
- 25 Testimonio seniorum magis creditur quam adolescentium, ut & masculorum magis, quam feminarum, n. 29.
- 26 Testibus reddentibus rationem scientiæ plus creditur, & deponentibus de actu immediato, quam de mediato, nu. 31. & de eo qui sit consentaneus naturæ potius, quam contra, num. 32. Item de actu aliquo in specie, quam in genere.

**33.** Item de delicto non commissio etiam laicis, quam de delicto commissio etiam clericis, num. 35. Item de voluntate libera pobiis, quam de roacta, nu. 36. Et de bona fama potius, quam de mala fama, nu. 37. Et de his que iuri communi consentanea sunt, quam que non, nu. 38. Item que pro reo, quam que pro Actore, nu. 39. Item de affirmatiua attestantibus, quam de negatiua, num. 40.

**34.** Probatio fauorabilis, presertur minus fauorabili.

**43.** Instrumentum quomodo faciat probatio nem probatam.

**44.** Iusurandum an sit species probationis, num. 45.

**46.** Iusurandum admittit probationem in contractu: maxime per re leuentiam, num. 47.

**VDI CIUM,** simile est duello, recte dicitur Bald. in l. vlti. C. de commina. episto. nam sicuti dubius est litis eventus, ita quod debetur, ff. de pecul. sic & duelli, ut illo in loco annotauit Bart. & si cuncti confecti duello is palmam obtinet, qui aduersarius superauit, l. 1. C. de athlet. lib. 20. sic & in iudicio ille a iudice pro se reportat sententiam, qui melioribus & efficacioribus probationibus suam probauit intentionem: Ita post Franciscum Accursium in l. cum de etate ff. de probationibus. scripsit Bald. in d. l. vltim. Qui quidem subiungit, relinqui iudicis t. arbitrio, secundum quam partem velit iudicare, si ambæ partes æqualiter probauerunt. Et rursus num. 2. adiungit, quod quando diuersæ scripturæ producuntur in iudicio, in arbitrio iudicis est, quam veriore[m] putauerit illi stare, Bald. secutus est Barbat. conf. 25. colum. 3. lib. 4. qui dixit, iudicis arbitrio relinqui, quæ dicatur melior & efficacior probatio. Idem ego ipse scripsi in Commentarijs de retinenda possessione, remedio 3. num. 719. & probauit Mascardus in tract. de probat. conclus. 1193. n. 63. simile est quod annotauit supra in casu 472. num. 1. ex sententia Abbatis, iudicis arbitrio relinqui, quæ præsumptio (esse

3 probationem hanc t. artificialem, scripti in Comment. de præsumpt. lib. 1. quæst. 2.) dicatur altera melior & validior, & in summa de montraui supra in casu 90. probationes in iudicis arbitrio positas esse.

4. Cæterum, cum iudicis t. arbitrium regulati iure & ratione esse debeat, sicuti scripsi supra lib. 1. quæst. 14. differendum est hoc loco, quid obseruare debeat iudex, ut arbitretur probationem vnã esse altera meliorem & efficaciorẽ.

Et primo quidem æstimate debet probationem illam esse cæteris efficaciorẽ, t. quæ rei & loci euentia, sicque inspectione oculari t. quemadmodum ex responso Vlpian. in l. si irruptione, in fin. ff. inquam regund. colligit Bald. in l. contra negantem, in fin. C. ad leg. Aquil. ex sententia Azonis probationẽ hanc esse optimam omnium, & ob id alijs omnibus anteponi, sic idem Bald. in rubr. C. de prob. colum. 1. & in l. 1. C. si aduersus liberã, sic & idem Bald. in l. col. 2. C. de ædil. act. & cum eo Afflict. in decis. 107. numer. 7. dixit, plus demonstrari per facti præsentiam, quam per vocis efficaciam & probationem hanc præferri alijs omnibus, scribunt multi congesti a Neuiz. in conf. vlti. in fin. & a Mascard. in tract. de probat. volum. 1. quæst. 8. num. 4. & 5. quibus accedit Alex. in conf. 186. num. 6. lib. 2. qui dixit esse probationem euidentissimã, & esse optimã, scripsit post alios Afflict. in d. decis. 107. num. 16. & hæc quidem probatio est adeo privilegiata, vt exclusis t. alijs hæc recipi possit & debeat, vt si statuto cautum est, quod de damno in prædijs dato, credatur iuramento damnum passi, ita vt non admitatur contraria probatio: nihilominus recipiendã est illa, quæ per loci inspectionem offertur. Ita sane Bald. in d. l. contra negantem, in fin. C. ad leg. Aquil. Alex. in conf. 35. nu. 8. lib. 4. Curt. sen. in conf. 79. num. 6. Masfil. in rubr. C. de probat. num. 158. in l. 1. s. si serui, n. 7. ff. de quæst. & in conf. 16. num. 5. Conradus Laudens. in tract. de prætore, lib. 1. cap. 9. §. 2. tit. de probat. num. 6. Tyraquel. de retract. consang. §. 4. glos. i. nu. 37. & nu. 39. Ripa in l. 2. num. 7. ff. de dam. infect. & Mascard. in d. quæst. 8. num. 6. & 7. & his accedunt alij congesti a Ploto in l. si quando

quando, n. 808. C. vnde vi. simile dicimus, t. quod etsi iure permissum non est, post didicata testificata probationes aliquas facere: attamen prohibita non censetur hæc, quæ sit per rei euidentiam, locique visitationem, ita Bal. in l. si quis testib. in fin. C. de testib. & ibid. Salic. col. vlt. verbi quæro, an potest Roman. in l. si vero, §. de viro, in 31. fallen. ff. solut. matti. l. in l. vlt. n. 4. ff. de iur. iur. Bertrã. col. 337. col. 2. lib. 1. Afflict. in decis. 216. num. 3. & Tyraq. in d. glos. i. num. 39. & hos etiam refert & sequitur Mascard. in d. quæst. 8. nu. 9. Et his accedunt alij congesti a Paris. in conf. 67. num. 13. & 14. lib. 1.

8. Ita dicimus, aduersus t. sententiam, imo & rem iudicatam admitti exceptionem iniustitiæ & iniquitatis, quæ ex ipsa actorum inspectione apparet, etsi alias hæc opponi non possit exceptio, & ob id sententia illa nunquã in iudicatũ transit, vt tradit Bald. in l. 1. in fin. C. de sent. rescind. non posse. Iaf. in l. vlt. n. 5. ff. de iur. iuran. & in l. 1. in prin. n. 10. ff. de noui oper. nunciã Tyraq. in d. glos. i. nu. 38. verbi confirmat quoq. & Mascard. in d. q. 8. n. 16. qui alios commemorant, & accedunt Masfil. in d. rub. C. de probat. n. 172. sic & Oldr. in cõf. 106. Quod litera executoria, &c. respondit, quod & si aduersus tres sententias opponi non possit exceptio nullitatis, attamen tunc potest, quãdo de nullitate ipsa apparet ex ipsismet sententiæ inspectione, & Oldr. secutos est Masfil. in cõf. 16. n. 16. Est etiam simile quod scripsit Accurs. in l. 1. §. hoc interdiciu[m] pertinet, in verb. siue supremæ, & in verb. in perfectam, ff. de tab. exhib. cum dixit, quod si t. a statuto reiectæ sunt omnes exceptiones, illæ tamen obijci poterunt: quæ ex inspectione instrumenti, vel contractus, vel sententiæ, aut alterius actus a quo reiectæ sunt, apparent. Et Accursio manifestius idẽ scripsit Bald. in l. si ex prædijs, C. de euictio, & Rom. in cõf. 42. n. 3. in fin. quos probant Tyraq. in d. gl. i. nu. 40. & Mascard. in d. q. 8. n. 18. quibus accedunt Imol. in l. 2. col. 10. verbi 3. limita. C. a quib. appe. nõ licet. Anch. in cõf. 111. in fi. Bara. in c. cû iurè, col. 1. de offic. deleg. Corneus in cõf. 4. n. 8. lib. 2. & in cõf. 26. n. 22. lib. 3. Dec. in l. qui pecuniã, n. 4. ff. si cert. pet. Ruy. in col. 74. n. 12. lib. 4. Masfil. in

cõf. 16. n. 3. & 4. & Ripa in l. 1. §. si quis ita col. vlt. ff. de verb. oblig. confert quod docuit Bal. in l. 1. col. 2. C. vt quæ desunt aduoc. part. cû dixit, quod & si cautum est statuto, iudicẽ ferre nõ debere sententiã condenatoriã de cicatrice, nisi adhibito chirurgo: attamen si cicatrix ipsa ex eius oculari inspectione apparet, ferri potest sententiã nõ adhibito chirurgo. Et Bal. secuti sunt Ang. Aret. in tract. malef. in verb. cicatrix, col. 1. & Masfil. in cõf. 16. n. 7. in l. 1. §. si ferui, n. 6. ff. de q. & in rub. C. de prob. n. 165.

12. Et hæc quidem t. probatio maior & efficacior est illa, quæ fit in confessione aduersarij: cum hæc errorem habere non possit, illa vero possit, sicuti dicimus statim.

13. Secunda est species t. probationis, quæ ex concessione aduersarij sumitur. Hæc etsi præcedenti nõ præfertur, vt diximus, alijs tamen præualet, cum dicatur probatio probata, hæc quæ per aduersarij confessionem fit, & aliarum verior est & potentior, l. generaliter, §. & si quid, C. de reb. cred. & iureiurand. l. generaliter, C. de no. numer. pecu. & l. vlt. C. de fideicom. & scribunt post alios Gram. in decis. 36. nu. 66. Socin. iunior. in cõf. 39. num. 18. lib. 2. Et dicitur t. probatio hæc maior & potentior illa, quæ fit publico instrumentõ, vt post Bald. in cõf. 192. Proponitur, quod in quadam ciuitate, col. 2. in fin. lib. 2. responderunt Craue. in conf. 61. nu. 3. & in conf. 171. n. 1. & Zasius in cõf. 1. n. 4. & 5. lib. 1. quos secutus sum in Commentarijs de Recepta da post remedi. 1. n. 218. quo loci n. 219. an notauit ex Decio, probationem hanc admitteri, & si reliquæ excludantur: sicuti dixi admitti contra t. rem iudicatam, & p. 2. sumpcionem iuris & de iure. Et nu. 222. adiunxi, confessiõnem hanc facere rem t. notoriam, & alijs multis comprobat Mascard. in d. tract. de probat. in 1. vol. quæst. 7. col. 1. & 2.

17. Quæ sane sententia intelligitur, t. nisi is, qui confessus est, errorem probat. l. 2. ff. de confess. et c. vlt. ext. eod. et scribunt omnes in l. error, C. de iuris et facti ignorat. et late Mascardus in d. quæst. 7. num. 19. & 23. qui in illius quæstionis, explanatione multa commemorat, quibus probatio hæc impugnatur atq. debilitatur.

F Tertia

Tertia est species probationis, quæ testimoniis fit. Hæc dicitur maior & validior illa, quæ fit in instrumento, sicuti scribunt Abb. in rubr. extr. de testibus. vbi Decius testatur communem esse opinionem. Francisc. Viuius in verbo, testis, incipit: Validior, & alios plures refert & explicat Mascard. in tract. de probat. in tom. in q. 5. column. 1. & 2.

**29** Verù si testes hinc inde fuerunt examinati, prudens iudex considerabit, quibus magis adhibenda sit fides: Et primum quidè, vbi eadem est testium qualitas & conditio, maior tamen numerus minori preualebit vt respondit Arcadius in l. ob carmen, §. vlt. ff. de testib. his verbis: [Si testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis sint & negotij qualitas, ac iudicis motus cum his concurrat, sequenda sunt omnia testimonia.] Hæc Arcadius, quæ sic sunt inter pretati gl. & ibi passim omnes admittunt.

**21** Secundo, si dispar est conditio & qualitas testium, maior & efficacior est probatio, quæ testibus dignioribus & honestioribus facta est, ita respondit Callistratus in l. 3. in princ. ff. de testib. cuius verba hæc sunt: [Testium fides diligenter examinanda est, ideoque in personarum eorum exploranda erunt in primis conditio eiusque utrum quis decurio, an plebeius.] Hæc Callistratus, sic & Vlpianus in l. vlt. ibi [ & amplioris honotus inferiore. ] Et ex nostris annotarunt Bald. in l. ad testium, nu. 21. vers. secundo dico, C. eod. de testib. & idem in disputatione: Accusatus de vi turbatiua, colum. vlt. vers. secundo casu, Curtius senior in tract. de testib. concl. 16. & idè in conf. 73. Magnus vir, col. 5. vers. ad tertium motiuum, Barbat. in d. col. 25. col. 2. vers. stat ergo, lib. 4. Ruinus in conf. 53. n. 6. lib. 4. idem ego ipse scripsi in præcitatis commentarijs de Retinenda possessione, remedio tertio, nu. 719.

**22** Tertio, si par est testium dignitatis & honestatis conditio & qualitas, tamen præfertur probatio illa quæ ex testibus non subditis, quam illa quæ ex subditis. Ita Bald. in disputatione supracitata. Alexand. in conf. 88. num. 6. lib. 5. Ruinus in d. conf. 53. num. 6. lib. 4. & ego ipse in dicto Remedio, tertio, num. 720. sic dicimus testes non domesticos & familiares præfer-

ri domesticis & familiaribus, l. 4. & l. idonei ff. de testib. & ibid. glof. & Doct. & scribunt post alios Parisius in conf. 97. num. 85. lib. 3. & Ruin. in conf. 29. num. 5. lib. 5. qui de famulo salariato responderunt, fides adhibetur.

**24** Quarto, si nulla extat inter testes differentia respectu personarum, atque ita puritate præfertur probatio, tamen quæ provenit a testibus verisimiliora attestantibus, sicuti respondit Arcadius in d. l. ob carmen, §. vltim ff. de testib. cuius verba adscripsi: [confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis & testimonijs, & quæ rei aptiora, & vero proximiora esse comperit.] Hæc ille. Et ex nostris scribunt Anchor. in conf. 278. Decius in conf. 534. in fin. At fl. ct. in decif. 63. nu. 6. Gozadin. in conf. 8. n. 46. in conf. 13. nu. 27. Parisius in conf. 112. in fin. lib. 1. Berous in c. licet causam, n. 50. et 57. de probationib. et Bello-nus in conf. 11. in fin. et ego ipse in d. remedio 3. n. 721. Hinc dicimus, magis credi testimonio Regis, quam notarij, Craue. in conf. 272. n. 16. vers. 2. probatur, et idem de antiq. tēp. in 2. particula 1. p. principalis n. 27. et Grammat. in decif. 59. num. 41. sic etiam affirmant omnes tamen testimonium religiosorum præferri attestationi laicorum.

**25** Ita Alex. in conf. 43. n. 4. lib. 7. Iason in Authen. in testifi. col. vlt. C. de sacrosanct. eccles. Ruinus in conf. 137. Craue. in conf. 267. n. 2. præferim si est Episcopus, vt respondit idè Craue. in conf. 272. n. 16. vers. 3. probatur. Ita quoque dicimus magis tamen credi duob. notarijs, quàm duobus alijs testibus privatis, ita Bald. in Authen. sed cum testator, C. ad l. Falcid. Barbat. in conf. 25. col. 2. vers. et idem Bald. lib. 4. Corsetus in singulari, in verbo, testes, incipit: Duotestes,

**27** Curt. sen. in tract. de testib. concl. 17. Idè est tamen de testimonio testium seniorum quibus maior habetur fides, quàm attestationi adolescentum, c. quociens, & c. licet ex quibus de testib. et scribunt glo. in l. eū quid ff. si certum pet. Barb. in d. conf. 25. col. 2. in fin. lib. 4. Curtius senior in tract. de testib. conclus. 8. et alij quamplurimi, quos longa serie congerit Tyraquellus de iure primogen. in procmio, num. 148. qui numer. 149. 150. 151. & 152. quatuor affert declarationes. Masculis tamen magis quam fœminis,

**28** ita

**30** ita Corsetus in singulari, in verbo, testes, incipit: Duo testes, masculi.

**31** Quinto præfertur probatio illa, tamen quæ sumitur ex testibus reddentibus rationem scientiæ, etiam si non fuerunt interrogati, ita Bald. in l. presbyteri, C. de episcop. & cleric. et Barbat. in conf. 25. colum. 2. vers. et facit singulari, lib. 4.

Sexto præfertur probatio illa, quæ sumitur ex testibus attestantibus de actu substantiali magis proximo atque immediato, quam illa quæ colligitur ex testibus deponentibus de actu mediato, vt si testes vnus ex contendenti- bus de possessione deponunt, hunc arasse & coluisse prædia: testes vero alterius ex cõtendenti- bus de possessione deponant, huc fructus collegisse, hos sanè testes melius & efficacius probare possessionem affirmant. Bald. in c. licet causam, n. 30. vers. notata mens, de probat. quem secutus est Ruin. in conf. 53. n. 7. lib. 4. Verum aliter scripserunt idem Bald. in l. arboribus, §. nam & si agrum, ff. de usufruct. & quemadmodum quis vtat. & Barbat. in conf. 25. col. 2. vers. facit quod, lib. 4. & in d. cap. licet causam, n. 55. sic voluit scribere in præcitatis Commentarijs de Retinen. possess. remed. 3. num. 722. vers. præterea scriptum. Existimo nunc hoc in casu versari iudicis arbitrium, vt is sua prudentia iudicet, an actus ille arandi & colendi agrum, sit clandestinus, vel potius ille secundus, colligendi & auferendi fructus.

**32** Septimo præfertur probatio illa tamen quæ consentanea est natura, vt si testes deponunt virum non esse natura frigidum, ij melius probant, quam testes affirmates, imò esse frigidum, vt egregie docuit Innoc. in c. 1. de frig. & malef. quem secutus est Barbat. in d. conf. 25. col. 2. vers. facit ad prædicta, lib. 4. sic etiam magis creditur testibus attestantibus aliquem esse sanæ mentis, quam quod sit mente captus, vt scribunt post alios Dec. in l. furiosum, nu. 20. C. qui testam. fac. poss. & in conf. 448. num. 9. & Gram. in decif. 73. num. 21.

**33** Octauo melior & efficacior est probatio illa, tamen quæ sumitur ex testibus deponentibus de bona fama alicuius, quam testibus de eiusdem mala fama attestantibus, ita scribunt Barbat. in conf. 27. col. 6. lib. 1. Decius, in l. furiosum, n. 20. C. qui testam. fac. poss. & in

in d. conf. 25. col. 21. vers. & idè Innoc. lib. 4. Curt. sen. in tract. de testib. conclus. 7. Craue. in conf. 94. n. 3. conf. 258. n. 16. & in conf. 262. nu. 2. 3. qui & Natta in conf. 362. num. 13.

**34** Nono præfertur probatio illa, tamen quæ est fauorabilis, quàm sit illa, quæ est odiosa, vt tradit post Bald. in c. cum sint iura partiū de reg. iuris in 6. Barbat. in d. conf. 25. col. 3. in princ. lib. 4. qui subiugit, quod si ambobz sunt fauorabiles, illa præfertur, quæ est magis fauorabilis.

**35** Decimo præfertur probatio illa, tamen quæ sumitur ex testibus deponeribus de delicto non commisso, quàm testibus attestantibus de commisso. Bal. in l. data opera, n. 7. C. de accusat. qui dixit, maiorè fidem adhiberi duobus laicis attestantibus de nõ delicto, quam duobus clericis afferentibus delictum fuisse commissum. & Bald. secutus est Barbat. in d. conf. 25. col. 2. vers. facit etiā quod voluit lib. 4. Est ratio, quia deponeretes de non delicto, dicuntur attestari de eo, quod consentaneum est naturæ quæ præsumit, hominem non delinquere, l. merito, ff. pro soc. & late scripsi in comment. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2.

**36** Undecimo, melior & efficacior est probatio, tamen quæ habetur ex testibus attestantibus de voluntate libera, quam deponentibus de metu, & voluntate coacta, ita Innoc. in c. super hoc, de renunciat. Bald. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de off. præsid. Barb. in conf. 54. col. 2. lib. 1. & in d. conf. 25. col. 2. in fin. lib. 4. Curt. sen. in tract. de testib. concl. 64. Iason in l. interpositas, n. 7. C. de transactio, qui Dec. in l. in omnib. causis, n. 7. de regul. iuris. Gozad. in col. 9. nu. 7. Paris. in conf. 53. num. 62. & in conf. 60. num. 22. lib. 4. Alciat. in respons. 5. nu. 8. Alb. in conf. 77. num. 12. Grammat. in decif. 102. num. 60. & in conf. 51. num. 19. in criminalibus, & alios referunt Antonius Gabriel. in lib. 1. conclusionum, titul. de testib. concl. 4. n. 15. & Mascardus in tracta. de probat. concl. 174. num. 6.

**37** XII. melior est probatio tamen illa quæ sumitur ex testibus deponentibus de bona fama alicuius, quam testibus de eiusdem mala fama attestantibus, ita scribunt Barbat. in conf. 27. col. 6. lib. 1. Decius, in l. furiosum, n. 20. C. qui testam. fac. poss. & in

conf. 448. n. 12. Gozad. in conf. 13. n. 28. & Marsil. in conf. 7. n. 23.

38 Decimotertio præfertur probatio illa, þ quæ habetur, ex testibus attestantibus de his, quæ iuri communi sunt consentanea, quam testibus deponentibus de his: quæ ipsi iuri communi repugnant, sicuti tradunt Dec. in del. furiosum. n. am. 20. Pa- ris. in conf. 112. in fin. lib. 1. Gozad. in cõf. 13. num. 26. Et hinc fit, præferri testes deponentes de libertate, quæ iuri communi convenit, test. bus de servitate attestanti- bus, vt respondit Crauet. in conf. 292. n. 3. vers. conclusio.

39 Decimoquarto probatio illa þ quæ su- mitur ex testibus attestantibus pro reo, quam deponentibus pro actore, vt respon- dit Ruin. in conf. 38. num. 4. lib. 5.

40 Decimoquinto, testes þ deponentes de affirmatiua præferuntur testibus de negati- uia attestantibus, sicuti copiose tradunt Antonius Gabriel. in lib. 1. cõclusionum, in tit. de testi. conclus. 4. n. 1. & 2. Hercu- lanus in tract. quomodo probetur negati- ua, & Mascard. in tract. de probat. conclus. 1087. qui multis declaracionib. explicant.

41 Quarta est probationis species þ quæ fit instrumẽtis. Et quidẽ instrumentũ dicitur facere probationẽ probatam, quemadmo- dum auctoritate quam plurimum scripsi su- pra in Casu 150. num. 47. & alios plures re- fert Mascard. in tract. de probat. cõcl. 906. qui num. 3. declarat, & intelligit procedere

42 quando nil þ aduersus ipsum instrumentũ obijcitur, alias secus id quod præter eum scribant & Neuizanus, in conf. 46. nu. 5. & conf. 57. num. 18. Imo idem est, quando þ instrumentum statuti dispositione habet paratam executionem, sicuti cautum est statuto Papiensi, & cõstitutione noua hu- ius domini, in tit. de iudicijs, cap. si quis per apparentem. Nam adhuc instrumentũ non facit probationẽ illam certam & pro- batam, atque ita exequi statim non potest vt de- clarant post alios Alex. in conf. 188. lib. 2. Dec. in cõf. 251. in fin. & in cõf. 322. colum. 2. Capio. in decis. 14. num. 7. & 8. Socin. lun. in conf. 181. lib. 2. & Didac. in lib. 2. var. resolut. cap. 11. n. 1. & 2. Cæterũ scripsi supra, instrumentum nõ facere pro- bationem meliorem & efficaciorẽ: sed debiliorem illa tertium. Non repeto iam

dicta. Quod vero probatio, quæ instrumẽ to fit, melior & efficacior fit illa, quæ sumi- tur ex priuata scriptura chirographi, et si- mili nemo dubitat, vel dubitare iure pos- sit, et propterea non est quod plura hac de rescribam.

44 Quinta est probationis species: quæ fit iureiurando hanc nõ þ esse probationem, sed iuramentum ipsum releuare onus pro- bandi, sic sane scripserunt permulti con- gessi a Mascard. in tract. de proba. in 1. vol. q. 9. col. 1. & non esse legitimam probatio- nem respondit Dec. in conf. 83. n. 3. Verũ alij multi affirmant þ iuramentũ esse pro- bationis speciem, vt refert idem Mascard. ibidem num. 2. & ego ipse in lib. 1. de præ- sumptionibus q. 1. n. 32. inter species pro- bationis artificialis connumerari, & di- xi communem esse sententiam. Est tamen probatio hæc cæteriis de his: cum aduer- sus þ præstitũ iuramentũ admittatur con- traria probatio: si. n. uti quando cautum est statuto, quod pro damno dato sietur iura- mento damnu passũ, sicuti sancitũ est sta- tuto Papiensi in ciuibus rubr. 42. Quod credatur damnum passũ. Nam tunc & si damno affectus iurauit, admittitur tamen probatio cõtraria. Ita post. Bal. & alios do- cuit Roman. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infecto. & latissime differit Ti- raq. de retract. confang. §. 4. glo. 1. col. 1. & 2. qui multis declarationibus explicant.

45 Et præfertim þ admittitur contraria probatio per rei euidentiam, hoc est loci in spectacionem, vt diximus supra ex senten- tia Bald. in auth. contra negantem, in fin. C. ad l. Aquil. & accedunt R. pa. in rubr. ff. de damno infecto. n. 6. & Marsil. in rubr. C. de probationib. num. 166.

46 Et præfertim þ admittitur contraria probatio per rei euidentiam, hoc est loci in spectacionem, vt diximus supra ex senten- tia Bald. in auth. contra negantem, in fin. C. ad l. Aquil. & accedunt R. pa. in rubr. ff. de damno infecto. n. 6. & Marsil. in rubr. C. de probationib. num. 166.

47 Et præfertim þ admittitur contraria probatio per rei euidentiam, hoc est loci in spectacionem, vt diximus supra ex senten- tia Bald. in auth. contra negantem, in fin. C. ad l. Aquil. & accedunt R. pa. in rubr. ff. de damno infecto. n. 6. & Marsil. in rubr. C. de probationib. num. 166.

CASVS CCCCXXVII.

Represalia, quas pignorationes vel clarigationes appellamus, an iure per- mitta sint: quando & quo ordine con- cedantur: & qua pœna pleatur cre- ditor, vel damnum passus re- presalias sua auctoritate faciens.

SVM-

SAMMARIA.

1 Represalia minus rite concessa omni iure prohibita sunt, si rite permisse, tam iure diuino, naturali gentium, quam ci- uili, Pontificio, & Municipali, num. 21. 3. 4. 5. 7.

6 Intellectus, §. r. Auth. vt nõ fiant pignora- tiones, c. 1. de iniur. & dam. dat. in 6.

8 Represalia quatenus concedantur, n. 9. 10. & seq.

9 Represalia conceduntur ob iniuriam & damnum illatum, nu. 10.

11 Represalia nõ conceduntur, nisi denegetur iniustitia a iudice damnu vel iniuriam in ferentis requisiti a iudice damnu passi nu. 12. & 13. & an ab inferiore iudice, an etiam a superiore debeat fuisse dene- gata, 14. 15. & 16.

17 Represalia a iudice concedi debent con- sensu Principis, vel populi.

18 Represalia priuata auctoritate fieri non debent, nisi iudicis vel Principis copia nullam omnino habere possit, n. 20. & quæ pœna contra facientis, n. 19.

21 Represalia sine solennitate iudiciali con- ceduntur.

22 Represalias quis iudex concedat.

23 Represaliarum iure res capte quomodo distrahendæ, indeque creditoribus sa- tisfaciendum.

**N**ON est dubitandum, quin represalia, þ quas aliqui clarigationes, a- liqui clarigationes appel- lant, minus rite, & tẽq. concessæ, omni iure pro- hibitæ sint, si uti constituit Iustinian. in §. 1. in authen. vt nõ fiant pigno. relatus in authem. sed omnino. C. ne vxor pro matito. & comprobauit Gregor. X. in cap. 1. de iniurijs & damno dato in 6. Verum econtra þ dicimus omni iure permittis esse, si modo rite recteq. concedantur. Et sanè lege diuina, hoc est in foro (quod a- iunt) conscientiz esse permittis. affirmant Bart. in tract. Represaliarum, q. 1. num. 3. copiose Iacobus de Canib. in tract. de represalijs, par. 1. num. 8. & 14. Guido Pa- pæ quæst. 32. Salicet. in authem. sed omni- no, in fine. C. ne vxor pro matito. Angel.

Clauastius in sum. in verb. Reptẽsalia. n. 1. & Sylj. in sum. in verbo. Reptẽsalia, nu. 1. scribit; iure diuino esse permittis.

3 Permissa etiã þ sunt iure gentiũ. Bar. in d. q. 11. §. 1. & Iacob. de Canib. in loco præ- allegato, n. 15. qui etiã dixit, sulciri ratione naturali, cõ æquitas ipsa naturalis. dicitet; iust. bellũ, posse indici ei, qui iniustitiã fa- cit, c. dñs noster, 23. q. 2. & secundũ æqui- ratẽ cõcedi affirmant Martin. Landon. in tract. de represalijs, n. 13. Sic legitas his de represalijs vos fuisse Græcos, qui Andro- lepsiã appellabãt. sicuti ex Julio Dilluce lib. 8. c. 1. scribit Pe. Greg. in lib. 38. synag- ma. c. 8. n. 1. & Greg. nomine suppresso. Lud. Pegne. in decis. crim. c. 11. n. 5. repre- salijs vsi etiã sunt Romani, qui cõ Illirijs infestare nauigantes, qui Romanæ ditiõ- nis erant, priusquã aduersus eos artha mo- uerit, Teuchã Regiã per legatos inter- pellaũt, vt dictis nauigantibus emendari iubere illatũ damnu. Quod cum id face- re contempisset bellum contra ipsos Illi- rios susceperunt, auctor est Polybius in li- bro 2. Hist. or. quẽ ad rem nostram referunt Petr. Gregor. in d. cap. 11. n. 8.

4 Iure þ Ciuili permissa etiã esse represalia passim nostri affirmant, vt Bar. in d. tract. de represaliarum, q. 1. n. 3. manifestius Iacob. de Canib. in tract. de represalijs, p. 1. n. 16. in auth. sed omnino. in 3. oppos. & ibidem Salic. vers. in contrariũ videtur. C. ne vxor pro matito. Alb. in tract. statutorum, par. 1. q. 53. n. 4. & 5.

Nec obstat cõstitutio Iustiniani in §. 1. in auth. vt nõ fiant pigno. relata in auth. sed omnino. C. ne vxor pro matito. & ca. vñcũ de iniur. & dano dato. in 6. quia infra resp.

5 Iure etiã þ Põuificio permissas esse repre- salias affirmat idẽ Iacob. de Canib. præcit. in loco, n. 16. vers. 4. similiter. Ea ratione vsus est: quoniã lex ipsa Pontificia permit- tit, quod ob delictũ administratorũ & gu- bernatorũ puniatur tota vna provincia, re- gũ, & ciuitas, c. nõ est. despõs. & c. si sent. de sent. excõ. & ideo ob culpã regentiũ ca- pi & detineri poterit homo liber inuitis pro debito pecuniario, cap. ex rescripto. de iure iuran & cap. vt pridem. 23. qua sit. 8.

6 Nec repugnant þ illæ constitutiones Iusti- niani in d. §. 1. in authen. vt non fiant pig- nor. & Gregorij X. in d. c. vni. de iniurijs; & dam-

& damno dato, in 6. quia responder Iaco. de Camb. prædicto in loco, num. 19. loqui certis casibus, in quibus exofæ sunt hæ repressaliæ. Rectius dicere possumus vna cū Baldo in authen. sed omnino in 3. oppos. C. ne vxor pro marito. Salicet. ibidem verfic. in contrarium videtur, & Franco in dict. cap. vnico, numer. 1. post Bartol. repressalias esse non modo iure Pontificio sed & omni iure damnatas, quandò sunt sine iudicis auctoritate, sine iusta causa, & sine iusta intentione & mente eius, cui cõceduntur. Idem scripsit Petr. Gregor. in d. cap. 8. num. 12.

7 Consuetudine & iure municipalis permissas esse repressalias scribunt. glos. in authen. sed omnino C. ne vxor pro marito, & ibidem Bald. in 2. oppos. Iacob. de Camb. vbi supra num. 17.

8 Cæterum multa & requiruntur, vt iure concedantur hæ repressaliæ, sicuti scribunt Bartol. in d. tract. repressaliarum, q. 1. Bald. & Salicet. in authen. sed omnino. C. ne vxor pro marito. Angel. Clauas. & Syluester Prier. in summa, in verbo, Repressaliæ & reliqui quos statim referam.

9 Primò requiritur, quòd adfict iustacausa, vt si illata est iniuria, vel spoliatio, vel aliud damnum datum. Bartol. in d. tract. repressaliarum, quæst. 10. Ioan. Andr. cap. non debet. de reg. iur. in 6. in Mercurialibus. Guido Papæ quæst. 32. verfic. secundo vero Petr. Gregor. in d. cap. 8. num. 7. & Bald. in conf. 445. Quatuor ad præpositum colum. 1. verfic. circa causam libr. 4. qui respondit, constare debere de damno dato, & de persona certa, cui datum fuit.

10 Secundo, requiritur, quod & damnum, spoliatio & iniuria sit magni valoris, non autem sit rei modicæ. Ita Bartol. in d. tract. repressaliarum, quæst. 2. Syluester Prier. in summa, in verbo, Repressaliæ, nu. 3. verfic. primo, quod Corneus in conf. 61. num. 4. lib. 3.

11 Tertio requiritur, quod & dominus, vel Princeps loci, vbi illata fuit iniuria, vel datum damnum, fuerit requisitus ab ipso spoliato, vel damnum vel iniuriam passo, vt emendari atque resarciri sibi faciat damnum & iniuriam: is vel petentem cõtempserit, vel iniustitiam facere neglexit. Sic scribunt Bartol. in d. quæst. 1. num. 4. Io. Andr.

in d. cap. non debet. Salicet. in authen. sed omnino verfic. dummodo alia concurrant. C. ne vxor pro marito. Guido Papæ in d. q. 32. Io. Lignan. in tract. de bello, ca. 167. Syl. Prier. in sum. in verbo, Repressalia, n. 4. Petr. Gregor. in d. c. 8. n. 7. & 10. Et obseruandũ est, quòd si is index corã quo fuit petitũ damnum emendari, est index inferior, & tulit iniquam sententiã, ab ea appellare debet damnum passus, vt tradunt Bartol. vbi sup. q. 3. Ang. Clauas. in d. sum. in verbo, Repressaliæ, in fin. Et Syluester. in verbo, Repressaliæ, num. 3. verfic. sed pro his duobus. Et Corneus. in conf. 61. n. 2. lib. 3.

12 Quarto requiritur, quòd & his passus damnum, vel iniuriam iudici, vel Principi suo prober, se damnum illud, vel illam iniuriam fuisse passum: & requisuisse iudicem, vel Principem eius, a quo illatum fuit damnum, vel iniuria, quòd sibi iustitiam faceret: & ille vel recusauit, vel neglexit. Ita quidem Beluisius in §. 1. in authen. vt non fiant pignorat. Bald. in authen. sed omnino, nu. 15. C. ne vxor pro marito. Et ibidem Salicet. verfic. quòd fiat probatio debiti. Syl. Prier. in sum. in verbo, Repressaliæ, n. 3. Petr. Gregor. in d. c. 8. n. 10. in fin. & n. 11. & Peguera in d. c. 11. num. 8.

14 Quinto requiritur, quòd & Iudex vel Princeps damnum passus, vel iniuria affecti suis literis, vel legatione requirat iudicem eius, qui damnum dedit, vel iniuriam, intulit, vt cõpellat illũ resarcire damnum, vel iniuriam, alioqui quòd aduersus eius subditos cõcedet repressalias. Sic sane scribunt Bartol. in d. quæst. 1. nu. 4. Bald. authen. sed omnino, num. 15. verfic. 20. sequitur & ibidem Salicet. verfic. quòd monitio iudicis. Iacob. de Camb. in d. tract. de repressalijs, par. 1. num. 23. verfic. secundo requiritur. Guido Papæ quæst. 33. & Petr. Gregor. in d. c. 8. num. 7. & 10. Et hæc quidem requisitiõ sufficit quòd semel sit facta, adiecta tamen comminatione, quòd vbi intra tres terminos damnum non emendetur, conceduntur repressaliæ. Ita longa & egregia habita disputatione scribit Afflic. in commentar. ad constitutiones Neapolit. rubr. 8. rub. de cultu pacis, num. 49.

15 Sexto requiritur, quòd & si iudex ille requisitus recusauit, vel neglexit emendari facere damnum, vel illatam iniuriam, &

præ-

prædictus iudex habeat superiorem, puta Principem, is Princeps vel literis, vel legatione moneatur, & rogetur, vt curet damnum emendari, vel illatam iniuriam resarciri, quòd alioqui conceduntur repressaliæ cõtra eius subditos. Ita scribunt Bartol. in tract. repressaliarum quæst. 2. principali. num. 9. Bald. in authen. sed omnino, col. 1. verfic. item refert opinionem. C. ne vxor pro marito, & ibidem Salicet. verfic. pro solutione distinguunt. Comens. in conf. 120. col. penult. verfic. quarto cõfirmatur, lib. 1. Angel. Clauas. & Syluester Prier. in summa, in verbo, Repressaliæ, num. 1. & Petr. Gregor. in lib. 38. synagmæ, cap. 8. nu. 7. & 10. qui ex Polybio in libr. 2. Historia, refert, Romanos, priusquam Illyrijs bellum inferrent, Teugam Reginam per legatos interpellasse, vt emendari iuberet illatum damnum nauigantibus, qui Romanæ ditionis erant.

16 Cæterum testatur Guido Papæ in q. 33. Senatam illum Gratianopolitanum obseruare consueuisse, vt requiratur & solui modo iudex ille inferior, qui iustitiam facere vel recusauit, vel neglexit: absq. alia interpellatione Principis & superioris dicti iudicis.

17 Septimo requiritur, quòd vbi iudex, vel Princeps eius qui damnum dedit, recusat, vel negligit emendari damnum. Concedantur & repressaliæ a iudice adhibito cõsensu populi, vel Principis, si opus est, iuxta traditionem Baldi in d. authen. sed omnino, num. 5. seu principe damnum passus, procedente sententia, locum esse repressalijs.

18 Non autem & sua ipsa auctoritate potest hic damnum passus repressalias facere. Ita scribunt Beluisius in §. 1. in authen. vt non fiant pignorat. Bartol. in d. quæst. 1. n. 4. Guido Papæ quæst. 32. verfic. primo auctoritate superioris Ioan. de Lignano in tract. de bello, cap. 177. Salicet. in d. authen. sed omnino, verfic. & quòd præcedat sententia iudicis spoliati, & Peguera in d. cap. 11. num. 7. Non enim permissum est privato creditori sua sponte has pignorationes facere, sicuti statuit Iustinianus in §. 1. in authen. vt non fiant pignorat. pro alijs perso. relatus in authen. sed omnino C. ne vxor pro marito. qui indixit pœnam

19 & restitutionis quadrupli, & amissionis causæ. Quinimo pœna etiã corporali hunc affici idem Iustinianus sancit in §. quia vero, in authen. vt nulli iudic. liceat hab. loci serua. relatus, in authen. immo. C. de actio. & oblig. Quæ quidem pœna corporalis qualis esse debeat, lege difinitum non est, & ob id iudicis arbitrio relinquatur: sicuti in specie annotauit Bald. in d. authen. Imol. in principio, & Baldi suppresso nomine, Ludouici Peguera in d. c. 11. in fine. qui testatur, se Regium Consilium anno 1583. duos, qui sua auctoritate pignorationes, & repressalias fecerant pœna corporali, nempe bannibiennalis plecti iussisse.

20 Cæterum & sua ipsa auctoritate credito rem & damnum passum repressalias facere posse, quandò iudicis, vel Principis copia nullo modo habere potest, tradit Ioan. Lignano. in tract. de bello, cap. 177.

21 His requisitis concurrentibus & iudex, vel Princeps huius damnum passus, concedere poterit has repressalias absq. alia iudicij solemnitate, atque ita sine citatione vel libello, sicuti tradunt Bartol. in d. tract. repressaliarum quæst. 4. principali. Guido Papæ in quæst. 32. in fin. Iacob. de Camb. in tract. de repressalijs, par. 1. num. 23. Est tamen aduertendum, quòd iudex & iste concedens repressalias, habere debet potestatem sic eas concedendi: vt tradit Iacob. de Camb. in tract. de repressalijs, in 1. par. nume. 22. in fin. post Bald. in authen. sed omnino, nume. 4. C. ne vxor pro marito. qui inquit quòd debet merum habere & mixtum imperium, vt apud eum.

23 Illud etiã obseruandũ est, quòd & factis repressalijs res captæ consignari debent iudici, qui repressalias concessit, vt & res illas adhibita omni cura & diligentia vendi faciat, & ex pretio satisfaciat creditori, & damnum passus: si quid vero superest, deductis impensis in eo iudicio factis id non restituat. Ita scribunt Bald. in d. auth. sed omnino, Iacob. de Camb. vbi sup. n. 23. Io. de Lignano in tract. de bello. ca. 178. & Petr. Gregor. in d. c. 8. n. 15. Scribit tamen Bald. in auth. sed omnino, n. 3. verfic. ego dico, quòd si creditor, vel damnum passus inuentariũ de rebus illis cõfecit, necesse non est, quòd deinde iudicij res illas consignet.


CA-

## CASVS CCCCCXXVIII.

Furiosus habens dilucida interualla, vt intelligat quod agit, quando dicatur fecisse actum, quem constat habere iustam formam.

## SUMMARIUM.

Furiosus habens dilucida interualla an fecerit actum habentem certam formam a lege tempore istius interualli, iudicis arbitrio relinquatur.



**G**REGIA est apud Doctores disputatio, quando furiosus habens dilucida interualla, fecit actum habentem formam a lege requisitam dicatur illum fecisse tempore dilucidi interualli. Hac de re multa scripti in commentar. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 45. nume. 66. quo in loco, nume. 58. dixi ex sententia Rota Roma. in decis. 129. in fin. 2. par. in nouissime impressis iudicis arbitrio hoc relinqui. & huius quidem opinionis refert Rota fuisse Salice. in l. furiosum. in fin. C. qui testam. facere poss. vbi & Corneus nu. 4. & idem Corneus in conf. 69. nume. 14. versic. & propterea dici, & in consil. 73. in fin. lib. 1.

## CASVS CCCCCXXIX.

Fatuu quando quis ita dicatur, vt ab eo gesta sint nulla, vel valida.

## SUMMARIUM.

1. Fatuus quis sit, an non iudicis arbitrio relinquatur, nume. 3.
2. Fatui sunt, varij generis & gradus.
3. Fatui cuiusdam prudens iudicium.
4. Fatui testamentum quando valeat, vel non, nu. 6. & 7.
5. Fatuus qui contrahere & mercaturam exercere possit.

## 9 Fatuo quando datur restitutio in integrum.



**N**ON est a præcedenti multū dissimilis hæc disputatio, quando scilicet quis dicatur ita fatuus, vt ab eo gesta, puta testamentum, non valeat. Et quidem re & scriptam reliquit. Thesaurus in decis.

1. 92. nume. 4. iudicis arbitrio relinqui, vt is pro sua prudentia ex personæ & actus qualitate iudicet an is fatuus sit. vel non. Nam varij generis & gradus sunt fatui, sicuti tradit Petr. Gregor. in lib. 13. syntagma. iuris, cap. 5. nume. 12. Aliqui simpliciter fatui sunt, & temere, prout in mentem venit, de omnibus indifferete, & arroganter iudicant, sicuti legimus. Prouerb. cap. 13. [Alutus omnia agit cum consilio, qui autem fatuus est, aperit stultitiam: & Ecclesiast. cap. 21. In ore fatuorum cor illorum: & in corde sapientum os illorum.]

Aliqui sunt fatui, qui cum fatui sint, tamen se sapientes arbitrantur, vt ait Salomon Prouerb. cap. 12. & 26. [Et via stulti recta est in oculis eius.] Aliqui scq. tertio sunt fatui (inquit Petr. Gregor.) qui cum stulti sint insigniter, tamen alios stultos putant, seque solos sapientes, contra cap. ne innitatis. de constit. minimam nec scintillam mentis habentes, nec se nec alios cognoscunt. Et ij quidem omnes fatuitatem suam ostendunt, loquendo fatua, vt scribunt Archidiacon. in cap. legimus, nu. 2. dist. 93. & in cap. ex marito. 6. q. 1. Alber. in l. fauor. ff. de postula.

Fatuos quosdam commemorat Aelianus in lib. 13. variaz historiaz, cap. 15. quem inscripsit. De quibusdam supra modum fatuis. Aeliani verba hæc sunt. [Comici poetæ Polydorum quendam stupidissimam, adeo vt pungendo trans fidi non posset, habuisse. Item alium quendam Cæcyliionem, qui fluctus præ nimia stoliditate numerare conabatur. Fama est similem exitisse Sannionem, qui lecytho scalarum gradus quærebat: Item Coræbum & Meluadem fuisse hebetissimi ingenij memoriarum proditum est.] Hæc Aelianus.

Cæte

## CASVS CCCCCXXX.

Exules hoc est, interditi, relegati, deportati, & banniti, qua pœna pleciantur, si interdictionem, i delegationem, deportationem & bannum non sentiant. Et quid de his, qui ad carcerem damnati aufugerunt.

## SUMMARIUM.

1. Exulis nomen generale est.
2. Interdictus quis.
3. Relegatus quis.
4. Relegatio quomodo fiat.
5. Intellectus l. capitalium, in exilibus, ff. de pœnis.
6. Deportatus quis.
7. Deportatus iuris Romani est incapax.
8. Relegatus a deportato tripliciter distinguatur.
9. Refuga relegati vel deportati que pœna sit.
10. Pœna capitis est pœna mortis naturalis.
11. Damnatus in metallum, vel in opus metalli, quomodo differant.
12. Refuga ex opere metalli, & refuga damnati in metallum, quomodo puniantur, nume. 3.
13. Metallum nomine quid contineatur.
14. Pœna operis publici que sit.
15. Refuga ex opere publico, quomodo puniendus.
16. Intellectus l. quisquis, l. aut. damnus, ff. de pœnis.
17. Pœna carceris que.
18. Refuga ex carcere quomodo puniatur.
19. Custodia quid est, quot eius genera, nume. 21. & 22.
20. Custodia libera que.
21. Carceris loco datur aliquanod propria domus.
22. Refuga bannitus quomodo puniatur, nume. 28.
23. Bannire quod est.
24. Proscriptus quis, & quid proscribere.
25. Pœna certa a lege constituta iudicis arbitrio non est locus.

EGRÈ



**G**REGIA & frequens est in foro hæc disputatio, quam & si docte & diligenter explicuit bene eruditus Ludouicus Peguera Hispanus in decisionibus criminalibus, cap. 41. Verum tamen crediderim alio ordine & methodo sic apertius explanari posse.

Præmitto itaque prius, qui dicantur exules, id est interdicti, relegati, deportati & banniti. Exulis est nomen generale, nomen esse docuit Franc. Hotoman. in commentarijs verborum iuris, in verbo, Exilium. & ob id comprehendere inter dictum, relegatum & deportatum, sicuti etiam relecti supra in casu. 330. n. 4.

Interdictus est dicitur ille, cui interdicitur certi loci aditus commerciumque, & relegatorum, & de interdicitis, relegatis & deportatis, & explicat Hotoman. præcitato in loco in verbo, interdicitur, cum subsequenti ff. de supra.

Relegatus est est proprie, qui in locum aliquem remoritur ab hominibus amicis & notis amandatur. Improperio vero ille, qui certo loco exire prohibetur: ut si cui mandatum est, ne domum, vel Castrum, vel Ciuitatem exeat, d. l. relegatorum, §. 1. folet. l. potes. & l. vltim. ff. de interdicitis & relegatis. Ita declarat & auctoritate Ciceronis & aliorum confirmat Hotoman. in d. verbo, Exilium, vlt. Delegatorum, in prin. relegationem illam, quam Hotomanus propriam appellat, duplicem esse dixit, nempe, quod quidam in insulam relegantur, ut ab ea non recedant: quidam vero simpliciter relegantur, ut scilicet provincia, hoc est, patria sua careant; nulla eis assignata insula, in qua habitent. Et forte ij sunt, quos bannitos nos appellamus, ut diximus infra. Relegatio est sic perpetuo, vel ad tempus, l. relegatorum, §. hæc est differentia, & l. relegatus, in prin. ff. de interdicit. & relega. [Qui ergo ad tempus fuit relegatus, si redeat, in insulam relegendus; inquit Callistratus in l. capitalium, §. in exilibus, ff. de pœnis. Intelligi hic locus altero de duobus modis potest. Vno quod improprie relegatus, si redeat in patriam, quam exire iustus est, relegendus proprie,

id est, in Insulam mittatur. Altero, quod relegatus ad tempus in insulam, in eandem insulam relegendus perpetuo, secundum hanc interpretationem probatur ibidem glos. Cuiacius in lib. 6. obseruatio. cap. 36. Et Peguera in d. cap. 41. num. 5. quæ confirmatur responso Marciani, in l. relegati, ff. de pœnis in l. relegati, ff. de pœnis, illis verbis. [Alioquin tempus quidem relegendus perpetuum exilium.]

Relegatus vero in perpetuum, si fines excedit, in Insulam deportatur, sicuti subiungit idem Marcianus, & hæc quidem responsa sic etiam & recte intellexit Peguera in dict. cap. 41. num. 11. & 12. & dicemus infra.

Deportatus est proprie dicebatur, qui in ciuitate sua multatus, vinctus nervo & compedibus, in nauim aliquam imponebatur, seruisque publicis, ut eum in insulam transferrent, tradebatur. Ita declarat Hotoman. in d. verbo, exilium, vers. Deportati porro, & c. qui dixit, fuisse atrocissimum exilij genus, quod ius omne Ciuitatis & agnationis, adimebat, l. 1. ff. de hæred. instit. l. 4. ff. de gradibus, l. sunt quidam, ff. de pœnis & l. inter pœnas, §. 1. ff. de interdicitis & relega.

Itaque (subiungit Hotomanus) deportatus, neque quidquam capere poterat ex testamento eius Romani: neque ius vltimum in sua paterna Ciuitate retinebat, l. eius qui, ff. de testam. & l. si pater. C. de senten. pallsis & restit. Denique mortui loco habebatur deportatus, l. Gallus. ff. de libe. & posthum. & §. cum autem. Instituit. quibus modis ius patris potest. sol. Et triplicem esse inter relegendum & deportatum differentiam, scripsit idem Hotomanus in d. verbo, Exilium, colum. 3. vers. triplex igitur. Prima est, quod Deportari ciuitatem amittunt, d. l. inter pœnas, §. 1. ff. de interdicitis & relega. relegati, vero retinent, d. l. relegatorum, §. 1. ff. eod. de interdicitis, & c. Secunda est, quod Deportati perpetuo exilio damnantur: Relegati vero sæpe ad tempus, d. l. relegatorum, §. 1. Tertia est differentia, quod Deportari (inquit Hotomanus) seruis publicis vincti tradebatur, ut eos in nauim impositos in insulas terras transferrent.

Relegati vero exire iubebatur his verbis

bis: [Illum provincia illa, Insulisque eis relego, excedereque debet intra illum diem, d. l. relegatorum, §. his qui. Cum ergo maior sit deportationis, quam relegationis pœna sequitur: quod relegendus perpetuo, si redeat, deportatur, sicuti Marcianus respondit, in tracta. l. relegati, ff. de pœnis, his verbis.

[In perpetuum relegendus in insulam relegendus deportationis. Deportatus vero si reuertatur, sicque locum deportationis exeat, pœna capitis datur, d. l. relegati, ibi. [In insulam deportato pœna capitis.]] Pœna est mortis naturalis: sicuti explicat glos. ibi, in verbo, Capitis. Et Peguera in d. c. 41. num. 12. vers. aut quis deportatur, qui testatur sic Barcinone obseruatum fuisse anno 1584. Iulio mense lata Regia sententia aduersus quendam Bartholomæum Pasqualem.

Damnati est in metallum, vel opus metalli, alia est iuris distinctio. Vlpian. in l. aut damnatum, §. in metallum, ff. de pœnis, refert differentiam inter damnatum in metallum, & eum, qui damnatus est in opus metalli, his verbis. [Inter eos autem qui in metallum, & eos, qui in opus metalli damnantur, differentia in vinculis tantum est: quod qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis preuntur: qui in opus metalli leuioribus, quodque refugæ ex opere metalli in metallum dantur, ex metallo grauius coercentur. Hæc Vlpianus, qui non explicauit, quia pœna grauiori puniantur refugæ damnati in metallum.]

Dici forte potest arbitrio iudicis etiã morte naturali posse puniri: Cum vix est, ut alia grauior pœna inueniri possit illa metalli, quam ipseus mortis naturalis. Et hanc quidem differentiam inter damnatos in metallum, & in opus metalli probarunt ex nostris Bald. in l. data opera, num. 4. C. qui accusat, non poss. C. Corradus Laudensis in tract. de prætor. rubric. de contumacia & banno, num. 12. & Petr. Gregor. in lib. 31. syntagmatum iuris, cap. 36. numer. 2.

Illud etiam obseruandum est, nomine metalli contineri & alia, ut allumen, cremam, & similia, sicuti scribit Alciat. in libro 1. Parerg. iuris, cap. 39. & sequitur

Corradus præcitato in loco.

Damnatus in opus publicum, (diuersa hæc est pœna est ab illa metalli, vel in opus metalli, ut etiam sentit Petr. Grego. in lib. 31. syntagma. iuris, cap. 36. numer. 2. sicuti erat purgatio balnearum & cloacarum, nuntio vicorum & viarum, ut scribit Plinius lib. 10. Epistola ad Traianum.) si refugit duplicato tempore damnari solet, sicuti respondit Vlpian. in d. l. aut damnatum, §. quisquis. [Verum, si in decem annos (subiungit Vlpianus) damnatus sit, vel pœna perpetuatur, vel in opus metalli damnatur.] Ratione reddit Vlpianus his verbis. [Generaliter eum dicitur, quod decennium excessura est duplicatio, non esse tempore pœnam artandam.]

Duplicatur itaque tempus huic damnato in opus publicum, quando fuit damnatus minus quinquennio. Nam si sexennio vel septennio damnaretur, & primo anno refugeret, duplicatio decennium excederet, quod excedi non posse respondit Vlpianus.

Cæterum dubitari solet, an in ea temporis duplicatione computari debeat tempus illud, quo hic refuga apprehensione eius facta fuit in carcere? Respondit Vlpianus in d. §. quisquis, non computari. Hic agitur de tempore, quo fuit in carcere, postquam fuit præhensus post fugam. Non autem de eo, quo post primam apprehensionem, & ante condemnationem fuit in carcere: sicuti male est interpretatus ibi Accursius, quem damnant Cuiacius in d. cap. 36. & Peguera in d. c. 41. Quæ de re differemus etiam infra.

Damnatus ad carcerem, qui sit loco pœnæ, non autem custodiæ, donec de delicto cognoscatur, differamus. Hæc carceris est pœna etiam in perpetuum iure antiquo permissa fuit. Et ideo pro certo tempore, vel in perpetuum ad carcerem damnatus si ex eo fugit pœna ei augetur secundum Callistratum in l. capitalium, §. ita. & in custodijs, ff. de pœnis, cuius verba adscripsi. [Ita & in custodijs, gradum seruandum esse, idem Princeps rescripsit, id est, ut qui in tempore damnati erant in perpetuum damnarentur, qui in perpetuum damnati erant, in metallum damnarentur, qui in metallum damnati id admiserint, summo sup-



20 supplicio adficerentur. Hæc Callistratus.] Custodiam tibi, hic carcerem significare dubium non est, vinculorum, ff. de verb. sig. nifi. quo loco Venulcius differentiã constituit inter vincula & custodias, [Vincula sunt vel priuata, (inquit ille) vel publica: Custodiam vero nomine publicã tantum continetur.] Et olim t quidem tria erant custodia genera. Vnum quo inmodesti & parum ex culti compellebantur, vt noctu a doctis, & bonarum artium professoribus, quæ ad bonos mores, & virtutem modum pertinerent, instruerentur, alterum quo ære alieno impliciti, & qui carceris radio ab inuita vitæ petulantia absterrendi sunt, detinebantur: tertium, quo immanibus præsignes flagitijs, cælo & hominum cœtu indigni, vitijs ac vitæ turpitudine infamatisimij, ac propediem plectendi, tenebrisque ac fortiori addicendi, intruduntur. Ita scriptum reliquit Petr. Rebuffus in d. l. vinculorum. colum. 3. vers. Custodiam appellatione, ex Cælio Rodhigino in lib. 17. lectio. antiq. cap. 9. & si corruptus est apud Rebuffum, locus. Quod exilium de sumptum esse ex Platone in libro 10. de legibus, prope finem. Et subian igit Rebuffus, hodie tres t pariter esse carceris species. Prima, in qua delinquentes arte custodiuntur. Secunda, quando apparitoribus conceduntur custodiendi, qua custodia honestioribus & nobilibus diuitibus concedi solet. Tertia, quando ciuitas pro carcere datur. Hanc extremam libertatem t custodiam appellat Rebuffus, post Rodhiginum in d. cap. 9. De libera hac custodia legimus apud Velleium Paterculum in lib. 1. cuius verba hæc sunt. [Post victum, captumque Perseum, qui quadriennio post in libera custodia Albæ decessit.] Ita & Sallustrius in coniura. Catil. his verbis. [Senatus decreuit, vti abdicato magistratu Lentulus, itemque cæteri, in liberis custodijs haberentur.] Et Titus Liuius, de bello Punico, lib. 2. Cuius verba adscripta. [Cum tunc rem ad Consilium retulisset Fabius, Consulis pater Fabius, se non cum esse aiebat, qui Alcinio fidei quidquam censeat habendum: sed mediam consequaturum Consilij ricam, neque cum pro hoste, neque pro socio in præsentia habendum libera custodia haud procul a Ca-

stris placere in aliqua fida Ciuitate eum seruari per belli tempus.] Hæc Liuius.

24 Carceris t etiam loco dari solet propria domus, l. c. 5. ff. de adulte. & hunc sic carceratum diximus supra in proprie re legatum appellari.

25 Bannitus t quoque si bannum non seruat, grauiore banno præmitur: quemadmodum multi ex nostris, quos statim commemorabimus, scribunt. Verum quanta esse debet maior pœna, ambihi solet. Nos quæ facilius disputationem absoluamus, explicandam prius diximus, quid sit bannire? Et quidem quatuor esse interpretum opiniones, obseruauimus.

26 Prima quarum est, bannire idem esse, quod in exilium mittere. Ita ex recentioribus affirmantur Petr. Placa in epitome delictorum, cap. 36. num. 1. & Hotomân, in comenarijs verborum feudalium in verbo, Bannitus. Quæ quidem opinio recipienda non est: Cum sit declarare ignorum per ignotius. Est enim exilij nomẽ generale, vt ex eodem Hotomano scripsimus supra, comprehendens relegationem, & deportationem.

Secunda est opinio, bannire idem esse quod relegare, sic sane scripserunt nonnulli in l. 1. C. de hæred. instit. Verum ab omnibus rejicitur opinio hæc. Tertia est opinio, bannire idẽ esse quod deportare. Hac in opinione fuit Barto. in d. l. 1. in fine. C. de hæred. institu. quem reliqui secuti sunt vt testatur Ripa in l. ex facto. §. ex facto, nu. 14. ff. ad Trebellian.

Non est vera opinio hæc, si consideramus pœnam ipsam deportationis esse longe diuersam a pœna banni. Cum deportare (vt explicabimus supra,) sit mittere delinquentem vinctum in aliquam Insulã, vt in ea permaneat: & tamen bannitus solummodo loco illo, a quo bannitur, caret: non autem certo in loco esse & permanere compellitur, sicut ipse quotidianus vsus & experientia docet.

Quarta est opinio Marij Salamoni in l. omnes populi, num. 24. ff. de iustit. & iure, qui dixit, bannire non esse in exilium mittere, nec relegare, aut deportare: sed banni nomen esse vocem quandam Goticam, quæ idem sonat quod proscribere: atque ita bannitus idem est quod proscriptus,

27 ptus, & dicebantur t proscripti damnati, quorum nomina scribebantur in tabulis, quæ pro rotis publice appendebantur, ab eo, quod procribere sit publice scribere, l. sed et si pupillus. §. procribere. ff. de instit. act. & l. c. in plures. §. locator horrei. ff. locati. declarat Anton. Gouannus in libr. 2. varia. lect. cap. 23. Quocirca (inquit Salamonijs) cum banniti voce præconis, vel Magistratus pronunciantur damnati, & in album damnatorum relati essent, proscripti dicebantur. Et hæc quidem opinio conuenire satis videtur cum illa Alciati in lib. 2. parerg. iuris. c. 8. & in tracta. de singulari certam. c. 23. quæ secuti sunt Corradus Laudensis in tracta. de Prætoribus, rubr. de contumacia & banno, num. 9. & Alexand. Roman. Messapiensis in Commentarijs ad constitutionem Regni Siciliæ, super pragmatica de blasphemia, numer. 53. & Alciati nomine suppleto Petr. Placa in epitome delicto. cap. 36. in principio. scripsit Alciatus, banni vocem delinquenti ab anno. Nam apud Veteres exilium vnius anni dicebatur, abannatio: & taliter condemnati abanniti, voce præconis tuba exules declarati. Cæterum hæc traditio non aperit, quæ fuerit horum proscriptorum pœna, vt hinc intelligamus, an eadem sit cum illa, qua plectuntur delinquentes banniti. Exultimo dici posse, (crit hæc §. qualisqualis opinio) proscripti nomen generale esse, quippe quod comprehendit tam legatos, quam deportatos, damnatos in metallum, vel opus metalli, & similes, qui posteaquam damnati fuerant, a iudicibus in album publice proponebantur, vt scirent omnes, quæ quisque pœna delinquentes affecti essent.

De relegatione proscripti locus est egregius apud Ciceronem in oratione pro domo sua: Cuius verba descripsi. [Hanc vos igitur Pontifices, iudicio atque auctoritate vestra Tribuno plebis potestatem dabit, vt procribere possit quos velit? Quæro enim, quid sit aliud procribere: Velitis, iubeatis, vt Marc. Tullius in Ciuitate ne sit, bonaque eius, vt in ea sint.] Hæc Cicero, qui non de deportatione, sed de sola relegatione loquitur: Cum a ciuitate abesse oportet,

simplex sit relegatio, vt diximus supra. De deportatione vero proscripta multa sunt Imperatorum responsa, vt in lege 2. lege 3. & lege 6. C. de bonis proscripto. Ita patet de proscriptis in metallum esse text. in l. metallum. C. eod. in rubricã. De alijs pœnis capitalibus proscriptus egregius est locus Appiani Alexand. in libro quarto de bello ciuili, dum commemorat proscriptos a Triumuiris, qui Iulij Cæsaris mortem vendicauerunt. Appiani verba hæc sunt. [Nullus ergo aliquem suscipiat, aut occultet, aut cum illo sentiat. Hunc quidem nulla occasione vel venia admittentes, in proscriptorum numerum ponemus. Atqui interemptorum a se capita nobis apportauit, si liber fuerit, quinque supra, viginti mille drachmas pro quolibet accipiet. Seruus, vltra proprii libertatem corporis, decies mille drachmas. Atticæ, & ciuitatem heri sui consequetur. Eadem indicantibus præmia aderunt: ac nemo ex his qui acceperit in commentarijs nostris procribetur, ne manifestus, vlli sit.] Hæc Appianus. Ita pariter banniti nomen generale est comprehendens delinquentes omnes damnatos, & in album publice relatos, tam scilicet, vt a patria, vel loco delicti abesse debeant ad certum tempus, vel perpetuo. Quæ autem t pœna puniatur, bannitus reuertus in patriam, vel in locum, iure diffinitum non esse, & ob id relinqui iudicis arbitrio, scripsit Peguera in d. cap. 41. nu. 19. Distingui possunt quatuor casus, quorum primus est, quando delinquens fuit bannitus per triennium, quadriennium, vel ad summum per quinquennium simpliciter, nulla, scilicet, adiecta pœna, si bannum non obseruabit. Hoc sane casu crediderim iudicem posse arbitrari, pœnam duplicari, sicuti de damnato in metallum respondit Vlpian. in l. aut damnatum. §. quisquis. ff. de pœnis & diximus supra. Et hoc in casu re te senserunt Ant. Gom. in comenarijs variarum resolutionum tomo 3. cap. 8. de exilio & relegatione, n. 1. Iul. Clar. in prac. criminali. §. fina. quæst. 71. vers. qua pœna puniatur frangens fines. & Peguera in d. c. 41. nu. 9. & inquit Clarus senatum nostrum Medielanensem vltra duplicationem pœnæ

pena mandare confueuisse, hunc bannitum, plesti duobus vel tribus istibus funis publice.

Secundus est casus, quando delinquens fuit bannitus per sexenium, septennium, vel vltra, ita quod si non obseruat bannium, duplicatio excederet decennium. Hoc casu ex sententia Vlpiani in d. 6. quisquis, pena perpetui banni indici poterit. Et si Gomez. Clar. & Peguera præcitatis in locis, absolute scripserunt, duplicari poenam. Verius est, perpetuo banno & exilio puniri posse.

Tertius est casus, quando delinquens fuit bannitus perpetuo nulla adiecta poena, si bannum non obseruabit. Hoc in casu, cum augeri non possit tempus banni, morte naturali plesti poterit, iuxta l. capitalium. §. in exilibus. & l. relegati. ff. de penis. & admittunt Gomez & Clatus. Peguera vero in dict. cap. 41. num. 10. scripsit, poenam non esse hoc in casu a lege diffinitam, & ob id extra ordinem pro iudicis arbitrio puniri. Si admittimus Peguera opinionem, idem erit dicendum in duobus casibus præcedentibus, quos tamen ipsemet probat.

Quartus est casus, quando delinquens fuit bannitus perpetuo, vel ad multum temporis adiecta certa poena, si non obseruabit bannum, sicuti frequenter vsu banniri sic solent delinquentes, si captus fuit, puniri potest & debet certa illa poena. Non enim hoc est iudicis arbitrio, quando poena certa a lege est constituta, vt scripsi supra lib. 1. quæst. 14.

CASVS CCCCCXXXI.

Vagabundi qui, & de eorum poenis breuis explicatio.

SVMARIA.

- 1 Vagabundi qui dicantur.
- 2 Vagabundi an puniri debeant in loco vbi reperiuntur: an vero ad locum delicti remitti. n. 3.
- 4 Vxor tenetur sequi virum, sed non vagabundum, num. 5.
- 6 Libertus non tenetur sequi patronum vagabundum, vt ei præstet operas.

- 7 Vassallus non tenetur sequi dominum vagabundum.
- 8 Vagari est vitium, & de eo emptor mancipij certiorari debet.
- 9 Serui vagabundi ad fiscum pertinent.
- 10 Clerici vagabundi beneficium alteri conferri potest.
- 11 Banniti an inter vagabundos connumerandi.
- 12 Vagabundi an aliqua poena puniantur, & qua.



VAGABUNDOS

Et eos vulgo appellamus, qui nullam exercentes artem modo illuc vagantur. Vlpianus in l. quid sit fugitiuus, §. erionem. ff. de ædilitate. Hos vagabundos appellat erro-nes, qui non quidem fugere dicuntur: sed frequenter vagari, & tempus in res nugatorias consumere, & a fugitiuis parum differre respondit Tryphonius in l. fugitiuus in fin. de verb. signific. Nos proprie dicimus vagabundum esse illum, qui non habet certam habitationem, vel domicilium. Ita glossa in l. eius, qui manumissus, §. vltim. ff. ad municip. Bar. in l. 4. §. prætor ait, n. 24. ff. de dam. infect. Imol. in c. vlt. nu. 15. de eo, qui mitt. in possess. causa rei serua. Cæpolla in cõf. 58. n. 23. in crim. Marian Soc. sen. in c. vlt. n. 57. de foro cõpet. Marfi. in cõf. 86. n. 13. Bofsius in trac. causarum crimi. tit. de foro compet. n. 70. Iodocus in prac. criminali, q. 33. n. 15. Didac. Couar. in lib. practicarum quæstio. c. 11. num. 7. Iul. Clar. in pract. criminali, q. 39. vers. sed hic quæro. Ludouic. Peguera in decis. criminalib. c. 3. numer. 9. Et accedunt Duen. & Borelli: quos statim referam. Decian. in tractat. criminali, lib. 4. cap. 13. num. 1. Ex quo sequitur, vt conveniri & puniri possint in loco, in quo erunt reperti: sicuti affirmavit Accursus in l. 1. in verbo, reperiuntur, in fin. C. vbi de crimine agi oportet, & secuti sunt quamplurimi, quos referunt Duenas in regul. 378. in 4. limitat. & Borell. in additionib. ad Petr. Bellugam in Speculo Principum, rubr. 11. §. ex quo prædiximus in additione, Remisiones. in limit. Et accedunt idem Belluga in rubri. 23. in vers. & scias. n. 3. &

n. 3. & 4. Marf. in d. eonf. 86. n. 14. Peguer. in d. c. 3. n. 10. Et Decian. in d. e. 13. n. 5. & 9. Qui num. 7. subiungit, communem esse sententiam, vagabundum remitti debere ad iudicem, in cuius territorio commissum delictum. Et præter eum idem late tradit Camillus Borell. in additionibus ad Petrum Bellugam in Speculo Principum, rubr. 11. §. vltim. est, verum ex quo in verbo, remisiones, in limitatione. & idem multis affirmat Ignat. Lopez in additionibus ad præsentam criminalem Bernardi Diaz, c. 9. colu. penult. vers. quam quidem. Hinc etiam factum est, quod licet vxor teneatur sequi virum quocumque ierit, & vnaqueque, §. 13. q. 2. & tradunt Abb. in cap. de illis, de sponsal. & alij, quos retuli supra in casu, 469. num. 5. attamen non tenetur sequi eum, qui continuo vagatur, sicuti scribit præcitati Doctor, & accedit Peguera in d. c. 3. n. 11. Sic etiam libertus non tenetur sequi patronum vagabundum ad præstandum ei operas, l. quod nisi §. ex provincia. ff. de operis liberto. vbi Neolaus de Neapol. & cum eo Corset. quem mox referam, inferunt. Idem in vassallo, qui non tenetur sequi dominum vagabundum. Et cum vagari sit vitium, l. 4. §. idem Pomp. ff. de ædilitate. Pet. Grego. in lib. 39. syntagm. c. 6. num. 14. constitutum hinc etiam legitimus, vendentem seruum certior rem facere debere emptorem, an sit error, sicque vagabundus, DD. l. 1. §. 1. ff. de ædilitate. & ibi DD. & Rebuff. in l. fugitiuus, ad fin. de verb. sign. Serui vagabundi ad fiscum pertinent, et Princeps concedit cui placet, l. 1. et 2. C. si vagum petatur mancip. in Codice Theodosiano, et notat Decian. in d. ca. 13. in fin. Clerici quoque beneficium, si is vagatur ob huiusmodi vitium, alteri conferri potest & debet, vt tradit glossa in c. non oportet, il. 2. de consecrat. dicitur. vltim. quam dicit singulare Anton. Corset. in singulari, in verbo, Vagabundus. Inter vagabundos non connumerantur banniti: cum habere possint habitationem & domicilium alijs in locis, quam a quibus sunt banniti: sicuti tradit Alberic. in tract. 1. statutorum, parte 4. quæst. 80. quem secuti sunt Cæpolla in cõf. 58. nu. 24. Iul. Clar. in pract. criminali, §. fina, q. 39.

versus, sui interrogatus, et si dissentire videretur Decian. in d. cap. 13. num. 2. ex sententia Speculatoris, Hostiensis & Abbatis. Iure communi nulla legitur in dicta poena in hos erroneos & vagabundos, quod forte existimo factum: quia & si vagari est animi vitium, vt diximus, non tamen nemini, sed sibi ipsi tantum nocet. Verum tamen, cum suspicari de eo possimus, ne, vt otiosus viuat, furta committat: vel quid mali aliud faciat, dicendum est, bono publico conuenire, vt pro Principis, vel iudicis arbitrio poena aliqua indicatur. Recte & dote mea quidem sententia laudat Ludouic. Peguera in d. cap. 3. num. 12. Excellentiss. & nunquam satis laudati Comitis Micandæ, editum in ea Cathalonie Prouincia, suæ fidei a Potentissimo Rege nostro aliquando commendata, promulgatum: vagabundos in ea ratione re- pertos fustigari debere, aut ad tiremes, vt quinquennio obseruatum fuisse testatur.

CASVS CCCCCXXXII.

Medicantes validi qui & quibus poenis olim, & quibus hodie afficiantur, satis accurata, & diligens explanatio.

SVMARIA.

- 1 Medicantibus inuvalidis elemosynam dare, pium & meritorium est.
- 2 Medicantes inuvalidi qui sunt, n. 3.
- 4 Medicantes qui seipos aut filios debilitarunt, vt mendicent, seuerè puniendi, num. 5.
- 6 Medicantes validi qui sunt.
- 7 Mendicare validis prohibitum est.
- 8 Medicantes validi quibus poenis puniantur, n. 11. 12. 13. 14. 16. & sequen.
- 9 Poenal. l. vn. C. de mend. vali. libr. 11. ad quos mendicantes pertineat, & an sit in vsu, num. 10.
- 15 Intellectus §. si vero vitæ in Authen. de Questore.
- 19 Medicantes suctis coloribus se pallidos exhibentes, puniuntur poena falsæ arbitraria, num. 23.

- 23 Insignia Episcopi vel Doctoratus cum non essent deferentes, puniuntur poena falsi arbitraria, num. 21. et seq.
- 24 Nobilis clam mendicans non est puniendus.
- 25 Infortunij genus infeliciss. est fuisse aliquando foelicem.
- 26 Religiosi qui mendicare possint.



**M**ENDICANTES aliqui validi sunt, alii qui inuvalidi. His inuvalidis t̄ elemosynam dare piū & meritoriu esse nemo dubitat. [Pauperes enim

qui nutrit, Christum cibati: testē Chrysostomo, homil. 19. super epist. ad Hebræos. [Beatus vir qui intelligit super egenum & puperem, in die mala liberabit eum Dominus.] [Psalm. 40. Sic & sapientissimus Salomon Proverb. capit. 14. [Qui despicit proximum suum peccat: qui autem miseretur pauperis, beatus erit.] & apud Tobiam cap. 4. scriptum est. [Ex substantia tua fac elemosynam, nec auertas faciem tuam ab illo paupere, ita enim fiet ut nec a te auertatur facies Domini.] Et idem capit. 12. sic habet. [Quoniam elemosyna a morte liberat: & ipsa est quæ purgat peccata: & facit inuenire misericordiam & vitam æternam.] Mendicantes t̄ inuvalidos appellamus illos, qui adeo debiles & infirmi sunt, ut ad laborem minime idonei & apti credantur: & propterea alendi ab alijs sunt. si quis ad declinandam. §. vbi autem. C. de episco. & cler. & l. vnica. C. de mendican. validis lib. 11.

Porto t̄ qui sint ij debiles, & qui infirmi iure diffinitum non est, nec diffiniri potuit, cū ex qualitate personæ p̄deat: & propterea iudicis arbitrio relinquatur.

Cæterum t̄ mendicantes ij inuvalidi puniuntur, si seiplos hac de causa, ut mendicent, debilitarunt; sicuti tradit Ripa in tractatu de peste, in titul. de remedijs præseruatiuis contra pestem, numer. 174. qui pariter dixit, seuerè t̄ puniendos esse patres qui filios sic debilitat, quod multos facere consueuisset aliquando ab his mendicantibus accipi.

6 Mendicantes t̄ vero validos eos esse dicimus, qui cum possint sibi victu proprijs laboribus & industria quærere, hostiam mendicare, & otio frui volunt, & ex alieno viuere, sicuti explicat Accurs. in d. l. vnica. in verbo, inertibus. C. de mend. validis; Hanc mendicitatē t̄ illicitā esse affirmant D. Tho. 2. 2. q. 187. art. 5. & Imp̄p. Gratianus, Valens, & Theodosius in d. l. vlt. vbi interpretes omnes, & accedūt Petr. Greg. in lib. 39. syntag. c. 6. n. 12. & 13. & Ludou. Pegue. in decil. crim. c. 4. n. 6. & 7. qui duplicē rationē afferunt: quarum prima est, quod iniquum & aduersus bonum publicum sit, sub elemosynæ prætextu fouere otiosorum hominum inertiam, qua nil in repub. pestilentius esse potest: quemadmodum multis ostendunt exemplis Valer. Max. in lib. 2. c. 1. de otio, & alijs, quos ad rem commemorat Pet. Greg. in lib. 39. syntagm. c. 6. n. 18. vsque ad finem.

His enim esurientibus vitales panis tollitur, si de cibo securi iusticiam negligant, quam esurientibus frangatur, c. non dominis. §. q. 5. Altera est ratio, ne panis a validis mendicantibus vere debilibus & infirmis auferatur. Aduersus t̄ mendicantes hos validos multæ olim & nostra ætate late sunt leges, & indictæ poenæ. Imp̄p. Gratianus, Valens & Theodosius in l. vnica. C. de mendic. validis, libr. 11. statuerunt, quod mendicus ille validus, si seruilis est conditionis, efficiatur seruus eius, qui inertiam mendici detexit: si vero mendicus in genū, vel liber est Colonatus perpetuo ad scribatur ei, qui validum demonstrauit. Et constitutionem hanc sic sunt interpretati Hostiē. in sum. tit. de natis ex libero v̄tre. Abb. in c. indicatū, col. 2. vers. notatu mirabile. de immunitate eccles. & Guil. Benedict. in c. Raynutius, in verb. Et vxorē nomine Adelaſiā decil. §. n. 462. de testam. reiecta interpretatione Barto. Et inquit Benedict. ipse, poenam t̄ hanc perpetui colonatus censet in dictam contra mendicantes validos, qui publicas elemosynas fraudant: non aduersus eos, qui ostiatim mendicant: discurrendo per aliorum domos, quod verum minime existimo: cum constitutio absolute & simpliciter de mendicantibus validis loquatur.

Cæte-

10 Cæterum t̄ poena hæc apud nos vsu recepta non est. Non enim vnquam intellexi poena hac aliquem mendicum validum affectum fuisse: sicuti nec in Gallia obseruari testatur Guilhelm. Benedict. præcitato in loco. Iustinianus t̄ vero poenam hanc immutauit, in §. si vero vitæ occasionem, in authen. de Quæstore. qui his verbis sancit. [Si vero vitæ occasione aliqui, aut lites non habentes, in hac sunt nostra ciuitate, ut propter victum, aut eo quod hic ad eorum desideria non sufficiat, iam etiam peccent, corporum eorum statum, qualis quis est inspicere: et si quidem valent eis corpora, potentes autem sufficere ad laborem sunt: si quidem teruilia fuerint cognoscere quorum sunt, & hos etiam inuitos possessoribus transmittere: si vero liberi fortuna, & ex aliquibus ciuitatibus aut prouincijs orti: hos transmittere ad prouincias, ex quibus orti sunt. Si vero huius terræ fuerint, & corporibus quidem validis vtantur, vitæ autem ei decens non est occasio: hos non frustra esse terræ onus permittere, sed tradere citius eos, ut operū publicorum attinet artibus ad ministerium, & propositis pannificantium stationum, & hortos operantibus, alijsque diuersis artibus aut operibus, in quibus valent simul quidem laborare, simul autem alii & segenem ita ad meliorem mutare vitam. Si vero aliqui noluerint obseruare operibus, quibus traditi sunt, hos seclari, hac regia ciuitate, parcentes enim eis, hoc sancimus: ut non segenie eos ad illicitos actus impellente leges eos abripiant ad poenas, nostris tradentes iudicibus. Laesos autem aut laesos corpore, aut canicie graues, hos sine molestia esse iabemus in hac nostra ciuitate, aut pie agere volentibus ad scribendos: & aliorum singulos interrogare qua venerint gratia: & inquisitis, quæ digna sunt per eos agere, ut non pigri hic sedeant, sed competentia agentes ad proprias reuertantur prouincias.] Hactenus Iustinian. cuius constitutioni conuenit, & valde proxima t̄ est lex Platonis in libr. 12. de legibus, quæ ita scripta est: [Nullus in ciuitate nostra sit mendicus: quicumque

id tenteauerit, victumque inexplēbilibus quærens præcibus explere cœperit, a terum venaliū curatoribus a foro expellatur, ab ædili magistratu ab urbe eiciatur, deinde ex tota regione ab agri magistratu exterminetur; ut ab huiusmodi animali omnino vniuersa regio munda sit.] Hæc Plato. Et huius legis ad rem nostram meminit Peguera in d. c. 4. num. 8. Qui legem latam a Senatu Parisiensis, & Antiquam Italiam Francorum commemorat: & copiosus Petr. Gregor. in d. lib. 39. syntagmaticum cap. 6. num. 13. Francorum lex ita scripta erat. [Mendici vagari per regiones non permittuntur suos pauperes, quælibet ciuitas alios illis, nisi manibus operentur, nullus quidquam dato.] Parisien. vero t̄ Senatus cæuit. Mendicantes omnes validos, qui artem non possent, a magistratibus politicis capi debere, & publicis addici operibus, puta ad fossas purgandas, viarum quiscuilias egendas, & similia opera. Et iure etiam communi ita sancitum videri tradit ad rem nostram Ripa in tracta. de peste, in tit. de remedijs præseruatiuis contra pestem, num. 166. Sic explicans, t̄ d. §. si vero vitæ, in authen. de Quæstore. Intelligit tamen Ripa præcitato in loco, n. 177. quando mendicantes ij validi sunt rustici, vel alias ad labores assueti: secus si nobiles, & non soliti laboribus victum quærere.

16 Carolus t̄ vero Quintus Imperator in victissimus anno 1548. legem tulit, ut Magistratus quilibet in sua prospiceret iurisdictione, ne cuiquam mendicare liceat, ne ve permittatur ei, cui nulla est deformitas vel defectus corporis, qui ve non indigeat, ut mendicorum liberi ad laborem apti parentibus adimantur, & opificijs addicantur: aut ministerijs, aut alijs seruitijs. Hæc lex, cuius etiam meminit Peguera præcitato in loco, obseruatur hic Mediolani, vbi extat domus mendicantium, in quo validi varijs in ministerijs exercentur.

17 Refert etiam Peguera Caroli t̄ Magni legem his verbis scriptam. [Volumus, ut vnusquisque fidelium nostrorum suum pauperem beneficio, aut de propria familia nutriet: & non permittat alicubi ire mendicando; & vbi tales inuenti fuerint,

nisi manibus laborent, nullus eis quidquam tribuere presumat.] Commemorat etiam idem auctor edictum, quod Cathalonie soler promulgari, ne vrentibus prospera valetudine, quibusque ob corporis integritatem labor conuenit, liceat ostium mendicare, adiecta poena bannie prouincie, vel fustigationis, sicuti testatur ipse Peguera pluries obseruatum. Imo ad trimes aliquando fuisse damnatos.

Ceterum (quod fortius est) respondit **Lapus** in alleg. 18. Mendicantes, & validos qui facatis coloribus se pallidos exhibent populo, fingentes se infirmos ut eleemosynas extorqueant, tamquam falsarios puniunt, iuxta c. cum ex eo. §. qui autem, de penis, & cap. ex curam. vbi glos. in verbo, beneficio, de priuileg. vbi & Lapus in specie secutus est Hieronymus Præuitellus in tract. de peste, in cap. quod incipit Dictum est. pro morbosus, qui subiicit.

Sic poena falsi puniri deficientes in signa Episcopi, cum non sint, vt docuit Barto. in l. eos. ff. ad legem Corneliam de falsis, idem esse dixit Lapus, quando falsus defert insignia Doctoratus, cum tamen Doctor non sit. Qua de re copiose scripsit supra in casu 318. num. 22. & in casu. 310. in fine, vbi dixit, poenam falsi esse arbitrariam iudici.

Quæ quidem traditio compta barur auctoritate Angeli & Ioan. a Platea in d. l. vnicæ, num. 2. C. de mend. validis, cum dixerunt, aduersus hos mendicantes validos nullam indictam esse a lege poenam criminalem, & ob id puniri posse pro iudicis arbitrio, quod sensit & Bart. ibidem in fin. dum dixit, puniri extra ordinem, quod nil aliud est, quam dicere poena arbitraria. Et manifestius Ripa in tracta. de peste, in titu. de remedijs præseruatiuis contra pestem, num. 173.

Nulla tamen poena, sed magna dignus est eleemosyna medicans ille validus, qui pro sua nobilitate clam & occulte mendicat, cum erubescat palam petere, iuxta illud Matthæi, cap. 8. [Fodere non valeo, & mendicare erubesco.] Sicut in specie constitutione dictæ l. vnicæ C. de mendican validis explicant ibi Iacob. Rebuff. num. 3. & Ioan. a Platea num. 2. Petr. Gregor. in lib. 39. syntagmatum, cap. 6. num.

17. vers. excipiuntur quoque & Ripa in d. ritu. de remedijs præseruatiuis contra pestem, num. 179. qui ex sententia Diui Ambrosij relata in cap. consideranda, 86. dist. vbi etiam glos. scripsit, inter omnes aduersitates fortunæ infelicissimum genus infortunij esse aliquando fuisse scelerem. Quam sententiam alijs egregie confirmavit Tiraquell. legib. conuubia. lege 2. nu. 13. Cessant enim in his rationes illæ & causas, quibus validi mendicantes puniuntur.

Excipiuntur quoque religiosæ & personæ, quæ mendicatem religionis causa professæ sunt ex voto, alioqui non inertes, nec otiosæ, sed vt liberius in seruiant, rebus secularibus expeditæ, Dei ministerio, qualium sunt sacræ mendicantium familiarum quatuor, Diuorum Augustini, Francisci, Dominici, & Carmelitanorum. cap. vnico, §. sane, de religiof. domi. in 6. Ita in specie annotauit Petr. Gregorius in d. ca. 6. nu. 17.

CASVS CCCCCXXXIII.

Popinas & Ganeas frequentantes, quibus poenis afficiantur.

S V M M A R I A.

- 1. Popinas & Ganeas frequentare vitium detestabile est, & inde clericus punitur iure Canonico & civili. num. 2. & 3. in laicis autem an & quæ sit poena, num. 4. 5. & 7.
- 6. Laici subiecti sunt canonibus, prohibentibus aliquid, quod peccatum inducit.

**S**T hoc frequentatiu Popinas & Ganeas vitium detestabile, & bono publico valde damnosum, de quo egregie & docte multa scripsit eruditissimus Iuriconsultus Petr. Gregor. in lib. 39. syntagmatis iuris vniuersi. cap. 7. a quo multa sumptissime (auctoris suppresso nomine) existimo bene eruditum Ludouicum Pegueram in decisionibus criminalibus, cap. 44. Hoc vitium, (de quo paucula dicam) si frequens est in Gallia, & in Catalonia, vt præcitari

Doctores testantur, apud nos, præsertim hac in vrbe Mediolani, (quod non sine dolore fateri cogor) est frequentissimum.

Vitium hoc t damnatur, puniturq. iure Pontificio, si a clericis admissum est. Ex tat enim Canon Apostolorum, cap. 53. cuius verba hæc sunt. [Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, a communionem excluditor: excepto tamen eo qui necessario in itinere in commune diuerterit hospitium.] Idem statuit Concilium generale relatum in cap. clerici, de vita honestate cleric. his verbis. [Clerici tabernas prorsus euitent, nisi causa necessitatis in itinere constitutus cogat.] Sic quoque sancitum legitur a Concilio Laudicenses Carthaginense, vt habeatur in ca. non oportet clericos, et in cap. clerici. 44. distinct.

Iustinianus t quoque in §. illud in athen. quomodo oporteat monachos viuere: ita itauit. [Illud quoque omnibus seruari volumus modis. Si fuerit vilis aliquis reuerendissimorum monachorum, & in aliqua tabernarum versari, hunc repente dati locorum Detensoribus, aut hic gloriosissimis Præfectis sacrorum Prætoriorum, & castigari conuictum, & nunciari hoc Abbati, quatenus cum expellat monasterio, qui tali deliquit, vt pote in confusione vitæ Angelicam hanc conuersationem mutantem.] Hæc Iustinianus. Aduersus t laicos & seculares popinas & ganeas frequentantes nulla, quod sciam, indicta est poena a lege ipsa communi.

Extat solummodo t Canon, cap. non oportet ministros 44. distinct. in quo de laicis ita scriptum est. [Non oportet ministros altaris, vel quolibet Clericos, aut etiam laicos Christianos: ex symbolis (quæ vulgus comessalia appellat) conuiuia celebrare.] Et illo in loco annotauit Præpositus, laicos t esse subiectos canonibus prohibentibus aliquid, quod peccatum inducit. Quam quidem sententiam comprobat copiose Botterus in tracta. de synodo Episcopi in 2. par. art. 2. num. 3.

Ceterum t laici ij Popinas & Ganeas frequentantes puniri possunt pro arbitrio Principis, & Iudicis. In Cathaloniam sancitum est, debere fustigari, sicuti testatur Peguera in d. cap. 44. in fine qui pariter af-

firmat, aduersus exercentes has tabernas & popinas, sulcipientes ciues & oppidanos, voluptatis causa, ita puniri vt exilio mulctentur. De vtroque legem ferre, & graui poena plectere apud nos optimum, & Reipub. vtilissimum erit.

CASVS CCCCCXXXIII.

De Lenonibus, & eorum poenis.

S V M M A R I A.

- 1. Lenonum lenarumque genus pessimum est.
- 2. Lenones magis delinquent, quam adulteri.
- 3. Leno quis dicatur, & unde dictus, & numerus. 4.
- 5. Lenones multis poenis puniuntur, num. 6. & sequent. hum. 34. & num. 42. 44. & seq.
- 6. Parentes prostituentes proprias filias, quæ poena puniantur, num. 7. 8. & 13.
- 9. Parens, punitur prostituens filiam etiam naturalem tantum, siue virginem, siue viduam, num. 10.
- 11. Vidua & virgo æquiparantur.
- 12. Parentes filiabus sponte se prostituentibus consentientes, arbitrarie tantum puniuntur.
- 14. Parentes prostituentes filias ob summam inopiam excusantur: non ob paupertatem simpliciter, num. 18.
- 15. Intellectus l. palam, §. non est, ignoscendum, ff. de ritu nupt.
- 16. Meretricari ob necessitatis causam, an liceat.
- 17. Pauper quis sit.
- 19. Delinquere, non dicitur qui coactus, delinquit.
- 20. Maritus leno vxoris poena adulteri plectitur, aliter ex constituit, Iustinianus, & iure Pontificio, num. 21. & 22.
- 23. Maritus quando dicatur vxoris suæ leno, num. 24. & 28. & eius rei exempla, num. 26.
- 25. Mercedis vxor quæ dicatur.
- 26. Maritus patiens vxorem meretricari non accepto inde quæstui, an dicatur leno.

- 29. *Vxores non possunt dici lenæ marito- rum suorum.*
- 30. *Aetas minor non excusat maritum a poe- nâ lenocinij.*
- 31. *Maritus vxorem adulteram ad bonam frugem reuersam sapiens, a poena ex- cusatur.*
- 32. *Nutrices lenæ suarum nutriciarum quod- liter puniatur.*
- 33. *Domini vel dominae proprias ancillas prostituentis, quæ poena.*
- 35. *Leno infamis est, nec testimonium ferre potest, nisi diligens in prostibulo, & ubi aliter haberi veritas non potest, nu. 36. & sequen.*
- 38. *Lenones priuantur testamenti factione actiua & passiuâ.*
- 39. *Contractus inicus inter lenonem & mu- lierem prostitutam, non valet.*
- 40. *Creditor debitoris leno priuatur credi- to, & redemptor pretio redemptionis, nu. 41.*
- 43. *Vasallus cuius persuasione vxor do- mini se prostituit, pseudo priuatur.*
- 48. *Leno adulterij effectu non secuto non punitur ordinariè, sicut nec qui semel tantum lenonem egit, nu. 49.*



**L**ENONVM, & lena- rumque genus pelsi- mum, & omnium est detestabilius: quod Iustinianus in 1. auth. de lenonibus nephandum appellat, ij suis pessimis & pestiferis artibus dolosisque subuersionibus, ac dolosis fallacijs mulie- res bonas & honestas inficiunt, & subuer- tunt, l. vnica, in princ. versic. si enim ipsa. C. de raptu virg. de his egregie & docte admodum Aegidius Maserius in commē tarijs ad Valerium Flaccum ita scriptum reliquit. Turpissimum lenarum studium, quæ virgineas mentes melle perungunt, vt fel in honesta, opportunitatem tempus au- cupantes, laqueos tendunt, quos vix Lu- cretia vitaret, escam parant, quam vel satur Hippolitus sumeret. Arma mouent, quæ virginitatis Dea Aegida non propul- sare. Mupera ostendunt (Danaem omit- to) inconsultum Penelopes animum euer- sura: Minas obijciunt, quas Sufanna expa-

uerat. Quid quæso Proserpinas his harpa- gonibus Pluto corripit. Hæ sanè sunt vir- gæ soporifere, quibus animæ contractæ ad Orcum descendunt. Hoc gluten, quo cō- pactæ mentium alæ sursum euolare ne- queunt. Dæmonum ancillæ, quæ succu- lentia exhaustæ succulentas quæerunt, sol- licitant, vendunt, morosæ, difficiles, victæ flaccidæ, rugosæ, rapaces, languidæ, tra- ctæ, serupæ. Hæc omnia vir ille bea- tissimus. Et demum ex nostris. Ioan. a Platea in l. cum supra. C. de remilita. lib. 12. & cum eo Ludouic. Peguera in decisionibus cri- minalibus cap. 15. num. 4. scripserunt, le- nonum genus esse pestiferum, nephadum, crudele, odiosum, pessimum, & sceleratū. Et quamquam Vlpianus in l. palam. §. le- nocinium. ff. de ritu nuptia. respondit, non minus esse lenocinium facere quam cor- pore quatum exercere: attamen credē- rim magis lenones quam adulteros delin- quere, cum ij. duos alios delinquere fa- ciant, sicuti aduertunt Accurs. in l. athle- tas. §. Prætor ait. ff. de ijs, qui notan. infam. Bart. in l. is, qui reus, colu. 1. ff. de public. iudic. Angel. Aretin. in tracta. maledicio- rū, in verbo che mi hai adulterato la mia donna. in fin. Neuizan. in lib. 4. siluæ nup- tial. num. 42. Petrus Follet. in practica cri- minali, in 2. parte, secundæ partis principa- lis, in verbo, item, quod fuit leno, nu. 2. 4. & Corrad. Laudens. in tracta. de Prætor. lib. 1. cap. 9. §. 3. titu. de Lenonibus, nu. 1. Leno is dicitur, qui est præpositus me- reticum, & seductor: qui miserarum men- tum blanditor est, quasi quod. lecendo se- ducat. Ita de scribit & etymologiam affert Archidic. in cap. apud. §. crimen. 32. quæst. 1. quem secutus est Simon Maiolus in tra- cta. de irregularitate, lib. 5. cap. 41. num. 1. versic. sciendum autem. Lenones ab alliciē do. dictos, quod ad supra alliciant, scrip- sit Petr. Gregor. in lib. 36. syntagm. c. 11. num. 2. in fin. Leno t vero dicitur, qui expresse ex- exercet artem, vt mulieres se prostituant. Ita Vlpian. in d. l. athletas. §. ait Prætor. qui etiam respondit, lenones dici eos, qui alterius nomine hoc vitæ genus exercent: sicuti quando quæstuarua mancipia habet, alterius artij & ministerij occasionem: vt si man-

si mancipia talia habuerit caupo stabula- rius seu balneator. Et idem Vlpian. in l. palam. §. si qua cauponam. ff. de ritu nupt. & ex nostris tradunt glos. in cap. apud. §. crimen. 32. quæst. 1. Maiolus in cap. 41. nu. me. 1. versic. & glos. Petr. Gregor. in lib. 36. syntagma. cap. 11. num. 1. & Peguera in d. cap. 15. num. 5. Noua constitutio Mediola- nensis, libr. 4. tit. de meretricibus & le- nonibus, cap. omnibus. §. & eo amplius. non habet pro vero lenonem cum, qui a meretrice in prostibulo existente aliquid ex suo quæstui accipit: sicuti significant il- la verba. [more lenonum.] Sic & in cap. ne- mo idem sensit, de his qui mutuo dant me- reticibus. Aduersus lenones t multa a le- gibus sancitæ sunt pœnæ. Parentes t nempe pater & mater, qui proprias filias prostituerunt puniri ij so- lent varie iuxta varias legislatorum leges & constitutiones Theodosius & Valenti- nianus Imp. in l. lenones. C. de specta. & leno. lib. 11. statuerunt, hos patria potestate & dominio priuari proscribi, sicque exilio multari: metallis addicendi publicis. Hu- ius Constitutionis pars legitur in l. si leno- nes. C. de episcop. audien. In Regno Nea- politano extat Constitutio, qua t sancitum est, quod mater, quæ fuit lena filia, & ex ipso lenocinio quæstui fecit, puniatur pœ- na truncationis nasi. Ita Afflic. in com- mentarijs ad Constitutiones Neapolita- nas, rubric. 47. De matribus earum filias prostituerentibus. Cæterum, t si mater nul- lum ex filia meretricio quæstui fecit, pu- nitur illo in Regno sola pœna extraordi- naria, id est, arbitrio iudicis, sicuti eodem in loco annotauit idem Afflic. ex alia con- stituitio, rubr. 49. de lenonibus. §. ma- tres. Et hæc quidem pœnæ locum habent etiam t quando ij parentes prosti- tuerunt nō modo filiam legitmam: se etiā naturalem. Ita Afflic. in rubr. 45. de ma- tribus eorum filias prostituerentibus. §. ma- tres, num. 1. Ea est ratio, quia filia natura- lis ita sanguinis coniunctionē habet cum parentibus, sicuti legitime nata, vt manife- stum est: Et quemadmodum parentibus ipsis præstanda est reuerentia a filijs natu- ralibus, l. parentes. ff. de in ius voca. Ita etiam ipsi parentes debent tueri, & confer-

uare filiorum naturalium honestatem. Et rursus hæ pœnæ locum habent, non solum in filia virgine, sed etiam t in vidua quemadmodum tradit præcitato in loco Afflic. Non enim lex puniens parentes prostituerent filias distinguit virginem a vidua: sed simpliciter loquitur, sicuti d. l. lenones. Et prius illa antiqua d. diuina, Le- uitici cap. 19. [Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra.] Sunt ergo hæ le- ges intelligendæ simpliciter, & absolute iuxta l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præ- stan. cum vulgaris similibus. Et præterea nulla differentia ratio red- di potest inter virginem & viduam: Cum t præsertim virgo & vidua æquiparentur, cap. a multis, vbi glos. de etate & qualita- te. Parentes vero, t qui solummodo con- senserunt filibus se sua sponte prostituē- tibus pœna pro iudicis arbitrio puniun- tur, sicuti præcitato in loco annotauit Af- flic. num. 2. Cum satis minus sit consenti- re filia se prostituenti quàm eam, pecu- nia accepta, prostituere. Est enim ( vt di- ximus ) proprie lenocinium exercere, quæ- do quæstum ex filia meretricio facit. Præ- terea t pater amittit vsu fructum bono- rum aduentitiorum filia a se prostitutæ. Ita Ioan. de Platea in d. l. lenones, nu. 4. versic. sed nunquid vsu fructum. Nec pa- ter recuperat patriam potestatem, si filia in- gratitudinis causam aliquam commisit: nec etiam si pater redijt ad vitam honestā, sicuti tradit Platea in d. l. lenones, num. 4. versic. sed nunquid, & c. & versic. Item quid si pater. Cæterum t excusationē aliqua digni sunt parentes illi, qui ob summam inopiā filiam volentes prostituerunt: vel passi sunt eam se prostituere. Ita in specie de- clarat Afflic. in d. rubr. 49. De lenonib. §. matres. Nam eum patri permissum sit fa- mis causa filium distrahere, l. 2. C. de patri- bus qui filios distrax. & explicant post alios Tiraquel. de retractu consang. §. 26. glos. 1. num. 13. & Didac. in lib. 3. variarum resolutio. cap. 14. num. 4. Sic dicendum est, parentes filias prostituerentes ob inopiā excusari: quemadmodum excusatione digni videri poterant Babylonij, qui ( au- ctor est Herodatus lib. 1. ) Postquam a Peris fuerant expugnati vnusquisque ex ple-

plebeijs ob victus inopiam filias suas, prostituunt. Quod sane factum excusatione aliqua, (vt dixi) potuit videri: vel cui opulenti, & diuites suis occurrerent diuitijs: quemadmodum Diuum Nicolaum simili occurrisse scribit M. Antonius L. bellicus in lib. exemplorum, ca. 1. Is enim sanctus vir Smyrnæ trium filiarum patritatum auri clam dono dedit, vt filias, quas ob inopiam prostituere volebat, honesto matrimonio collocaret. Nulla quidem excusatione dignus fuit Cleopes ille Aegyptiorum Rex, (huius meminit idem Herodorus lib. 2.) qui cum incredibilem pecuniam summam in Pyramide extruenda consumpsisset, pecunia defectus, filiam suam in quodam edificio prostituit, impetrans: quantumcumque face et quæritum, sibi numeraret. Verum huic sententiæ repugnare videtur responsum t Vlpiani in l. palam. §. non est ignoscendum. ff. de ritu nuptia. Cuius verba adscripsi. [Non est ignoscendum ei, quæ obrepta paupertatis turpissimam vitam elegit.] Hæc Vlpianus qui de meretricibus & lenonibus verba facit. Quo responso adducti Decius in l. quæ propter, num. 5. de regul. iuris, & ibi l. Ca gnol. num. 1. & Mayner. num. 7. & Decius in consi. 555. num. 12. & copiose Didac. in cap. peccatum, in 2. par. §. 1. num. 5. de regul. iur. in 6. Scribant, meretrici t ob necessitatis causam permissum non esse: cū tamen sit concessum furati, cap. si quis propter necessitatem de furtis. Nam responderetur, differentiam non esse magnam inter paupertatem & necessitatem, sicuti inter inopiam & paupertatem. Pauper t enim & is dicitur, qui habet vnde viuat. Et si nō commode secandum personæ suæ statum & dignitatem, sicuti scripsi supra in casu, 65. Et propterea paupertas t non præbet iustam causam mulieri, vt se prostituat, vt respondit Vlpianus in d. §. non est ignoscendum. Et si enim pauper hic commode viuere non potest, viuere tamen, & ob id nulla ratione debet mœchati nec furari. Porro positus in necessitate, de qua loquitur, cap. si quis propter, de furtis, & de qua nō strā est disputatio, ille dicitur, cui aliunde succursum non est, aliterque facere nō potest, sicuti scripsi supra in casu 451. n. 3. quo loci scripsi, necessitatem multis in ca-

19 sibus efficere, vt licitū sit, quod alias erat illicitum. Non enim delinquere t dicitur, qui coactus consensit.

20 Mantus t leno vxoris adulterij pœna plectitur, l. 2. §. lenocinij ff. ad leg. Iuliam, de adulter. Cuius verba hæc sunt. [Lenocinij quidem crimen lege Iuliam de adulterijs præscriptum est. Cum sit in eum maritum pœna statuta, qui de adulterio vxoris suæ quid ceperit. Item in eum, qui in adulterio deprehensum retinuerit.] Hæc tenus Vlpianus. & idem l. mariti. §. quod ait. ff. eo l. tit. Sic etiam statuit Alexand. Severus in l. castitati. C. ad leg. Iuliam de adulter. his verbis. [Castitati temporum memorū conuenit lege Iulia de pudicitia damnatā in pœnis legitimis perseverare. Qui autē adulterij damnatam si quocumque modo pœnam capitalem euaserit sciens duxerit vxorem, vel reduxerit eadem lege ex causa lenocinij punietur.] Hæc Imp. Alexander.

21 Nouissime vero pœnam vltimā supplicij marito lenoni indixit Iustinianus in aath. de lenonibus. §. sancimus.

22 Iure t pontificio indicta est alia pœna, nempe vt leno iste propriæ vxoris non possit aliquando clericus effici, cap: si cuius distinct. 34. & tradunt Maiolus in trac. de irregularitate hb. 5. cap. 4. num. 3. Et Guiliel. Bened. & in c. Raynuntius, in verbo, cuiusdam Petro tradiderunt, n. 6. de testam.

23 Cæterum dabitari solet, quando t maritus dicatur suæ vxoris leno, & quidem dicendum est tunc maritum censeri lenonem, si sciens vxorem adulterium commisisse eam non dimisit. Ita statuerunt Imp. Valerianus & Galienus in l. sine metu. C. ad legem Iuliam de adulter. Nam cōsensum adulterandi præstitisse dicitur maritus vxori, si commissio adulterio eam non dimisit. Cōsensus t tunc leno ipse maritus, qui quæstum ex vxoris adulterio fecit: sicuti respondit Vlpianus in d. l. mariti. §. plectitur. Cuius verba hæc sunt. [Plectitur, & qui pretium pro comperto stupro accepit. Nec interest, vtrum maritus sit, qui accepit, an alius quilibet. Quicumque enim ob conscientiam stupri accepit aliquid, pœna erit plectendus. Cæterum si gratis quis remisit, ad legem non pertinet. Qui quæstum ex adulterio vxoris suæ fecerit, plectitur. Nec enim mediocriter de-

linquit

linquit, qui lenocinium in vxore exercuit. Quæstum autem ex adulterio vxoris facere videtur; quia qui accepit, vt admitteretur vxor. Siue enim sæpius, siue semel accepit, non est eximendus. Quæstum enim de adulterio vxoris facere proprie ille existimandus est, qui aliquid accepit, vt vxorem pateretur adulterari meretricio quodam genere.] Hæc Vlpianus. Huius lenonis adulteram, mercalem t vxorem, 25 appellant Imp. Diocletianus & Maximianus in l. mercalem. C. de condict. ob turper causam. Mercalē vxorem retinuisse Claudium Gorgonium, virum Clarissimum, & ob id ab Alexandro Severo damnatum fuisse testatur Vlpianus in l. 2. §. nam Claudius. ff. ad legem Iuliam, de adulter.

26 Insignis t propriæ vxoris leno fuit Cippius, ille qui simulabat se dormire, & stertere, quo eius vxor facilius mœcharetur. Vnde natum videtur adagium. Non omnibus dormio. Auctor est Lucilius apud Beroaldum. Est simile admodum, quod in apothegmatis scriptum reliquit Erasmus Galbanus aliquando contiuio suscepisse Mœcenatem: Cumque sentiret illum vel ad eius vxorem ludere, simulauit se dormire, quo magis liceret Mœcenati, quod libebat. Interea cum accessisset aliquis, volens quædam e mensa tollere, ibi Galba. Infelix, inquit, huic dormio, non tibi.

27 Verum si maritus t nullum quæstum ex vxoris meretricio facit, sed solum patitur cum meretricari, leno dici non potest. Ita sane idem Vlpianus in d. l. mariti. §. plectitur. his verbis. [Quod si patiatur vxorem delinquere non ob quæstum, sed negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam crudelitatem, extra legem positus videtur.] Hæc Vlpianus, qui dum inquit, maritum videri positum extra legis Iuliam dispositionem, si sua negligentia, vel sola culpa passus est vxorem committere adulterium, significat, solum mariti dolum puniri, non autem culpā: sicuti illo in loco annotauit Angel. & probauit Peguera in d. cap. 15. num. 7. Hinc recte docuit, Salicet. in l. crimen. C. ad legem Iuliam, de adulter. maritum scientem vxorem committere adulterium non dici lenonem, etsi eam retinet modo eam non

persuaserit mœchati, ex eaque quæstum non fecerit. Et Salicetum secutus est Petr. Foller. in practica criminali, in 2. particula 2. par. principalis, in verbo. Item quod fuit leno, num. 12. qui subiungit, non procedere in Regno Neapolitano: vbi Regia constitutione sancitum est, maritum vt lenonem puniri, si vxorem in adulterio deprehensam non occidit, sed retinuit.

28 Quinimo lenocinium t committere dicitur maritus, si vxorem valde suspectam de adulterio retinet. Ita Salicet. in d. l. crimen. & Foller. præcitato in loco. num. 11. qui exemplum refert, quando maritus vidit vxorem deosculantem scolarem, vel eum in mulieris sinu manus apponentem.

29 Cæterum obseruandum est, vxores t dici non posse lenas maritorum, si adulterio per eos commisso, ab eis non recesserunt, cap. apud. §. in mulieribus. 32. quæst. 1. & tradunt Archidirc. in d. cap. 41. in fin. Nō enim mulier data est mariti custodia, sicuti est contra. Nec viri caput est vxor, sed vir vxoris, quemadmodum scribit Aristoteles in libr. 1. Polit. cap. 8. & Diuus Paulus ad Corinth. cap. 7.

30 Non excusatur t maritus a lenocinij pœna prætextu & causa minoris ætatis, quemadmodum respondit Triphonius in l. auxilium. §. sed vt ad legis de mino. 25. annis. cuius verba adscripsi. [Sed vt ad legis Iuliam de adulterijs coercendis præcepta veniamus, vt qui nulla deprecatione adulterij pœnæ est, si se minor annis adulterum fateatur. Dixi, nec si quid coram commiserit quæ pro adulterio eadem lex puniunt. Veluti si adulterij damnatam sciens vxorem duxerit, aut in adulterio deprehensam vxorem non dimiserit, quæstum ve de adulterio vxoris fecerit, prærium pro comperto stupro accepit, aut domū præbuerit ad stuprum adulterium ve in eam committendum. Et non sit ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit.] Hæc Tryphonius, de cuius responsi interpretatione scripsi supra in casu 329. vbi disserui, quando minor ætas excuset a pœna delicti, vel pœnam ipsam minuit. Porro maritus t a pœna excusatur quando vxorem emendatam, correctam, & ad bonam firmiter reuerfam recipit, sicuti scribunt Belgis.

in

in practica criminali tit. de lenonibus, col. 4. vers. §. & committitur lenocinium. Pet. Follet. in practica criminali in 2. par. secundæ partis principal. in verbo. Item quod fuit leno, num. 27. & Peguera in d. c. 15.

32 Nutrices & quibus puellarum custodia a parentibus commissa est, si puella ipsarum suasionibus se prostituerunt, ea poena puniri voluit Constantinus, ut eis meatus oris & faucium, quibus nepharia hortamenta protulerunt, liquentis plumbi ingestione claudantur. Ita sane statuit Constantinus in titu. de raptu virginum & viduarum, lib. 9. in Codice Theodosiano.

33 Domini & vel dominæ proprias ancillas prostituentes dominium, quod in eas habent, amittunt, l. lenones. C. de specta. & leno, lib. 11. amittit & dominus facultatem iniectiois manus, quam sibi seruauerat, l. 1. C. si mancip. ita fuerit aliena, ne proficit, & in specie docuit Ioa. a Platea in d. l. lenones, num. 1.

34 Reliqui & lenones, qui scilicet nullo vel sanguinis, vel alterius obligationis vinculo alligati sunt prostitute mulieri alijs interdum poenis puniuntur. Solon lenones accusatos & continentos morti damnari iussit, ut est apud Aeschinam: Cuthymacus, quod puellam Olynthiam prostituisset, capite multatus est, ut auctor est. Diarchus contra Demosthenem. Cleomenes apud Methymnos tres vel quatuor lenas, quæ apertissime lenocinari solebant, libera & mulieres prostituere in saccis ligatas iussit quibusdam immergere. Hermippus in libris de septem sapientibus, hoc ipsum fecisse narrat Periandrum. Ita ex Atheno in lib. 10. Diss. 14. referunt Petr. Gregor. in dict. cap. 11. num. 7. & Peguera in d. cap. 17. num. 10.

35 Iure nostro & varijs plebii solent poenis lenones isti. Et primum quidem infamiantur, l. athletas. §. Prætor ait. ff. de ijs, qui notan. infra. Et propterea reputantur vilissimæ personæ, secundum Bal. in l. humilem. C. de incest. nupt. Pet. Follet. in d. verbo. Item quod fuit leno, nu. 4. Corrad. Laudem. in tract. de prætoribus lib. 1. cap. 9. §. 3. titu. de lenonibus, nu. 4. & Peguera in d. cap. 17. num. 10. Et hinc etiã sequitur, hos & lenones ferre non posse testimonium, sicuti scribunt Bal. in tract.

de testib. nu. 25. Aufrer. in tract. de reprobatione testium, num. 63. Iaf. in repet. l. cunctos populos, nu. 54. C. de sum. Trin. & fide Catho. Corrad. Laudem. in tract. de prætoribus, lib. 1. cap. 9. tit. de personis testiu, n. 17. qui tam in civilibus, quam in crimin. causis intelligunt. Sic & Follet. in loco supra citato, nu. 43. qui n. 45. post Marfil. in conf. 102. num. 2. lib. 2. Subijcit hos quidẽ lenones & ferre posse testimonium de gestis in prostibulo. Idem quando veritas aliter haberi non potest, ut respondit idem Marfil. in conf. 113. num. 29. & in conf. 127. num. 8. lib. 2. Priuantur & etiã lenones testamenti factione, actiua & passiva.

38 Depassiva extat egregium exemplum apud Valer. Max. lib. 7. cap. 7. cuius verba adscripsi. [ Multo P. Metellus Prætorum vibanum seniorem egit, quam Orestes gesserat, qui Verillio lenoni iuueni bonorum possessionem secundum tabulas testamenti non dedit: quia vir nobiliss. & grauiss. fori, ac lupanaris, separandã conditionem existimauit. Nec aut factum illius cõprobare voluit, qui fortunas suas in stabulũ contaminatum proiecerat, aut huic tanquam integro cui iura reddere, qui se ab omni honesto vitæ genere abruperat. ] Hæc Valer. Est etiã indicta poena, ut contractus & obligatio in ita inter lenonem & mulierem prostitutam irritatur, l. mercalem. C. de condic. ob turpem causam, quam legem ad rem nostram annotauit Affl. & ad constit. Neapolit. rubr. 43. de adulter. & lenocinijs. §. quamuis. in fi. & diligentius Petr. Gregor. in lib. 10. syntagm. iuris, cap. 2. nu. 17. & in hoc Dominio Mediolani extat noua Constitutio in tit. de poenis, cap. omnibus est interdicitum, cuius verba adscripsi. [ Omnibus interdicitum est sub poena trium ictuum funis, vel tritemium, & alia maiori arbitrio senatus, per te, nec per interpositas personas sub aliquo quæsito, vel quarendo colore aliquos contractus, vel quali cuiuspiam generis inire, per quos aliqua mulier ducatur ad prostibulum, vel alibi prostituatur. Quod si facti fuerint, sint nullius valoris, & momenti, & pro infectis habeantur, & de ijs ius non reddatur, notarij, nec aliæ personæ, non audeant de prædictis instrumenta, nec aliquam scripturam face-

39

facere, sub poena priuationis officij notano, & cuiuslibet personæ aureorum 50. fisco applicanda.]

40 Præterea creditor & ob lenocinium priuatur suo credito, si debitori leno exiit, ut prostitueretur, d. l. lenones. C. de specta. & leno, lib. 11. & accedit text. l. eleganter. in fi. ff. de pigno. actio. quem ad rem hanc annotauit Ioa. de Platea in d. l. lenones, num. 2. Sic & prostituens & eam quam ab hostibus redemit, perdit pretium redemptionis, l. fœdissime. C. de capt. & possessione reuerf. & tradit. Ioa. de Platea in d. l. lenones, num. 3.

42 Ed. etiã iure nostro Cæsareo indicta, alia poena aduersus hos lenones, nepe exilij, quã sancit Iustin. in §. sancimus, in auth. de lenonibus, & scribant Ripa in tract. de peste. tit. de remedijs præseruatiuis contra pestẽ, n. 161. & Follet. in loco supra citato, nu. 34. qui sic Regia constit. Neap. statuit esse testatur. Quocirca recte & Ian. & idem Iustinian. suasionibus Theodora Augustæ sodalitia meretricũ & lenones a Constantinopoli statuit, auctor est Procopius in lib. 1. de ædificijs Iustiniani.

43 Et præterea punitur & leno amissione feudi, si suis falsis suasionibus vxor domini se prostituit. Ita Ifernina in c. 1. §. item si fidelis, n. 12. quid. mod. feud. amitta. & ibi dẽ manifestus declarat Affl. nu. 14. & Aluarot. & idem in c. 1. §. sed & qui delator. q. ult. quæ sit prima causa benef. amittent. Iacobin. de S. Georg. in inuestitura feudali, in verbo. Diciturque vasalli promiserunt non committere feloniam, n. 25. in noua causa, Curt. iun. in tract. feudorum, in 4. par. principali, nu. 30. vers. trigesima quinta causa priuationis.

44 Et rursus & indicta est poena vltimi supplicij: sicuti sancit Iustinia. in auth. de lenonibus §. sancimus. Et scribunt omnes supra citati, præsertim Ripa in d. tit. de remedijs præseruatiuis contra pestẽ, nu. 162. Et idem sancitum fuisse ante Iustinianum significauit Paulus in l. 1. §. qui puero. ff. de extraord. crimin. illis verbis. [ Quidem impudicitie gratia fecerit, domum præberit, pretiumque, quo ad persuaderet, dederit perfectõ flagitio punire capite. ] His sane verbis lenocinij etiã crimen completitur. Hodie poena & illa vlt. supplicij vt nu-

45

46 Iure Pontificio & lenones tanquam infames, excluduntur a quibuscunq; ordinibus, c. sicut. 32. q. 1. & tradunt gl. in c. si cuius, dist. 34. Guiel. Benedic. in c. Raynuius, in verbo, cuiusdam Petro tradiderunt num. 62. de testam.

47 Apud nos & dirionis Mediolanen. de lenonibus, ita sancitum est nouis Domini constitutionibus, lib. 4. tit. de meretricibus & lenonibus. [ Qui publice lenoniam artem exercent, poena ictuum trium funis, vel tritemium, & alia maiori arbitrio senatus puniantur. ]

48 Prædictæ poenæ & ordinariæ locum habent, secundo efficitur adulterij vel stupri: scus eo non securo, quia tunc leno punitur arbitrio iudicis, sicuti in specie tradunt Affl. in sæpius citatis comentar. ad constit. Neap. sub rub. 49. De lenonibus. in princ. n. 3. & Follet. in d. verbo. Itẽ quod fuit leno n. 31. Idẽ dicere & possumus de eo, qui semel tantum lenonem egit: cum vere & proprie hic nõ dicatur leno, sicuti tradunt Iaco. Beluis in pract. crimin. in tit. de lenonibus, vers. alius etiã modus consumatur, & Follet. in loco sup. citato, n. 37.

## CASVS CCCCCXXXV.

De meretricibus, earumque dolis, fraudibus & poenis egregia satis explanatio.

## SUMMARIA.

- 1 Meretricum fraudes & doli egregie descripti.
- 2 Meretrix que vere, & que presumptiue numer. 3. & sequen. & vnde dicatur. num. 5.
- 4 Vidua habitatione sibi a marito relicta expelli potest, si scholarẽ induxerit.

- 6 Nuptia, quæ ad adulterium committit, non est meretrix, nec talis in statutis intelligitur.
- 9 Meretrices quis primus instituerit: & apud quos toleratæ & admittæ fuerint. num. 10. & seq.
- 11 Meretrices an iure tolerentur, num. 12. & seq.
- 14 Lupanaria in vrbe habere peccatum est.
- 15 Lupanaria in qua ciuitatis parte haberi debeat.
- 16 Meretrix ex vicinia etiam si proprias aedes inhabitet, expelli potest, num. 17. nisi virum habeat, num. 19.
- 18 Meretrices vestibus, & signo aliquo discerni debent.
- 20 Meretrices sunt infames.
- 21 Meretrix an & quando testimonium ferre possit.
- 22 Meretrici an aliquid legari vel relinqui a testatore possit, remissive & an donari, num. 23.
- 24 Meretrici datum ob turpem causam an repeti possit, remissive.
- 25 Filia meretricis a patre exheredari potest.
- 26 Meretrix an donare vel legare scortari possit, remissive.
- 27 Meretricibus indictæ poenæ cessant in ea quæ ad bonam frugem reuersa est.
- 28 Meretrix in lupanari existens an possit ad coctum compelli, num. 29.
- 30 Vis illata meretrici an puniatur.

**D**OSTEA QVAM de lenonibus, eorumque dolis, fraudibus, poenisq. disseruimus, dicendum est, de meretricibus. Quoru[m] quidem fraudes vel vnus omnium melius enumerauit Salomon Pro uerb. cap. 7. his verbis. [ Ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis nunc iuxta angulos insidians. Apprehensumque de osculatur iuuenem, & procaci vult blanditur, dicens, Victimam pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcir-

eo egressa sum in occursum tuum desiderans te videre, & reperi, & infra sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam, irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labioru[m] protraxit illum, statim eam sequitur, quasi bos doctus ad victimam, & quasi agnus lasciuens, & ignorans, & nescit quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius. ] Hæc sapiens. Philon. vero Iudæus in libr. 1. Biblica. ita scriptum reliquit. [ Ad nos accedunt cum ornata meretricio, fracta incessu, præmollicie, obrutu lasciuo, muncans animas viuentium, temeritatem, & impudentiam, præferens in oculis, elata ceruice supernatiam staturâ, assurgens, ridens, cachinnabundaque calamistrata, & vncinacula, fucata faciem, pictis supercilijs, recens lota, purpurifata, præciolo, floridoque, amicta palliolo, aureis, gemmatifque armillis superba, & murenulis mundoque mulieribus. Cæterum spirans vnguenta fragrantissima, non tam domum suam, quam cõpita, feraque diligens, petulans, suæ formæ prodiga, ascitiuæ vero auida, & cum ea pedisseque domesticæ, Vaficia, iniustitia, nequitia, quibus stipata more Principis his pertentant animum, & nos in barrathrum adducunt hisce retibus, hamis, & cæcis. ] Hætenus Philon.

2 Meretrici t̄ eam vere & proprie dicim⁹, cuius libido palam omnib. patet, l. palam. §. item, quæ cum vno. ff. de ritu nupt. & in c. vidua. 34. dist. & scribunt multi, quos cõgessi supra in casu. 291. n. 7. Et illis accedunt Alc. & Pet. Rebuff. in l. Massurius. ff. de verb. sign. Pet. Placa in epit. delicto. c. 34. & Petr. Grego. in lib. 10. Syntagm. iuris capit. 2. numer. 3. Sic & Pontifex Maxim. in cap. meretrices. 32. quærit. 4. appellat illam meretricem, cuius turpitudine venalis est: sicuti illa est, quæ lupanare ipsum habitat, quam vere meretricem appellat Gregor. in d. c. 10. num. 9. Præsumptiue t̄ vero meretrix est, quæ vagatur, & diuersas plurium ædes frequentat, vt scribit Ange. in l. si qua illustis. C. ad S. C. Orficiam. quæ secuti sunt Gram. in conf. 58. n. 16. in criminalib. & Gregor. in d. c. 10. n. 4. qui n. 5. subiungit, præsumi & illam meretricem, quæ sola incedit. Leuis tamen hæc est

est coniectura, tum maxime illis in locis ( vt audio seruari Genuz ) in quibus honestæ etiam mulieres solæ per urbem incedunt. Existimo quidem satis vrgentem esse coniecturam illam, quando mulier sæpe & sæpius diu noctuque domum scholaris ingreditur, & egreditur, quemadmodum scribunt Bald. in l. neque natales, num. 1. C. de probatio. & Petr. Grego. in dict. cap. 10. num. 6. qui ex eodem Baldo in l. non aliter. ff. de vsu & habita. Scribit, viduam, t̄ cui cohabitatio relicta est a marito vita functo, e domo posse repelli, vt in honeste viuentem, si in ea hospitem induxerit scholarium. Ita quoque meretrix præsumitur illa, quæ in Caupona ministrandi causa ponitur, l. palam. §. si qua Cauponam exercens. ff. de ritu nupt. & l. ult. C. si ita ven. ne prohit. & in specie affirmant Grego. in d. cap. 10. num. 8.

Meretrix t̄ itaque a merendo dicitur, vt in d. l. palam. & tradit Laur. Valla in lib. 4. elegant. cap. 110. Quocirca t̄ vere non dicitur meretrix nupta, quæ adulterium committit, vt scriptum reliquit Bald. in l. contentaneum. C. quomodo & qua ad l. in lex. & ibidē Boerius quos secutus sum supra in lib. 1. q. 88. n. 13. & 14. ibi declarauit. Et prædictis accedunt Alexand. in l. si vero. §. de viro. n. 12. ff. solut. matrim. Felin. in c. pastoralis. n. 7. de re iud. & Ripa in l. is, cui bonis, num. 15. ff. de verb. oblig. Marquard. de Susanis in tract. de iure l. i. p. 2. q. 3. n. 9. Gaspar. Boerius in tract. de inope debitoris, cap. 15. num. 17. & Matth. Bonus de cessione bonorum, par. 4. quærit. 1. n. 3.

7 & 5. Hinc fit, quod t̄ si meretrix ob æs alienum præhendi & carcerari potest nupta tamē, quæ adulterium perpetravit nec præhendi nec carcerari potest sicuti tradit Io. Andr. in additio. ad Specul. in rubr. de iniurijs & damno dato. Alexan. in l. §. de viro. Iaf. in l. plerique, num. 9. ff. de in ius voca. & ibid. Socin. num. 15. & copiose Petr. Placa. 34. num. 13. versic. rursus, quod obiter.

8 Confert quod tradit Ioan. Andr. in loco supra commemorato, statutum t̄ non puniens iniuria afficientem meretricem non comprehendere nuptam, quæ adulterio thorum maculauit.

9 Meretrices t̄ Diabolum inuenisse testa-

tur Lactantius in lib. de vero cultu, ca. 23. Meretrices in Cyprio Insula instituisse primum Venerem fabulantur auctores, teste Lactantio, lib. 1. Ex qua apud Cyprios ( si credimus Iustino in libr. 18. historiarum ) mos inoleuit, vt virgines ante nuptias statutas, dotalem pecuniam quæsituras in quætu ad litus maris mitterentur, pro reliquo pudicitæ libamenta Veneri soluturas. Apud Babylonios quandoque fuit cõsuetudo, vt cum rem domesticam cõsumpsissent, vnusquisque plebeius ob victus inopiam filias suas adigeret ad quæstum corpore faciendum, sicuti memoriæ prodicatum est ab Herodoto lib. 1.

Meretrices quoque ( quod mirum forte videri potest ) admisit vnus ex septem sapientibus Solon, qui vt iuuenes ab adulterijs auerteret, meretrices omnium primus Athenis prostituit. Existimauit enim adolescentes his mulieribus adeo contentos fore, vt a sollicitandis honestis & pudicis abstinere, sicuti scriptum reliquerunt Alexand. ab Alexand. in lib. 4. dierum genial. cap. 10. & Alciar. in l. Massarius. de verbo. signifi. Madianitides quoque permisisse atque tolerasse meretrices & lupanaria colligitur ex libro Numeri, capit. 27. vbi habetur egregium exemplum his scriptum verbis. Et ecce vnus de filijs Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Moyses, & omni turba filiorum Israel qui steterunt ante fores tabernaculi. Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugio ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. Hæc ibi. Iure Cæsareo, t̄ Ciuilique meretrices etsi permissæ & tolleratæ multoties fuerunt, aliquando tamen ex vrbibus ciectas legimus. Constantinus Hermenopolus in epitome iuris Ciuilis, tit. de lupanaribus, commemorat antiquam constitutionem his verbis scriptam. [ Lupanar aut neutri ipsorum licebit extruere propter alterius domus infamiam, quam ex eo sibi pararet: Et hæc quidem in Ciuitatibus. In Pagis vero ad Cauponas, & ad genus alia edificanda suis interuallis veterat. ]

H 2 Hæc



Hactenus Constitutio; Tacitus Imperator meretrices e Ciuitatibus esse eiciendas statuit, vt in illius vita refert Flavius Vopiscus, cuius verba hæc sunt. [Meritoria intra urbem stare vetuit: Quod quidem diu tenere nõ potuit.] Hęc Vopiscus Meritoriu pro lupanari dixit & Cicero in Antonio. Idem constituit Theodosius, qui (teste Niceph. in lib. 12. hist. Eccl. c. 22. lupanaria sustulit, & desque ipsas, in quibus exercebantur, funditus euertit. Sic & Iustinianus in authent. de lenonibus, dum statuit, ne cui liceat lenocinium exercere, domique vel in lustris conclusas mulieres habere, & publice prostituta: quemadmodum in præcedenti casu scripsimus. Quinimo apud Aediles profitebantur mulieres nomen, & flagitium, veniaque ab illis concedebatur, vt corpus euulgare possent. Sicut colligitur ex Cornelio Tacito libr. 2. Annalium ad finem. [Eodem anno (inquit Tacitus) grauibz Senatus decretis libido sceminarum coercita: cautumque ne quæstum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut matris Eques Roma, fuisset. Nam Vitiua prætoris familia genita, licentiam stupri apud Aediles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui satis pœnarum aduersus impudicas in ipsa professione flagitij credebant.] Hęc Tacitus.

12 Cæterum in vrbibus & pagis admissa tolerataq. fuisse lupanaria iure nostro ciuili colligimus ex responsis Papiniani in l. si cum dies. §. sed et si. ff. de receptis arbi. & Vlpiani in l. ancillarũ. ff. de petitio. hæred. Et Romanos ipsos lupanari a permisisse significat D. Ambros. in sermone 9 de passione B. Agnetis, his verbis. [Aut sacrificare virginem, aut lupanari prostitui iubet.] Et paulo post. [Vnũ tibi ex duobus elige: aut cum virginibus Diuæ Vestæ sacrificare: aut cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanari.] Hęc sanctus vir. Idem ostendit D. Hieron. in epitaph. Fabiolæ; de quo infra. Imo ius pontificiũ ferre inhonestã hæc, ne inhonestiora committatur, affirmat Præposit. in c. priuileg. §. officiu. dist. 3. Cassan. in catalogo glorię mũdi p. vlt. cõsideratione 77. Io. Lup. in rub. extra, de donat. inter virũ & vxorem. §. 40. nu. 12. Pet. Grego. in lib. 10. syntag. iur. c. 2. n. 10.

14 in 2. par. & Rebuff. in l. Massurius, col. 3. vers. sed quæritur, de verb. sign. qui commemorat Diuum Augustinũ in lib. 13. de ciuitate Dei. cuius verba hæc sunt. [Hoc fecit meretrix in mundo, quod sentina in nauis, vel cloaca in palatio, tolle cloacam & replebis fœtore palatium; similiter de sentina, tolle meretrices de mundo, & replebis cum sodomia.] Hęc Augustinus qui & lib. de ordinibus, cap. 4. ita scribit. [Aufer meretrices a rebus humanis & turbaueris omnia libidinibus.] Sic & D. Thom. in 1. 2. q. 96. & in 4. sentent. dist. 33. q. 1. art. 3. & de regimine Principum, in prin. Et ius ipsum Pontificium tolerare lupanaria colligitur satis clare ex c. inter corporalia. de sponsalib. Quod equidem vel ea ratione toleratur, ad euitandum maius delictũ, nempe sodomiz: cum ex duobus malis minus sit eligendũ, c. duo, & c. nervi. 13. dist. Negari vere nõ potest, quin malum t atq. peccatũ sit habere in vrbe lupanari: cum & fornicari cũ meretrice peccatũ sit, c. meretrices. 32. q. 4. & tradit Purpuratus in l. rogasti in prin. n. 20. ff. si certũ petat. sic & D. Hierony. in epitaph. Fabiolæ ita scriptum reliquit. [Aliæ sunt leges Cæsarium, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit. Apud illos viris impudicis frena laxantur, atque solo stupro atque adulterio condemnato, passim per lupanaria, & ancillulas libido permittitur, quasi culpam dignitas faciat, non voluntas.] Hęc ibi.

15 Cum itaque in ciuitatibus & oppidis tollerari possint meretrices & lupanaria, dispiciendum est, quæ t in ciuitatis & oppidi parte collocari debeant. Romani Venens Hericiniæ templum extra urbem positum habebant, ne libido intra urbem inualesceret sicuti scriptum reliquit Alexan. ab Alexan. in lib. 2. dierum Genial. cap. 4. Sic apud Gallos lege Regia obseruari testatur Rebuff. in l. Massurius, col. 2. vers. adde quoque, de verbo. signifi. quo loci subiungit, in Montepesulano ad Ciuitatis pomeria collocatas esse. Et subiungit Rebuffus, collocari saltem debere in locis remotis & segregatis ab honestorum virorum consortio a plateis & bonis vicis. Quod (adiungit Rebuffus) Dei voluntati conuenire prebarur apud

apud Ezechielem cap. 6. cuius verba adscripsi. [Aedificasti tibi lupanar, & fecisti, tibi prostibulum in cunctis plateis: & fabricasti lupanar tuum in capite omnis viae, & excelsum tuum fecisti in omni platea, &c.]

18 Exclamatio hæc aduersus Venetos videri potest facta: cum ea in vrbe meretrices passim visantur quibusuis in locis & vicis honestis, quod cum turpe admodum aliquando visum esset, actum fuit de eis vno tantum in loco collocandis. Et cum inter alios sapientissimos illius serenissimæ Reipub. senatores rogatus fuisset, Clariss. Marth. Bembo vir. alioqui faceris, vt quod sentiret, libere diceret, respondit. Ingentem adeo esse in vrbe meretricum numerum & copiam, vt impossibile esset vno in loco eas collocare: ob id duobus in locis habitare posse. Et quæ essent duo hæc loca, iterum interrogatus, denuo respondit. Dimidiam meretricum collocari posse citra Riuisaltum: & aliam dimidiam ultra. Quo lepido responso magnos excitauit omnium cachinnos. Cũ duæ hæc partes vniuersam Ciuitatem complectantur. Iure nostro certus habitationis locus harum infelicitum diffinitus non est. Quo circa iudicis seu Principis arbitrio relinquatur, vt pro sua prudentia locum eligat. Dũ modo eas honestis in locis, in quibus honestæ matronæ habitant, non collocet. Cũ magis honestati conueniat tetiam in honesta vicinia habitantes expellere: sicuti expelli posse & debere scribunt multi, quos retuli supra casu 328. in fin. Et illis accedunt Bald. & reliqui in l. Mimæ. C. de episc. & cler. Gemina. & reliqui in cap. 1. de visuris, in 6. Iaco. Rebuff. in l. si qua. C. de spectaculib. 11. Cassan. in consuetud. Burgund. in tit. des Droictes, §. 1. n. 57. Alciat. & Petr. Rebuff. in l. Massurius, col. pen. in fin. de verb. sign. & in tract. de priuilegijs scholartium, priuileg. 20. n. 6. Anthon. Gubertus in tract. de spons. & matrim. n. 136. Pet. Placa in epit. delict. c. 34. n. 10. & Pet. Grego. in lib. 10. syntag. iur. ca. 10. num. 37. in 2. par. Sic constitutione noua Mediolanensi lib. 4. titu. de meretricibus & lenonibus cap. vltim. sancitum est, meretricem esse eiciendam e vicinia, etiam si t domum propriam habitaret. Et recte

quidem hoc factum est, ne harũ exempli virgines & pudicæ corrumpantur. Est enim vetus prouerbiũ. Mali aliquid esse propter viciniam mala. Quare M. Cicero in lib. 2. de finib. honorũ & malorum scriptum reliquit. Meretricem in matronarũ carum inducere perinde esse, ac si quis voluptatem in virtutũ consilium adducat. Quinimo t iure sancitum est multis in locis, vt meretrices per urbẽ incedentes signũ aliquod deferant, quo ab honestis & pudicis dignoscatur, sicuti cõstituerant Imp. Theodosius, Arcadius & Honorius in l. Mimæ. C. de episc. aud. his verbis. [Mimæ & quæ ludibrio corporis sui quæstũ faciunt, publice habitu carũ virginũ, quæ Deo dicatæ sũnt, non vtantur.] Hęc illi. Quo in loco annotarunt Bald. & reliqui, Specu. in tit. de conc. rub. 61. num. 6. Dec. in l. semper in cõtractibus, n. 4. ff. de regul. iur. Et smod. in tract. de concubinarijs, in rub. de stupro, n. 31. scribit Suidas apud Athenienses lege sancitum esse, vt meretrices deferrent vestes floridas, id est, varie ornatas, vt interpretatur Pet. Greg. in lib. 9. syntagm. iuris, cap. 19. num. 8. Galiel. Benedict. in ca. Raynautius. in prin. 61. de testam. Boer. in commentar. ad consuetud. Burdegal. in si. Gaspar Boetius in tracta. de inope debito re, cap. 1. nu. 73. Andr. ab Exea in c. r. nu. 239. de conlir. Petr. Placa in Epitome de lictorum, cap. 34. n. 10. & Petr. Gregor. in d. cap. 10. num. 38.

Constitutione noua Mediolanensi in d. tit. de meretricibus & lenonibus, in fine. Ita sancitum est. [Et postquam expulsæ (meretrices intelligit) erunt, non possint deferre vestes sericas, nec aurum, nec argentum: impune, si reperte fuerint, deprædari possint.] Hactenus constitutio, quæ dum has deprædari, id est, illis ornamentis spoliari permittit conuenire videtur cum illo Ezechielis capit. 16. [Et denudabunt te vestimentis tuis, vt auferant vasa decoris tui: & derelinquant te nudam, plenamque ignominia: & adducent super te multitudinem, &c.] Cuius sententiæ ad rem nostram meminit Rebuff. in d. l. Massurius, col. 3. vers. itẽ, quod possint.

19 Cæterum t meretrix, quæ virum habet expelli non potest, marito inuito, nisi maritus

grus ipse sit vilis, & leno vxoris suæ. Ita post Marfil. scribit Rebuff. in d. l. Massurius, colum. penultim. versic. ad hæc limitatur.

Meretrices sunt infames, secundum gl. in l. Pantomius. ff. si quis a patre fuerit manumissus. Alexan. in cons. 11. nu. 7. libr. 1. & Rebuff. in d. l. Massurius, colum. penult. versic. intellige quoque qui intelligit, etiam de iis, quæ non habitant in prostibulo. Et meretrices inter personas turpes esse connumerandas scripsit Ang. in cons. 17. 1. in 2. dubio. Quocirca t. ferre nequeunt testimonium in causis criminalibus, vt tradunt post alios Campeg. in tract. de testibus reg. 41. Crot. in simili tract. versic. circa tertium, num. 32. & Gigas in tract. de crimine læsæ maiest. lib. 3. quæst. 13. qui scribit, non habere locum in crimine læsæ Maiest. ob criminis atrocitatem: & quia est crimen quod cum clam solet committi, difficilis est probationis. Cæterum Petr. Gregor. in lib. 48. syntagm. iuris, c. 13. num. 16. scribit, iudicis arbitrio relinquitur, vt is pro facti & personarum qualitate iudicet, an meretrici adhibenda sit fides.

Legari t. relinqui his meretricibus an aliquid possit a testatore, dubitari solet. Dubitationem hanc cum explicauit, & sane diligenter Lancelot. Gallia in comment. in consuetudinem Alexandria, in verbo, Maritus, quæst. 3. Non est quod plura scribam.

Donari t. olim poterat meretrici hodie non. l. affectionis. ff. de donation. explicat Petr. Gregor. in lib. 10. syntagma. iuris, cap. 2. num. 17. quo loci explicat. an datum t. meretrici ob causam ipsam turpem repeti possit, & diligenter Didac. Couar. in cap. peccatum, in 2. par. §. 2. de regul. iur. in 6. Potest etiam t. filia meretricis a patre exheredari, vt probant l. si filiam. C. de inoff. testam. & §. si vero, in authent. vt cum de appella. cog.

Donare & legare an ipsa possit scortatori, explicat Petr. Gregor. in libr. 48. Syntagma. iur. cap. 13. num. 16. Cessant pœnæ omnes in meretrices indicæ in ea, quæ a meretricio ad frugem bonam reuerfa est. Ita Bald. in l. si filiam, in fin. & in l. in arenam, C. de inoff. testam.

& ibidem Ias. num. 7. cum dixerunt: matrem e meretricio emendatam exheredare posse filiam meretricantem, quam alioqui exheredem facere non posse, Baldum & Ias. secuti sunt Rebuffus in d. l. Massurius, colum. penult. versic. limitatur, quando. Idem docuit Lancelotus Gallia, in præcisi tatis comment. ad consuet. Alexandria, in verbo maritus, quæst. 3. num. 4. 1. qui similibus comprobauit. Et accedit Ioan. Perr. Surdus in tract. de alimentis, tit. 7. quæst. 4. num. 15. & 16. & num. 24. & 27. qui alijs confirmauit.

Dubitari etiam solet apud nostros, tan meretrix, quæ in lupanari degit, cogi possit inuita coire? & posse compelli affirmat Decius in l. inuitus, in fin. ff. de reg. iur. & Martilius, in l. vnica, num. 19. C. de rapt. virg. & in sing. 150. & Bernardus in tract. de concubinarijs, in rubric. de stupro, numer. 30.

Verum a prædictis, & rectius quidem, dissentiunt Ifernina & Afflic. in comment. ad Constit. Neapol. rub. 20. de violentia meretricibus illata. Zastus in rubr. ff. si seruitus vindicetur, doctæ & copiose Purpur. in l. rogasti, in princ. num. 20. & ibidem Alciat. ff. si cert. petat. egregie quoque Didac. Couarruias in lib. 3. variar. resolut. cap. 14. num. 2. a quo fere omnia desumpsit Petrus Placa in epitom. delict. cap. 34. num. 9. Qui omnes scribunt, imo vim meretrici illatam iudicis arbitrio pœna extraordinaria puniri. Et si Dynus, quem secutus est Albericus in tractat. statutorum, par. 3. quæst. 52. scripsit absolute, non puniri. Intelligi defendique potest Dyn. vt pœna ordinaria imponi minime possit.


CASVS CCCCCXXXVI.

Plagiarij qui, & qua olim & hodie pœna plectantur.

SVMMARIA.

- 1. Plagarius quis.
2. Plagarij quibus pœnis afficiantur, nu. 3. 4. 5. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.
6. Intellectus l. vltim. C. ad leg. Fab. de plagiar.

- 7. Plagarius punitur, aliter vt contumax, aliter vt coniunctus.
9. Intellectus c. 1. furt.
14. Plagarius quibus ex causis excusetur, num. 15. & seqq.
15. Ancillam alterius meretricem libidinis causa surripiens & celans, non est plagiarius.
16. Adulterum per 20. horas in domo concludere licet.
17. Principes inuicem donantes pigmeos, moriones, &c. non incidunt in pœnam plagij.
18. Credulitas & iusta ignorantia a crimine plagij excusat.
19. Plagij pœna nũ puniatur surripiens hominem liberum vel seruum, quando nõ est solitus simile crimen committere.
20. Surripiens filium alterius, vt ipsum pro suo filio haberet, an teneatur pœna plagij, num. 21.



PLAGIARIUM t. illum esse Callistratus in l. pen. §. vlt. ff. ad leg. Fab. de plagiar. his verbis dixit: [Qui hominem ingenuum, vel libertinum, inuitum celauerit, inuitum habuerit, emerit sciens dolo malo, quive earum qua re socius erit, quive seruo alieno, seruave persuaserit vt a domino dominave fugiat, vel eum eamve inuito vel sciens domino dominave celauerit, inuictum habuerit, emerit sciens dolo malo, quive in ea re socius erit.] Hæc Callistrat. Aduersus hos plagiarios varijs legislatorum legibus, indicæ fuerunt pœnæ.

- 1. Lege antiqua t. diuina mortis pœna sancita fuit. Ita sane habetur Exodi cap. 21. [Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus morte moriatur.] Et Deut. cap. 24. sic legitur: [Si enim deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filijs Israel, & vendito eo acceperit prætium, interficietur: & auferat malum de medio tui.] Apud Græcos t. pœna erat abscissionis manus. Ita sane Constantinus Harmenopol. lib. 6. iuris epitom. titu. 8. scriptum reliquit his verbis: [Serui aut li-

beri homines, qui seruos alienos distrahunt, aut alienant, cæsi & rasi, manu trunci cantur.] Et idem paulo post ita subiungit [Si quis sciens liberum hominem esse, & emerit, vendiderit, donauit, in dotem dederit vel pro re permutauerit, vna qualibet harum causa probata manus ei abscinditur.] Hæc Harmenopolus. Cæterum scribit Xenophon in lib. 1. de dictis & factis Socratis: Athenienses plagiarios t. morte multasse. Quo circa Dinarchus aduersus Demosthenem commemorat, Athenienses pronunciaffe, Nemonem molitorem occidendum esse, quod Pellænum puerum ingenuum, sciens dolo malo in pistrinio & vinculis habuisset. Hæc ad rem nostram meminit doctissimi Petr. Gregor. in lib. 36. Syntagm. iuris, cap. vlt. num. 7. & 8. Apud Romanos t. lege Fabia pœna pecuniaria indicta fuit: qua abrogata capitali vel in metallum damnabuntur plagiarij. De pecuniaria & metalli pœna t. spondit Hermogenia, in l. vltim. ff. ad leg. Fab. de plagia. his verbis: [Pœna pecuniaria statuta lege Fabia in vtu esse desijt. Nam in hoc delicti, pro delicti modo coercentur, & plerumque in metallum damnantur.] Hæc Hermogenianus, qui illis verbis, pro delicti modo coercentur, intelligit, certam pœnam omnibus in casibus nõ esse sancitam: & ob id iudicis arbitrio relinqui. Id quod visi sunt etiã statuere Dioclet. & Max. in d. l. quoniam. illis verbis [maioris seueritate] & subiiciunt, capitalis pœnam posse indici: sicuti & pœnam capitalem indictam fuisse a lege Fabia visus est affirmare Vlpian. in l. 1. ff. eod. ad leg. Fab. de plagia. De pœna itaq. iudicis arbitrio indicenda recte Hermogen. & Imp. Dioclet. & Max. cum aliquando pœna damnationis in metallum (vt ipsemet Hermogenia, inquit) coercentur, sicuti ea pœna ferendum esse plagiarium illum, qui alterius filium abduxit & vendidit, statuit Constantinus in l. vlt. C. ad leg. Fabiam de plagia. t. quæ quidem constit. ita scripta legitur. [Plagarij, qui viuientium filiorum miserandus infligunt parentibus orbitates, metalli pœna eum, cæteris ante cognitis supplicijs teneantur, si quis tamen huiusmodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine claruerit, seruus quidem vel liber-

libertate donatus, bestijs subuijctur, ingenuus autem gladio consumatur. ] Hæc Constantini constitutio: cuius prima pars cū secūda pugnare videtur: dū in prima statuit, pœnam esse metalli absolute in omnes plagiarios: in secunda vero duas ab illa metalli diuersas distinguit statuitque pœnas: quarum prima est, quod seruus plagiarius bestijs subijciatur: ingenuus vero gladio consumatur. Hanc repugnantiam, vt euitaret Alciatus in lib. 1. parerg. iuris, cap. 23. interpretatus est primam constitutionis partem loqui de plagiarijs illis, qui ciuitatis Romanæ ius habebant, & qui ex quo delicto, alij decollabantur, ipsi in metallum dabantur: constitutionis vero finem intellexit Alciatus de alijs, qui ciues Romani non erant. Quæ interpretatio (subiūgit Alciat.) satis cæterorum sententiæ conuenit, qui principium in nobilibus, finem de ignobilibus accipiunt: sicuti vere sic interpretatus est ibid. Salic. Crediderim interpretationem hanc non parum diuinare: cum absolute de quibuscunq. plagiarijs statuerit Constantinus. Alia fuit interpretatio Franci. Duareni in libr. 2. de disput. anniuers. cap. 20. qui scriptum reliquit, Constantinum derogasse veteri iuri, quo plagiarij pœna metalli dānabatur: & cōstituisse plagiarios ingenuos gladio cōsumi: reliquos vero bestijs subicij. Et propterea in prima illa constitutionis parte inquit, legendū esse, tenebantur, nō autē teneantur: vt verbo illo præteriti perfecti temporis significatio ostenderet Constantinus, legem illam antiquam, quæ metalli pœnam indixit: ab se ipso Constantino postea abrogatam, atque ita (ait Duarenius) legitur in Cod. Theodosian. lib. 9. tit. 14. sed vere etiam eo in Cod. Theodosij habetur verbum, teneantur. Et si e ratione adducor, vt legendum sit, tenebantur, quod ipse Constantinus in fine constitutionis statuit his verbis: [ Eos autem qui pro hoc crimine iā in metallū dati sūt nunquam reuocari præcipimus. ] His sane verbis sensit Constantinus, se quidem in posterum abrogare metalli pœnam: iam vero aliquibus indictam non tollere. Existimaui etiam aliquando, Constantinum differentiam constituisse inter plagiarium contumacem, atque ita non conuictum ve-

re: & plagiarium confessum, vel aliter conuictum, vt contumax metalli pœna dānaretur: conuictus vero vel gladij, vel bestiarum: Constantini verba in Cod. Theodos. ita leguntur: [ Plagiarij, qui uentium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli pœna cum cæteris ante cognitionem supplicij teneantur, si quis tamen eiusmodi reus fuerit obblatus, posteaquam super crimine patuerit (claruerit legunt alij) seruus quidem vel libertate donatus, bestijs primo quoque manere obijciatur. Liber autem sub hac forma in ludum detur gladiatorium, aut antequam aliquid faciat, quo se defendere possit, gladio consumatur. Eos autem, qui pro hoc crimine iam in metallum dati sunt, nūquam reuocari præcipimus. ] Hæc Constantinus, qui vltimis illis, verbis de iā damnatis in metallum, siue serui, siue donati in libertate, siue ingenui essent, nihil immutauit, sed eos in eo opere perseverare oportere. Iure etiam Celsateo t̄ aucta est pœna in plagiarios illos, qui alia crimina vna cum iplo plagio admiserunt, vt si quis filium alicuius rapuit, cōcluse, & verberibus affecit, pœna de vi publica tenetur, l. & eum, ff. ad leg. Iul. de vi publ. quod responsum ad rem nostram citauit Petrus Gregor. in lib. 36. Syntagm. cap. vlt. nu. 5. in fin. quæ sane pœna legis Iulæ de vi publica (vt diximus supra in casu. 394. nu. 16.) erat interdictio aqua & igne: quæ e iure grauisima habebatur. Iure Pontificio t̄ plagiarij pœna mortis plectuntur, c. 1. de furtis. quo loci Abb. in fin. interpretatur, non de morte naturali: cum ecclesia sanguinem effundere non possit, c. in Archiepiscopatu, de raptor. sed de pœna mortis Ciuilis: hoc est, de excommunicatione. Et Abbatem secutus est ibidem Ioan. de Anan. colum. penultim. vers. secundo potest. Petr. vero Gregor. in d. cap. vlti. n. 9. scribit, nulla lege Pōtificia prohiberi Episcopū, quin iudici seculari remittere possit hunc plagiarium, emeritis pœnis ferendum. Prætermitto hic de indultia commemorare Visigothorum t̄ leges aduersus plagiarios latis, quas recenset Pet. Gregorius in d. cap. vltim. apud eum legi possunt, lege municipali Mediolanensi fancitum est, plagiarium esse capitali pœna fer-

riendum. Verum Bofsius in tractatu causarum criminalium, tit. de plagiarijs, scribit, tēpore quo t̄ Rex Galliarum occupabat hoc dominium Mediolanense, fustibus cæsam, & ad cathenam infamem positam fuisse obstetricem, cuius opera venditus fuerat infans: nulla tamen indicta pœna emptori. Caselinianus Corra vero in moral. in verbo, plagiarij, testatur, hos t̄ laqueo apud nos suspendi. Cæterum multæ extant causæ, t̄ quibus aliquando plagiarius excusatur a pœna plagij, vel saltē pœna manitur.

12 Prima causa est, quando t̄ quis meretricem alterius ancillam surripuit, celauitq. libidinis causa, sicuti respondit Vlpianus in l. verum, in fin. ff. de furt. Non enim hic habuit animum committēdi plagium, sed fornicandi, & ob id ea fornicationis, nō plagij pœna tenetur, & ad rem nostram sic obseruauit Petr. Gregor. in d. cap. vltim. num. 10.

13 Secunda est causa, quando t̄ quis adulterum cum vxore compertum per viginti horas tantum in domo concluserit. Non enim tunc pœna plagij tenetur, sed excusatur, l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adult. quod responsum sic in specie est interpretatus Petr. Greg. in d. c. vlt. n. 11.

14 Tertia est causa, quando homini libero alteri tradito nō auferatur libertas: sicuti quotidie videmus Principes inter se donare pigmeos, cantores, motiones, & similes. Non enim ij incidunt in pœnam plagiarijs indictam, sicuti scribunt Bart. in l. 4. ff. ad legem Fabiam de plagia. quem secuti sunt Abb. & Ioan. de Anan. in ca. 1. colum. 1. extr. de furt. & Bofsius in tract. caus. criminal. tit. de plagiarij.

15 Quarta est causa, quæ excusat a plagij pœna, quando scilicet quis surripuit & celauit seruum alienum, quem proprium esse credebat, ita Accursius in l. plagij. la. 2. C. ad legem Fabiam de plagiarij. Bofsius in d. tit. de plagiarijs, in fin. Credulitas t̄ iusta, iustaque ignorantia ab hoc crimine excusat, vt scribit Alber. in d. l. plagij. la. 2.

16 Quinta est causa, t̄ quando quis surripuit hominem liberum, vel seruum, solitus non est simile crimen committere: & animum non habuit celandi. Hic enim nō punitur pœna plagij, sed mitiori, sicuti

scribunt Bart. in l. penult. ff. ad legem Fabiam de plagiarij. Ioan. de Anan. in d. cap. 1. colum. 2. vers. extr. glōf. de furt. & Iul. Clarus in præf. criminali, §. fin. quæst. 68. in vers. Plagiarius. Ego intelligo mitius puniri pro iudicis arbitrio, cum hoc casu indicta nō sit certa pœna.

20 Sexta est causa, quando t̄ quis patris conditionem qualitatis surripuit filium alterius, non vt seruum haberet, vel alteri venderet, sed vt filij loco haberet. Exemplum afferri potest in casu c. afferre, de præsump. Illa enim mulier quæ dormiens suffocauerat filium, & alterius mulieris sociæ filium surripuit, & filium suum esse contendebat apud Regem Salomonem ( sicuti scriptū est in lib. 3. Regum, cap. 3. non alio animo quam materno suscepisse creditur. Cum filium suum affirmaret, & licet violenta illa præsumptione iudicauerit Rex, eam vere matrem non fuisse. At tamen etiam si veris & proprijs probationibus constituisset filium alterius, fuisse, iure tanquam plagiaria mortis pœna iuxta legem ipsam diuinam supra commemoratam, puniri nō potuisset: & si Alex. in cons. 15. num. 3. lib. 1. Contrarium t̄ respondit, & probauit Bofsius in tract. causarum criminal. in tit. de plagiarij.

## CASVS CCCCCXXXVII.


Secreta detegens atque reuelans qua plectendus sit pœna.

## S V M M A R I A.

- 1 Secreta aliorum detegere graue crimen est.
- 2 Secretum proprie quid dicatur.
- 3 Consiliarius Principis iurandum præstat se eius secreta non reuelaturum.
- 4 Consiliarij & silentiarij munera distincta sunt.
- 5 Consiliarius principis propter secreti reuelationem quando pœna capitis, & quando lenius aliterque punitur, & num. 6. 7. 8. 9.
- 10 Clericus principis secularis potest esse consiliarius.
- 11 Clericus Principis sui secularis secreta reuelans, instar laici punitur.

12 Send=

- 12 Senator reuelans secreta senatus, qua poena puniatur. Item collegæ sui votum de re aliqua capitali detegens, numer. 13.
- 14 Legatus Principis eius secreta detegens, qua poena afficiatur.
- 15 Decuriones secreta suæ ciuitatis detegentes, qua poena afficiantur.
- 16 Perurij poena aliquando est arbitraria.
- 17 Prauicatoris poena est arbitraria.
- 18 Inquisitores & eorum consiliarij ipsius officij secreta reuelantes, qua poena puniantur.
- 19 Assessor præsidis sententiam nondum publicatam propalans, quomodo puniatur.
- 20 Canonicus capitularis, secreta Capituli reuelans, qua poena afficiatur.
- 21 Sacerdos confessionis secreta reuelans, grauiter puniatur.
- 22 Vassallus domini secreta reuelans, feudo priuatur, nisi non habeat animum afferendi damnum domino, tunc enim aliter puniatur, num. 23.
- 24 Miles secreta Ducis reuelans, quomodo puniendus.
- 25 Aduocatus & procurator clientis sui secreta aduersario detegentes, quomodo ipsi teneantur.
- 26 Notarius acta secreta pandens, qualiter puniatur.
- 27 Secretum de delicto perpetrando reuelari debet ei cuius est periculum, est Princeps vel dominus feudi dixerit, numer. 28. ipsam tamen personam delinquentem detegere non oportet, numer. 29. nisi mandante Principe vel iudice, num. 30.
- 31 Delictum secrete perpetratum, nec alij cognitum reuelari non debet. Idem si delinquentis persona non est alij cognita, & si delictum notum sit, nu. 32.
- 33 Secretum alicuius reuelans, qua actione ei teneatur.
- 34 Literas alterius sibi traditas aperiens, quomodo puniatur.
- 35 Testis testimonium secreto dictum reuelans, puniatur.
- 36 Secretum quando sine poena reuelari potest, num. 37. & 38.



**Q**ui ambulat fraudulenter ( inquit sapiensissimus Salomō proverb. cap. 11. ) reuelat arcana : qui autem fidelis est, celat amici commissum. ] Qua sapientis sententia satis intelligimus, arcana secretaq. aliorum detegere, graue esse erimen: quod cum aliquando poena mortis, aliquando mitiori, aliquando pro iudicis arbitrio puniatur, de eo diligentia & studio aliquo differendum est.

1 Verum prius præfari licet, secretum illud proprie esse & dici, quod notum alteri non est, quam illi, vel illis, quibus ne detegant, mandatum est: & a sacris Theologis appellatur hoc sigillum secreti: sicuti & sigillum confessionis sacramentalis, de qua diximus supra in casu 414. Quocirca si quis mihi dixit, se vulnerasse Caium: & rogauit, ne eum detegam, si aliunde non constat, Caium ab illo vulneratum: hoc secretum dicitur a me non reuelandum, sic sane scribunt Diuus Thomas in 2. 2. q. 67. art. 1. in fin. Cardinalis Zabarella in Clemen. 2. in verbo, notarij, in secundo notab. de hæret. Felin. in cap. 1. num. 21. de probat. & Prosper Carauita in Commentarijs ad ritus magnæ curiæ, ritu tertio, num. 13. qui subiungit, ex Baldo in tit. de Pace Constantiæ, in verbo, Credentias: secretum dici, quod ignorat vulgus: atque ita probari aliunde non potest. Qua ratione dicimus, secretum illud esse & dici, quod tractatum est inter Principem, eiusque secretarium, cui pro sui officij munere mandatum semper dicitur, ne a se audita detegat atque reuelat, vt scribunt Afflict. in ca. 1. num. 25. quibus modis feudum amittatur: & Carauita in d. ritu 3. num. 13. in fin. secretum etiam dicitur illud, quod est tractatum inter multos, inter quos actum est, expresse, vel etiam tacite, pro officij sui munere, ne detegatur & reueletur cōclusum vel cōcludendum negotium: sicuti declarant Zabarella in loco sup. citato, Troilus Maluë. in tractatu de Canonizatione sanctorum, in 4. dubio, num. 24. Hieronymus Gigas in tractatu de Crimine læsæ maiestatis, in tit. Qualiter & a quibus crimen læsæ maiestatis committatur, quæst. 21. nume. 24.

Decian,

Decian. in tract. criminali, lib. 7. cap. 17. nume. 7. & Conradus Brunus in libr. 3. de legationibus, cap. 2. in fin. sicuti sunt negotia grauiâ, quæ pertractantur in consilio Principis, vel in senatu, vel in consilio ciuitatis. Hęc secreta esse dicuntur, tum ne damnum aliquot sentiat Princeps; & vniuersitas: tum etiam ne alicuius ex ipsis consiliarijs vel senatoris voru detegatur, atque reueletur, quod valde perniciosum esse posset, vt dicemus infra, & admonuit Conradus in loco supra citato, & manifestius Bossius in tractatu causarum criminalium, in tit. de carcerato fideiussori relaxand. num. 32. His præmissis, differendum nunc est de poenis eorum, qui secreta detegunt: Et primum quidem de ijs qui publicam personam sustinent, deinde de priuatis.

3 Consiliarius Principis inter exercentes publica munera primū loco obtinet. Hic iusiurandum præstare solet, se ipsius Principis, consilijque secreta non reuelaturū, vt scribit Afflict. in comentarijs ad cōtit. Neapol. rubr. 45. De seruando indemnitate Comitibus, incipit: Vniuersis, nu. 57. adductus tex. l. 1. C. de silentarij, lib. 12. qui & si loquitur de silentarijs, quorum vnus ab illo consiliarij, & si longe diuersum est, vt explicat Iacobus Cuiac. in d. l. 1. & eo satis melius doctus, & summa mihi coniunctus amicitia, quæ eius semper fuit humanitas, Guidus Pancirolius in Commentario, in notitiam Imperij populi Roman. cap. 61. auctoritate egregia Procopij in lib. 20. de bello Persicæ: attamen a fortiori probat: cum grauius sit munus consiliarij, quam silentarij.

4 Consiliarius itaque & Principis detegens eius secreta inimicis & hostibus proditor iure dicitur & appellatur, cuius poena est capitis: sic sane Albericus in l. si quis aliquid ex metallo, §. 1. ff. de poenis, Paris Puteus in tractatu Syndicatus, de excessibus Consiliarij, Angel. in consi. 257. Quia consultatio, num. 7. Isernia & Affl. in cap. 1. numer. 20. quibus modis feudum amittatur. Hieronymus Gigas in dicta q. 21. num. 3. & Decianus in tract. criminali, lib. 7. cap. 17. Quam sententiam ij probant text. d. l. si quis aliquid ex metallo, §. 1. ab identitate rationis, vt dicemus infra: Idem

5 si consiliarius detegat atque reuelat secre-

tum Principis amico ipsius Principis, eod animo, vt damno afficiat ipsum Principem: vt puta, quod is amicus efficiatur inimicus. Hoc etiam casu puniatur consiliarius, eadem mortis poena tanquam proditor, vt scribunt Isernia in cap. 1. quibus modis feudum amittatur, & ibidem Afflinum, 20. versic. vltimo quæro. Gigas in dicta quæst. 21. num. 8. & Decianus in tract. criminalib. 7. cap. 17. num. 11. adducti text. licuius dolo, ibi, ne ex amicis hostes, ff. ad legem Iuliam maiest. Ceterum si ex secreti reuelatione nullum damnum est secutum: & si habuit animum afferendi damnum, priuatur feudo, si feudum ab ipso Principe obtinet, d. capit. 1. quibus modis feudum amittatur, puniatur etiam de per iurio, & tanquam falsarius, vt tradunt Bald. in l. nullum, C. de testibus, & Gigas in d. quæst. 21. num. 9. si vero consiliarius reuelauit Principis secretum: non animo dānicandi Principem: sed animo afficiendi aliquem iniuria, & infamia. Hoc casu (inquit Gigas in dicta quæstio, 21. num. 10. ex Afflicti sententia) puniatur poena l. si quis aliquid ex metallo, §. si quis instrumentū, & §. instrumenta, ff. de poenis, vt scilicet damnetur in metallum, vel deportetur, & bonis priuetur. Quod quidem responsum loquitur de procuratore reuelante iura & secreta clientis, de quo dicemus infra. Et propterea in argumentum deducitur potius, quam vt in specie probet. Et hæc quidem sententia locum habet etiam in consiliario clericatu insignito: qui, cū Principis secularis consiliarius esse possit, vt scribunt Abb. & reliqui in cap. clericis, ne cler. vel monach. & quotidiano vsu comprobatum videmus, si secreta ipsius Principis detegat, & puniri potest ac si esset laicus. sicuti tradit Ioan. de terra Rubea in tract. de præminetia regis Galliarum, art. 5. colum. pen. sic & Ruin. in consil. 4. lib. 5. Gigas in tract. de crimine læsæ maiest. lib. 1. tit. Qualiter & a quibus crimen læsæ maiest. committatur, quæst. 5. nu. 19. scribunt: Franciscum Alidosium Cardinalem Papiensem iure occisum fuisse a Duce Francisc. Feltrio Urbinate ob id, quod secreta quorū tanquam Bononiæ legatus participis erat Gallis hostibus ita aperuisset: vt Bononia ab ipsis Gallis caperetur, quod a Guiciard.

- Guiciard. in lib. histo. & a Paculo Ionio Ecogijs sub effigie prædicti Card. memoriz est proditum.
- 12 Senator ¶ qui & alio nomine consiliarius appellatur, vt scripsi in consi. 904. lib. 10. punitur pariter pœna mortis, si senatus secreta de re capitali detexit atque reuelauit: sicuti tradit Boss. in tract. caus. criminal. in tit. de carcerato fideiuss. relax. nu. 30. qui num. 32. scriptum reliquit; sua ætate pœna capitalis damnatum fuisse Franciscum Bellonum senatorem Casalensem Montisferati, qui detexerat sententiam quandam capitalem a senatu illo nondum publicatam: Quæ sane pœna se dignum iudicauit ipsemet Bellonus: dum interrogatus a Marchione Montisferrati, qua pœna esset puniendus senator, qui sententiã capitalem senatus nondum publicatam reuelasset: respondit, pœna capitali, cui replicauit Marchio: Tu ergo pœnam hanc patieris. Et iure quidẽ probatur traditio hæc, nempe argu. d. l. si quis aliquid ex metallo. §. i. ff. de pœnis. cuius verba hæc sũt: [Transfugæ ad hostes, vel consiliorum nostrorum renunciatores, aut vini exuruntur, aut furcæ suspenduntur.] Hæc Paulus, qui dum de milite secreta Principis renunciante atque detegente loquitur, satis intelligimus idem de senatore dicendum esse: quia sicuti miles accepto stipendio a Principe ei sua fide & iureiurando præstito inferuire promisit, vt scripsi in comment. de recuperanda possessione, remed. 9. num. 360. sic & senator Principis, stipendium recipit, & iusiurandum præstat fideliter inferuire, & senatus secreta non reuelare, sicuti iurare solent creati senatores in hoc ordine Mediolanensi, his verbis: [Quæ in senatu secreta tractabuntur, præcipue autem aliorum senatorum vota ne publicato.] Quocirca recte secundum Boss. punitur senator, ¶ qui de re aliqua capitali votum alicuius ex suis collegis detexit: alioqui nullus tuto & libere animi sui sententiam & votum profertre auderet. Hac pœna digni iudicari potuissent Trib. plebis, qui Marcij Coriolani liberam sententiam aduersus plebeios in senatu dictã, plebi ita renuntiarũt atq. detexerunt, vt exulare Cariolũ coegerũt, auctor est Diony. Halicarnass. lib. 7. Antiquitatum.

- 14 Legatus Principis ¶ eius secreta reuelans atque detegens punitur, sicuti scriptum reliquit Conradus Brunus in tracta. de legationibus, lib. 3. cap. 2. versu. postremo ad fidem, qui tamen non explicauit, qua pœna puniri debeat. Existimo eadem pœna dignum esse, qua & consiliarius & senator.
- 15 Decuriones ciuitatis ¶ qui & consiliarij appellantur, secreta ciuitatis siue consilij detegentes falsi pœna puniri respondit Cæpola in consi. 39. num. 29. in criminalibus, qui testatur, ita aliquando iudicatum fuisse Paduæ ex consilio Iacobi de Arena. Remoueri ab officio posse scripsit Baldus in l. nullum, num. 3. de testib. & in tit. de pace Constantiæ, in verbo, credentias, in fin. & Baldum secuti sunt Prosper Caraita in comment. ad ritus magnæ curiæ, ritu 3. num. 7. Marsil. in consi. 1. num. 9. Gondislaus de Villadiego in tracta. de legato, part. 3. quæst. 1. num. 36. & Ignatius Lopez in addit. ad practicam criminalem Bernardi Diaz, cap. 103. colum. penult. in fin. & idem ego ipse respondi in consi. 107. num. 95. lib. 2. Porro periurij pœna tã aliquando est arbitraria, vt scripti supra in casu 319. Hos esse præuaticatores & hostes patriæ dixit Angelus in l. Athletas, §. calumniatores, num. 4. ff. de ijs qui notant. infam. & Angelum secuti sunt Conradus Brunus in tract. de legato, lib. 3. capit. 2. in fin. Iacobus Simancas in Catholicis institutionibus, tit. 41. num. 31. & Ignatius Lopez in loco supra citato. Pœna tã autẽ præuaticatoris arbitraria interdũ est, vt scripsi supra in casu 323. Apud Romanos grauior indicta fuit pœna M. Tello Duumuito, quod librum secreta ciuiliũ sacrorum continentem, custodia suã commissum corruptus pecunia, Petronio Sabino describendum dedisset, nam Tarquinius Romanorum Rex, eum culeo insuit, & in mare proijci insit, auctor est Valer. Max. lib. 1. tit. de cultu deorum. Et ad rem nostram aliqua refert etiam Decianus in d. ca. 17. num. 14. & si nihil de pœna. Cæterum Villadiego in d. quæst. 1. num. 36. & Brunus in d. cap. 2. in h. Caraita in d. ritu. 3. n. 12. declarant non habere locum, quãdo esset de re minus honesta & alteri nociua, qua de re differemus infra.

Con-

- 18 Consiliarij sancti officij ¶ inquisitionis imo & inquisitores ipsi, qui secreta ipsius officij detegunt, eo munere priuati sunt, vt scribit d. o. ff. Iacob. Simanc. in d. titu. 41. num. 31. & 32. qui subdit, etiam alijs pœnis puniri posse pro criminis qualitate sicque iudicis arbitrio.
- 19 Affessor ¶ vel alius iudex Præsidis, qui eius sententiam nondum publicatam pro palat atque detegit, actione iniuriarum tenetur, vt post Paridem Puteum scribit Decianus in d. cap. 17. n. 26.
- 20 Canonici capitulares ¶ si secreta in capitulo tractata eorum vnus reuelauit, pœna iudicij arbitraria punitur, ita Ignatius Lopez in addit. ad practicam criminalem Bernardi Diaz, cap. 103. colum. vltim.
- 21 Sacerdos confessorius, ¶ qui non modo publico, sed etiam diuino fungitur munere, graui plectitur pœna, si secreta sibi a pœnitente commissa reuelat atque detegit: quemadmodum copiose differui supra in casu 414. non repeto iam dicta.
- 22 Vasallus ¶ et si persona priuata dici iure potest, atiamen ob fidelitatis iuramentum domino feudi præstitum, eius secreta reuelare non potest, alioqui feudo priuatur, c. 1. quibus mod. feudum amittatur, vbi glos. Ifern. & Affl. & reliqui. Curt. iunior in tract. feudorum, in 4. par. principi, num. 76. Zasius in epitome feudorũ, par. 10. nu. 44. Siluanus in tractatu de cognitione feudi, quæstione 109. num. 42. Iacobin. de sancto Georgio, in inuestitura feudali, in verb. Qui quidem inuestiti, nu. 4. & in verbo, Dictique vasalli, num. 28. Hieronymus Gigas in tracta. de crimine læsæ maiestatis, titu. Qualiter & a quibus crimẽ læsæ maiestatis committatur, quæstio. 21. num. 11. Prosper Caraita in commentarijs ad ritus magnæ curiæ, ritu 3. numer. 6. & in fin. & Decianus in tract. criminali, lib. 7. cap. 17. num. 2. n. & 16. vbi declarat.
- 23 Cæterum sententia hæc intelligitur, quando habuit animum afferendi damnum ipsi domino: secus ¶ si eo animo caruit, cum tunc puniri solum debeat tanquam maledicus sui domini, & ob id solum punitur pro iudicis arbitrio, pro qualitate personæ & maledicentiæ, ita post Ifern. & Affl. & Gigas in dict. quæstio. 21. num. 12. 13. & 14. & Caraita in d. ritu. 3. nu. 6. & in fin.
- 24 Miles ¶ ducis sui secreta hostibus detegens atque reuelans, punitur tanquam proditor capitis pœna, l. si quis aliquid ex metallo, §. i. ff. de pœnis. & attigimus supra. Et ad rem aliqua scribit Decian. in d. cap. 17. num. 35.
- 25 Aduocatus ¶ & procurator, qui secreta clientis sui detexerunt atque reuelarunt aduersario, tenentur erga ipsum clientem ad omne eius damnum & interesse, ac etiam pœna præuaticationis falsi: sicuti scribit Batt. in l. i. ff. de præuaticatione. Angel. Arer. in rta. statu maleficiorum, in verbo falsatio, num. 49. Bossius in tracta. causarum criminalium, in titu. de carcerato fideiussori relaxan. num. 30. Prosper Caraita in comment. ad ritus magnæ curiæ, Ritu 3. num. 14.
- 26 Notarius, seu ¶ Actuarius, qui acta ipsa secreta pandit atque reuelat, aliquando arbitrio iudicis punitur, ita Decian. in d. c. 17. num. 37. & 40.
- 27 Persona priuata, cui commissum est secretum, si illud decessit, qua pœna puniri possit, nunc differendum est. Prius tamen sciendum est, an & quando possit vel non possit persona hæc priuata detegere amici secretũ: Quia in re distinguendi atq. cõstituedi sunt quatuor casus sicuti distinxit atq. cõstitui in consi. 107. n. 68. ver. secũdus est casus cum tribus subsecquentibus: Primus est, quando ¶ secretum est de delicto in futurum perpetrando: vt puta, si quis mihi dicat, secreto, me iureiurando præstito, de non detegendo se velle cras occidere Caium. Possum & debeo ego detegere factum Caii, eum monendo, vt caueat ne cras occidatur, ita sanẽ affirmant Alexend. Alensis, Gabriel Bieleus, Ricard. Paludanms, & Turtecremata, quos retuli in d. consi. 107. num. 66. & 69. Et locum habet casus etiam ¶ quando Princeps, vel dominus feudi secretum hoc dixit subdito, vel vasallo suo, vt scribunt Affl. in cap. 1. nu. 21. quibus mod. feud. amittatur. & Hieronymus Gigas in tract. de crimine læsæ maiestatis, in titu. Qualiter & a quibus crimen læsæ maiestatis committitur, quæst. 21. num. 13. & Decian. in d. c. 17. num. 4.

I

Secun-

29 Secundus est casus, quando secretum de delicto in futurum perpe trado reuelatur vt in precedenti casu: & dubitatur, an possim detegere personam eius, qui mihi secreto dixit, se cras velle committere delictum? Hoc casu non possum, nec debeo personam ipsam detegere, sicuti tradunt glo. in c. merui. 13. dist. & alij multi quos congesi in d. conf. 107. num. 84.

30 Ceterum mandante Principe vel iudice, potest & debet hic, cui commissum est secretum, illud detegere, ita Innoc. in c. omnis virtusque sexus, num. 7. de poenit. & remis. Zabarel. in conf. 35. colum. 2. in fin. Syluest. in sum. in verb. Confessio tertio, colum. 3. vers. quarto, vtrum.

31 Tertius est casus, quando secretum est de perpetrato delicto, quod aliunde probari non potest: vt puta, si mulier commisit adulterium, quod alia probatione detegi non potest. Hoc sane casu, secretum detegi & reuelari non debet, sicuti scribunt Scotus, Ioann. Andr. Hentius, Boic, Soci. sen. & Dominic. Soto, quos commemorauit in d. conf. 107. num. 71.

32 Quartus casus est, quando secretum est de delicto iam perpetrato & cognito: & si delinquentis persona ignoratur ab omnibus quam a me, cui is delinquens secretum commisit. Hoc etiam casu non possum nec debeo secretam hanc personam detegere, ita multis rationibus & argumentis probauit in d. conf. 107. n. 71. vers. quintus est casus, & ibidem nume. 84. dixi, vrgere a fortiori auctoritatem eorum, qui dixerunt, non esse detegendam personam, quae secreto mihi dixit, se in futurum velle delinquere.

Nunc dubitari contingit, qua poena puniri possit priuata haec persona, quae secretum amici reuelauit, atque detexit?

33 Et primum quidem tenetur erga eum, cuius secretum detexit actione in factum pro omni eius interesse actione iniuriarum, & demum de falso, ita in specie tradit Carauita in comment. ad ritus magnae curiae, ritu 3. numer. 14. & poena falsi hunc puniri affirmat etiam Decian. in tract. criminal. lib. 7. cap. 17. num. 8. & si n. 24. scribit, nullam esse a lege indictam poenam. Sic dicimus, eum qui literas alterius, cui fideliter ei, cui scriptae erant, red-

34 dere debebat, aperuit tanquam secreti reuelator tenetur, vt diximus supra in casu 31. in fin. Eadem ratione punitur & testis, si secreto testimonium dixit, deinde illud detexit atq. reuelauit, l. qui falsa ff. de testibus, & post Paridem Pur. & Hieroniam scripsit Carauita in comment. ad ritus magnae curiae, ritu 3. num. 5.

35

36 Ceterum cessat haec poena, quando hic, cui commissum est secretum, mandato superioris cogitur ferre ea de re testimonium, ita post alios scripsit in conf. 107. num. 67. & accedunt Anstret. in addit. ad Capellam Tholosa. 9. quae st. 241. & Carauita in d. ritu 3. num. 11. & Decian. in d. cap. 17. num. 23. & 24. qui declarat.

37 Cessat etiam poena haec, quando secretum est de re illicita, & inhonesta. Hoc detegi reuelarique potest ijs, qui prodesse possunt, non autem qui possunt obesse, sicuti scribunt gl. & Doct. in c. ego N. de iureiurand. Roman. in singul. 506. Conradus Brunus in lib. 3. de legationib. cap. 2. & Carauita in d. ritu 3. num. 13. Cessat etiam haec poena, quando agitur de salute publica: cum tunc secretum detegi possit, ita Ioan. Medina in Codice de Confessione, tractatu 2. q. vltim. in fin.

CASVS CCCCCXXXVIII:

Acta iudicialia, literas, & rescripta Principis, vel priuati aperiens, vel sigillans, quibus afficiatur poenis.

SVMARIA.

- 1 Acta iudicialia in aduersarij sui detrimentum aperiens, quomodo puniatur.
- 2 Literas Principis de re graui aperiens, & hostibus ostendens, quomodo puniendus, & quid si de re personae priuatae, n. 3.
- 3 Literas magistratus aperiens, quae poena.
- 4 Literas priuati aperiens an teneatur, & quid si eas non legerit, n. 6. aut non dolo malo aperuit & legerit, n. 7. & quid si aperuit & legerit, etiam in sui detrimentum, sed alij non ostenderit, n. 8. & 9. & quid si aduersario scribitis ostenderit, n. 10.

- num. 10. & 11. & quid si alij in scribentis tamen damnum, n. 12. 13. 14. & 16.
- & si forte damnum secutum non sit, n. 17.
- 15 In iustitia omnis est peccatum mortale.
- 18 Sigillum a literis Papae aut Principis remouens, quomodo puniatur, num. 19. & quid si falsificauerit, n. 20.
- 21 Literas alterius comburens, vel lacerans, quomodo puniatur.
- 22 Literas alterius tardius reddens, quando & ad quid teneatur, num. 23.



T I L I S. & in foro frequens est haec disputatio, in qua de alijs secretis detegendis agitur. Ego praeter alios, qui haec de re scripserunt, soleo distinguere atque constituere permultos casus.

1 Primus est, quando quis aperit acta iudicialia in sui aduersarij detrimentum. Hoc sane casu punitur iste duplici poena, extra ordinem scilicet iudicis arbitrio, & amplius non auditur, ita respondit Rom. in conf. 346. num. 12. quae secuti sunt Fel. in c. cum olim magister, n. 2. vers. secundo Bald. de off. deleg. & in c. cum venerabilis, n. 21. vers. vide etiam de except. et si locum Romani corrupte allegat, & Marfil. in rubr. C. de probat. n. 188. & ij moti sunt tex. d. c. cum olim de quo infra.

2 Secundus est casus, quando quis aperit Principis sui literas, in quibus de re graui ipsiusmet Principis agebatur, easque hostibus ostendit. Hoc equidem casu varijs poenis puniri solet & potest, nempe ea poena, qua punitur reuelans Principis secreta, de qua diximus supra in precedenti casu. & dicitur poena laesae maiestatis: sicuti in specie respondit Vlpianus in l. 1. ff. ad leg. Iuliam maiest. & respondit Rom. in conf. 365. in fine. quem secuti sunt Gigas in tract. de crimine laesae maiest. lib. 1. tit. Qua liter & a quibus crimine laesae maiest. committatur, quae st. 20. num. 14. & Dec. in tract. criminali, lib. 7. cap. 17. colum. pen. vers. illud autem, qui in fin. illius capituli scribit ex sententia Boerij, q. 82. & Gram. voto, 24. puniri etiam poena falsi. Qui meis in codicibus hoc scriptum non reuoluerunt. Ceterum August. crura effringi voluit ei, qui

pecunia corruptus, literas suas alteri legendas tradidit, auctor est Suetonius in vita ipsius Augusti, ca. 67. cuius verba haec sunt: [Thallos Amanuensis, quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura effregit.]

3 Tertius est casus, quando quis aperit literas Principis, in quibus agebatur de re personae priuatae. Hoc casu punitur poena indicta a d. c. cum olim magister, de off. deleg. vt scilicet amplius non audiat: & si clencus est, deponitur, sicuti praecitatis in locis explicat Rom. Gigas, & Decian.

4 Quartus est casus, quando quis aperit literas Magistratus & iudicis. Hoc in casu Guido Papae in quaest. 233. sentit, puniri posse poena pecuniaria quingentorum aureorum, iuxta l. si quis id quod in prin. ff. de iuris. om. iud. & etiam poena falsi, il. hodie, in prin. ff. de fals. & Guidone secutus est Decian. in d. cap. 17. col. pen. ad fin. qui eiusdem opinionis refert. Io. Fabr. in §. poenales, & ibid. l. as. num. 37. & 38. in lit. de act. Verum Ias. haec de re nil scripsit. Ioan. Fabri vero dixit, hunc puniri poena iudicis arbitraria.

5 Quintus est casus, quando quis aperit priuatae personae literas, in quibus non extabat aliquid, quod damnum vel iniuriam ei afferret. Hoc casu nulla poena ille punitur, vt scribunt Bertach. in tract. de Episcopo, lib. 3. par. 1. num. 36. & Decian. in d. c. 17. col. pen. ver. in tempora. qui huius opinionis referunt. Bal. in l. si binae, ff. de inult. rupt. irritoq. testam. qui nihil ad rem nostram scribit.

6 Sextus casus, quando quis aperit priuati literas: sed eas non legit. Hoc casu non punitur: cum dolo carere dicatur, ita sentit Bart. in l. si quis in graui, §. qui tabulas, ff. ad Syllan. ex eo textu, & manifestius Gondilaus in tract. de legato, par. 3. quae st. 1. num. 4. Bertach. in d. tract. de Episcopo, lib. 3. p. 1. n. 39. Decian. in d. c. 17. col. pen. vers. quae tamen omnia. Et hanc traditionem admittunt alij, quos statim referam, argumen. ducto a sensu contrario. Idem dicendum est, quando

7 quis sine dolo literas aperuit & legit: vt si credidit ad se datas, cum eiusdem esset nominis, cuius ille, ad quem erant scriptae. Cum falsitas non dicatur committi, vbi

non adest dolus, nec exemplum, C. de fals. & scripsi supra in casu. 309.

8. Septimus est casus, quando quis aperit literas privati, & eas solus legit, atque ita alteri non ostendit, punitur poena extraordinaria stellionatus, iudicis scilicet arbitrio, ita Bar. in l. 2. ff. ad leg. Cornel. de fals. Abb. in d. c. cum olim magi, n. 4. vers. sed reperio, & ibidem Feli. n. 2. de off. deleg. Roma. in cons. 367. n. 3. Angel. Aret. in tract. maleficiorum, in verb. falsario, n. 9. Diaz in prac. crim. c. 103. n. 2. Alciat. in respon. 248. n. 8. vers. quamuis etiam, secundum antiquam impressionem Lugdunensem, & Decian. in d. c. 17. n. 46. & hoc in casu intelligi etiam possunt Innoc. in d. cap. cum olim magister, & ibidem Zabarella & taf. in l. non dubium, nu. 53. C. de legib. dum scribunt, aperientem & legentem literas amici, puniti pro iudicis arbitrio, intelligi sane possunt, hoc in casu, non autem si aduersario ostendisset, ut in casu sequenti. Et hic quidem casus procedit etiam, si in literis scriptum erat aliquid contra hunc aperientem & legentem: quia eas non debebat recipere, ita scribit Abb. in d. c. cum olim, nu. 2. vers. & nota, quod etiam. Hoc patrum nostrorum aetate non seruauit, & prudenter quidem Iacobus Mædicius. Marchio Marignani, qui literas sibi a duce Francisco Sfortia secundo datas perferendas Castellano Mufsi, aperuit: quibus dux mandabat ipsi Castellano, ut ipsum Mædicum morti traderet. Quod si Vrias (ut legitur lib. 2. Regum, cap. 11.) idem fecisset, mortem euitasset.

10. Octauus est casus, quando quis aperit literas priuatae personae, & eius aduersario ostendit in ipsis scribentis detrimentum. Hoc casu punitur poena falsi, ita Bar. in d. l. 2. ff. de fals. & in l. Titio, nu. 3. ff. ad municip. de incolis motus tex. l. 1. §. is qui deposita, ff. de fals. & l. si quis alium, §. qui uiu, ff. de poenis. Abb. Romā. Angel. Aret. Feli. Diaz & Decian. in locis praelleg. Verum Augustinus Ariminensis in addit. ad Angel. Aret. in d. verb. falsario, nu. 10. scriptum reliquit, imo non punitur poena falsi: sed extraordinaria tunc quandoquidem text. c. cum olim magister, iuncta gl. de off. deleg. adductus a Bartolo solum dicit, hunc aperientem has literas, puniti tanquam falsarium, vel quasi falsarium, non ergo poena falsi, secundum Bald. in c. olim, de rescrip. cum dixit, quod ille, qui puniti debet tanquam falsarius, punitur solum poena extraordinaria. Et idem scribunt alij, quos retuli supra in casu. 314. & in casu 315. n. 8. Respondeatur vno verbo, Bart. non adduxisse d. c. cum olim, ad probandum hunc casum, sed praecedentem. Idem dicendum est, tunc quando hic, qui literas aperit, eas ostendit alteri, quae aduersario ipsis scribentis, si modo inde ei damnum intulit, ita Decian. praecitato in loco sic intelligens Bar. in d. l. Titio, n. 3. & rursus tunc tenetur ille actione iniuriarum, si literas in scribentis iniuriam manifestaui, ut scribit Gondissius in tract. delegato, par. 3. quaest. 1. n. 4. & Decian. in d. cap. 17. nu. 46. Et demum dicitur hic in foro conscientiae tunc commisisse peccatum mortale, ut scribit Naua, in d. c. si sacerdos num. 14. de poenit. dist. 6. Hic enim committit peccatum iniustitiae, cum ius alterius tollat, tam scilicet mittentis literas quam eius, cui mittuntur, tollit etiam custodiam quae illis conuenit, est ergo peccatum mortale: cum tunc regulariter omnis iniustitia sic peccatum mortale, ut scribit D. Thomas in 2. 2. quaest. 59. arti. 4. Violat etiam tunc ius gentium quo legati prohibentur violari, cap. ius gentium, dist. 1. At literae sunt muniti legati. Accedit conducere ad fidem publicam, literarum sigilla esse inuolata. Quod equidem tunc dubitatio nec caret, cum eo animo literae aperiantur, ut aliquod magnum detrimentum amico adferatur, argumen. cap. cum olim minister, de offic. deleg. Imo idem est, etiam si damnum non sequatur: modo eo animo facta fuerit, argum. ca. si quis aperuerit, c. si hos & cap. si egresso, de iur. Quod probauit Naua, praecit. in loco.

18. Nonus est casus, tunc quando quis remouet sigillum a literis Papae punitur poena falsi. Bar. in l. Paulus, in fin. ff. de fals. qui subijcit, idem de alijs literis, quod intelligo tunc de alijs literis Principis, Bart. securiunt Bertac. in tract. de Episco. lib. 3. p. 1. n. 36. & Dec. in d. c. 17. col. pen. vers. & pariter Veru Abb. in d. c. cum olim magister, n. 4. de off. deleg. post Innoc. scribit, puniti solum iudicis arbitrio: si vero sigillum ipsum falsificasset, punitur poena falsi.

De-

21. Decimus casus est, tunc quando quis lacerauit, vel conbulsit literas ipsas, punitur poena extraordinaria iudicis arbitrio, ita Abb. in d. c. cum olim, nu. 4. Angel. Aret. in tract. malef. in verbo, falsario, nu. 9. & Decian. in d. c. 17. col. pen. in prin.

22. Undecimus est casus, tunc quando quis retardat reddere literas ei, cui mittuntur, tenetur ad interesse erga mittentem, si aliquod is ex ea mora sensit. Ita Bertach. & Decia. praecitatis in locis, adducti, text. l. vltim. C. de fabricen. lib. 12. quam singularem esse dicunt. Qua quidem poena affici possunt & tabellarij, qui sero nimis reddunt literas, nisi tunc ostenderent illas sibi fuisse interceptas vel a latronibus, vel ab hostibus, quod per se tempore belli fieri solet, & antiquitus obseruatum, sicuti conueritur & Cicero lib. 2. epist. famil. ad C. Calsium: his verbis: [ Si literae perlatae non sunt, non dubito quin Dolabella, qui nefarie Trebonio occiso Asiam occupauit, tabellarios meos deprehenderit, literasque interceperit.

CASVS CCCCXXXIX.

Absolutus a sacerdote in foro conscientiae, an & quando censeatur absolutus in foro temporali, ut poenam euitet temporalem? Et an credatur ipsi sacerdoti confessum illum sui delicti, ut puta haeresis, poenituisse.

SVMARIA.

- 1. Concilij Tarraconensis statutum de fide habenda confessario astringenti confitentem bene confessum esse, & de eodem non puniendo poena temporali, & quo casu illud procedat, nu. 9.
- 2. Testi etiam vni soli spectatae vitae de solo nudo facto creditur.
- 3. Notario creditur asserenti & factum, & recte factum fuisse: contra, n. 12.
- 4. Notario asserenti testatorem fuisse sanamentis, creditur.
- 5. Iudici indicanti Catum fecisse, & ita ac ita disponere voluisse, creditur.
- 6. Poenitentia actus probatur per confessarium.

7. Excommunicatus absolutionem probare potest testimonio sacerdotis, qui eum absoluit, idque procedit etiam in alterius praedictum, & nu. 8.

10. Confessario an credatur dicenti delinquentem recte fuisse confessum, n. 13.

11. Voluntas hominis soli Deo cognita est.

14. Actus ab alterius voluntate & quimpensens, iudicis arbitrio iudicandus relinquitur.

15. Confessus, an admissa confessione & absolutione, poenam temporalem euitet, n. 16. & seq. usq. ad fin.

16. Hereticus relapsus non euitat poenam temporalem, sed grauius punitur, n. 18.

17. Relapsus dicitur ficto poenituisse, & grauius punitur, nu. 18. & seqq.

22. Confessus si inueniatur in falsa poenitentia, non euitat poenam temporalem.

23. Poenitentia falsa, non est poenitentia.

24. Poenitentia a confessario iniuncta spernes non habetur pro confesso, aut absoluto.

25. Hereticus iam diffamatus confessione facta sacerdoti, poenam temporalem non euitat, sicut nec captus iam inquiri, n. 27.

26. Diffamatum esse, & aduersus aliquem inquisitionem esse propositam, paria sunt.

29. Blasphomus in Deum in foro temporali non punitur, si absolutus sit in foro conscientiae, contra nu. 35.

30. Concilium Tarraconense non est generale, nec generale ius facit.

31. Absolutus a confessario in foro conscientiae, non censeatur absolutus in foro temporali.

32. Poena spiritualis non tollit poenam temporalem.

33. Iudex spiritualis non potest exercere iurisdictionem temporalem.

34. Poena fornicationis mulieris erga maritum non tollitur, habita absolutione in foro conscientiae.

36. Poenitentia quantumuis magna, poenam temporalem non tollit.


37. Hereticus absolutus a summo Pontifice, impunitus etiam est in foro Regio, contra, nu. 38.

39. Absolutus a poena criminis mixti fori in iudicio ecclesiastico, potest adhuc puniri a iudice seculari.

40. Pontifex non potest tollere ius quasitum Principi, sicut nec contra.

41 *Pœnitentia publica liberat a pœna temporali, contra. num. 42.*

43 *Confessus sponte delictum suum, & absolutus mitius puniri debet, contra, numer. 44.*



**G**REGIA est hæc disputatio, quam docti proposuerunt atque explicarunt duo eruditissimi nostræ ætatis I. C. Franc. Pegna in Commentar. ad Directorium inquisitorum, in 2. par. lib. 2. commentario, 25. & Ignatius Lopez in additionibus ad pract. crimin. Bernardi Diaz, cap. 109. colum. 8. versi. nec erit omittendum. Hac in disputatione vere sunt duæ dubitationes, quarum altera est: an sacerdoti confessario credi debeat, delinquentem & inquisitum illum fuisse. Confessum, sique delicti pœnituisse? Altera est, an confessio & absolutio illa a sacerdote facta operatur effectum absolutionis etiam quoad pœnam temporalem? Duas has dubitationes definit Concilium Tarraconense relatum a Nicolao Cymerio in præfatione eius Directorio Inquisitorum, in loco supra relato, de cuius quidem Concilij interpretatione agunt præcitati Pegna & Ignatius, & Concilij verba hæc sunt: Itē quaeritur: Quis ante inquisitionem inceptam fuit confessus sacerdoti suo de hæresi, vel fautoria, & vocatur modo ab inquisitoribus? In casu isto credatur confessori suo: & si inuentus fuerit bene confessus, per confessionem sacerdotis, licet ipse sacerdos male fecerit, quia ipsum non remittit ad Episcopum, ille talis confitens per talem confessionem euitet pœnam temporalem: nisi inueniatur in falsa pœnitentia, vel relapsus post pœnitentiam, vel publice diffamatus. Hactenus Concilium: cuius verba, ibi, credatur confessori suo, & si inuentus fuerit bene confessus, & c. Duo determinat: nempe ipsum nudum confessionis factum: & ipsius facti restitutionem, id est, iustam & bonam confessionem: ut scilicet credatur confessori, non solum quod ille peccator sit confessus, hoc est, quod suæ malæ opinionis hæresis pœnituerit, seque emendauerit. Et quidem quo

ad hæc duo bene sensit Concilium: quia sic dicimus: quod de solo nudo facto creditur etiam vni soli testi spectatæ vitæ: ut scribunt multi, quos retuli & probaui supra in casu 99. numer. 3. 4. & 5. & accedit Grammat. in consi. 13. num. 15. in criminabilib. De utroque vero, hoc est, aliquid fuisse factum, & recte quidem factum, creditur ratione officij notario, cap. ad audientiam, de præscript. vbi Abb. num. 6. late Grammat. in decis. 60. num. 10. & in decis. 73. num. 33. Et hac in re Concilium Tarraconense visum est approbare traditionem Imolæ in l. 2. ff. de testam. eum dixit, credi notario rogato de alicuius testatoris testamento, ipsum testatorem fuisse sanæ mentis tempore, quo confecit testamentum: si ex signis cognouit, eum esse sanum mentis: sic etiam dicimus, credi iudici, & qui iudicauit, Caium fecisse testamentum: & ita ac ita dispõere voluisse, colligendo testatoris mentem & voluntatem ex coniecturis: cum lex ratione muneris & officij pro ipso iudice præsumat, ut late scripsi in comment. de præsumpt. libr. 2. præsumpt. 67. colum. 1. & 2. num. 22. cum sequentibus. Ita etiam in casu nostro Concilium Tarraconense statuit, credi sacerdoti, quod is confessus fuerit recte, vel non confessus: quod pœnituerit, vel non: atque ita sacerdos fert iudicium de illius confessi animo, quem collegit ex eius verbis, & gestis: ut qui, forte lachrymas effundebar quibus cognouit, illum sui erroris pœnituisse. Et hoc casu recte scripsit glossator in cap. nuper nobis, in verb. nisi iuratus, & in cap. testimonium, in verb. in hoc casu, de testibus & attestat. quod quando quis vult probare, se egisse pœnitentiam, satis est, si id probet per suum confessorem, & gloss. secuti sunt multi, quos referunt Felin. in d. cap. testimonium, num. 34. in fin. & numer. 35. & laicus Decianus in tracta. criminali. lib. 5. cap. 54. num. 22. Et his accedit egregium responsum Calderini in consi. 2. tit. de testib. qui respondit, excommunicatum probare posse absolutionem testimonio sacerdotis, qui cum absoluit, & præter gloss. in d. cap. nuper nobis, & d. c. testimonium, alias refert rationes, quarum vnam supra probauimus, ratione scilicet officij. Et fortius scripsit Calderinus, hæc

† pro-

8 † procedere in alterius præiudicium, est Ignatius Lopez in addit. ad practicam criminalem Bernardi Diaz capi. 23. colum. 7. versic. nec sufficeret probari, non satis recte retulit ipsum Calderinū, ut fecit & Petrus Rebuffus ab eo citatus. Et hoc maxime procedit in casu ab ipso Concilio proposito: nempe, † quando confessio facta est ante inceptam inquisitionem. Cum eo casu, de quo dicemus infra, maior sit præsumptio pro ipso consistente. Porro postream hanc Concilij Tarraconensis determinationem, quod † scilicet credatur sacerdoti, delinquentem recte fuisse confessum, reuocauit in dubium Concilium Narbonense, quod Pegna & Ignatius præcitat in locis his verbis scriptum esse referunt: [Vtrum autem soli confessori credi debeat de absolutione, seu pœnitentia defuncti, seu vlii, licet satis videatur, quod non: ne quid tam eccles. potest impingi, do mini Papæ responsio expectetur.] Hactenus concilium: quod quidem (ut diximus) in dubium reuocauit solummodo, quod debeat credi sacerdoti, qualis fuerit illius confessi animus & voluntas: & recte quidem in dubium hoc reuocabit: cum † soli Deo cordium scrutatori cognita esse possit hominis voluntas, ut scribit gloss. in l. 2. ff. de interrog. actio. & Bald. in consi. 383. libr. 5. Et concilium forte considerauit, esse magis apud Doctos receptum: nec † quidem notario ratione officij credi, testator em, cuius testamentum cepit, fuisse sanæ mentis dum testaretur: sicuti tradit Iason in l. sanum mente, in 3. C. de transact. & alij quos cõgessi in Cõmēt. de præsumpt. libr. 2. præsumpt. 19. numer. 17. Quibus accedit Pegna in præcitat. comment. ad Directorium inquisit. in 3. part. commen. 170. in fin. reiecta opinione Imolæ supra relata. Et hoc maxime in casu nostro sic dicendum videtur: quia confessus iste potuit facile fingere, & lachrymas, ut alter Ser Chiapellus effundere, ut euitaret pœnam quam dubitabat subire, ob testes aduersum se forte examinandos.

Recte itaque concilium Narbonense dubitauit, ac optime statuit, expectandum † esse responsum summi Pontificis, qui si respondisset, forte obseruandum mandasset, ut sancti Officij Inquisitores pro

sua prudentia considerarent, & deinde suo arbitrio iudicarent, an adhibenda esset fides illi sacerdoti, vel non. Nam fieri potest, quod sacerdos sit tamen spectatæ vitæ, & integritatis, ac etiam prudentiæ, & tot rationes & signa recte & sancte confessionis factæ habuerit, ut ei sine magna controversia adhiberi deberet fides. Potest etiam fieri, quod sacerdos sit minus probatæ vitæ, vel imprudens, vel impertinus, & rationes signaque leuia bonæ confessionis referat, ut ei nullo modo sit credendum. Hæc sane quæ † ab alterius animo & voluntate pendent, iudicis arbitrio iudicanda relinquuntur: cum lege definita non sint, nec definiti potuerunt: ut scripsi supra in casu 116. num. 18. & in specie dicimus iudicis arbitrio relinqui, aut & quantum credi debeat testibus, l. 3. §. tu magis, ff. de testib. & scripsi supra in casu 90. col. 1. Quo vero ad secundum, an † scilicet admittitur confessio recte facta, confessus iste euitet pœnam temporalem? concilium Narbonense nihil (ut attigi supra) determinauit Tarraconense vero quinq. casus cõsiderauit atque definiuit, qui paulo diligentius ac alij fecerunt, explicandi sunt.

Primus casus est, quando hæreticus ante inceptam inquisitionem confessus est hæresi, eiusque pœnituit, absolutionemque habuit: sed deinde relapsus est. Hoc sane casu statuit † concilium Tarraconense, hæreticum hanc non euitare pœnam temporalem. Et recte quidem: quia relapsus ostendit, seipsum non emendasse, sed in hæresi perseverasse, & confessionem illam non fuisse veram, sed fictam, & fraudem factam. Ita de relapsis dicimus, quod dicantur si se pœnituisse, ut tradit Decianus in tracta. criminal. lib. 5. cap. 56. num. 7. Imo † acriter ij puniuntur, cap. ad abolendam, §. illos, de hæret. & cap. super eo, & c. accusatus, eod. tit. in 6. sic & † de apostata relapsus sancitur est in cap. quidam, de apostata. & † de concubinato relapsus scribit Decianus in tract. criminal. lib. 6. cap. 21. num. 36. Confert simile quod post Afflict. & Chafsan. tradit Couar. in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. num. 2. vers. cæterum, absolutum † a duobus furtis, si tertium committat, suspensum posse laqueo, mandante statuto, quod committens tria furtiva, puniatur ea pœna.

Secundum



22. Secundus est casus, quando hæreticus confessus, fuit deinde inuentus in falsa pœnitentia. Hoc etiam casu statuit concilium hoc Tarraconense, hæreticum hunc non euitare pœnam temporalem: quæ sane constitutio iure optimo commendanda est: cum falsa pœnitentia non sit pœnitentia, sicuti erat illa Catharorum, cuius post Cymericum in Director, inquisi. in 2. parte meminuit ibid. Pegna in commenta. 38. colum. 6. versic. tertium sacramentum. Vel dicere possumus, concilium hoc Tarraconense intellexisse falsam pœnitentiam: quando absolutus iste non adimpleuit sibi iniunctam pœnitentiam, eam spernendo, cum tunc pro non confessio habeatur, & ex aliquorum opinione videtur relapsus, ut scribunt multi congesti a Decio in tract. criminal. lib. 5. cap. 56. num. 5. & a Pegna in 3. par. Director. comment. 146. col. 5. vers. sed veniamus.
23. Tertius est casus, quando hæreticus iam est diffamatus, etsi adhuc non inquisitus. Hoc etiam casu definuit concilium, hæreticum hunc quanquam confessum non euitare pœnam temporalem. Ea ratio ne moueri potuit concilium, quia suspicio est, hæreticum hunc si se accessisse ad sacerdotem: cum seulerit se diffamatum. Et hic quidem casus satis clarus est: cum tertia sine, hæreticum esse diffamatum, & aduersus eum propositam inquisitionem, cum diffamatus sit de proximo vel accusandus, vel inquirendus, & ad rem hanc confert quod scripsit post Alpho. de Castr. in lib. 2. de iusta hæret. punit. colum. 7. tradit Decia. in tract. criminal. lib. 5. cap. 56. num. 12. vers. quod tamen.
24. Quartus est casus, quando hæreticus ceptus inquiri, accessit ad sacerdotem, & confessus obtinuit absolutionem. Hunc casum a sensu contrario definiuit prædictum concilium Tarraconense: quod scilicet hæreticus iste non euitet pœnam temporalem. Dum enim concilium de proposita in eo dubitatione & quæsito: an nondum ceptus inquiri, si confiteatur hæresim sacerdoti, euitet pœnam, respondit & statuit (ut diximus in seq. casu) euitare, a sensu contratio sensit, quod si ceptus est inquiri, non euitat. Et recte quidem perpensis a fortiori rationibus in præceden-

- & in subsequen. casu relatis.
28. Quintus est casus, quando hæreticus nondum ceptus inquiri, nec diffamatus: accessit ad sacerdotem & confessus est hæresim, absolutionemque obtinuit. Hoc casu statuit concilium Tarraconense, hunc hæreticum euitare pœnam temporalem. Potuit forte concilium moueri auctoritate eorum qui scripserunt, eum t qui blasphemiam effudit in Deum, puniri non posse in foro temporali, si in foro conscientie a suo confessore fuit absolutus, qua in opinione fuerunt Bart. in cõsi. 167. Quod miniliter fratrum, lib. 1. Ancharr. & Ioann. de Ana. in ca. 2. de maled. Floria. in l. 2. C. de reb. cred. & iureiur. Decius in cõsi. 137. num. 3. & Thom. Ferat. in caurela. 25. incipit: pœna blasphemantium, colu. vltim. Et præterea accedit, quod t forte concilium illud ita statuendi facultate habebat. In illa in prouincia: cum vere fuerit concilium prouinciale, non autem generale, sicuti testatur Pegna in loco supra memorato: & ex eo etiam colligitur, quod inter concilia generalia Tarraconæ celebrata, hoc non legitur. Cæterum, quidquid eo in concilio sancitum est, contraria opinio seruari solet, ut scilicet t absolutus a sacerdote confessario in foro conscientie, non censetur absolutus in foro temporali, sed possit in eo puniri. Ita sane in specie aduersus prædictum Concilium scripsit Pegna in præcit. comment. ad Directorium Inquisitorum, in 2. par. commentario 25. col. 9. vers. Rursus altera quæst. & c. ex sententia Zanchini in tract. de hæret. cap. 34. & Campegij, Vmberti locati, in Iudiciali Inquisitorum, in verbo, Absoluere, num. 1. in verbo, Hæreticus, n. 24. vers. secreti vero hæretici: & idem habetur in Repertorio Inquisitorum, in verbo, Absolutio, §. sed an absolutio. Et his accedit Calderinus in tract. de hæreticis, cap. 34. cuius quidem commentarij idem sunt ad verbum cum illis Zanchini: & coniectura esse vere Calderini antiquioris Doctoris ipso Zanchin. eandem opin. pro absoluta & certa habuit. Simanc. in Catholicis institut. titu. 8. num. 18. Ea ratione præcipua ij moti sunt, quod cum pro hoc crimine duplex indicta sit pœna, vna spiritualis, ratione animæ: altera temporalis

ratione

32. ratione corporis: dicendum est vnam t alteram non tollere: sicuti dicimus, quod etsi fur per confessionem sacramentalem euitat pœnam spiritualem: attamen non euitat pœnam temporalem, si qui eam mente, ff. de furt. sic etiam cum duo sint iudices, vnus spiritualis, alter temporalis: non t potest ille spiritualis exercere iurisdictionem pertinentem ad iudicem temporalem. Confert quod tradit glos. vlti. c. gaudemus, de diuort. cum dixit, pœnam t fornicationis mulieris erga maritum non tolli absolutione habita in foro pœnitentia & conscientie, & glos. illam ut singularem secuti sunt Abb. Imola, & reliqui in c. de his, de accusat. & ibid. Felin. n. 25. Castren. in l. cunctos populos, nume. 7. C. de summa Trinit. & fide Cath. & alij congesti a Pegna præcit. in loco, sic & Nauarus in cõsi. 5. nu. 8. tit. de priuilegijs, lib. 5. Et accedunt alij multi idem absolute affirmantes in quocunque delicto, cuius pœna temporalis nõ censetur sublata per pœnitentiam iniunctam a sacerdote confessario. Ita sane glos. in c. de his, de accusat. Augustin. Anminen. in addit. ad Angel. Areti. in trac. malef. in verb. Et quærelam, num. 91. Præpos. in cap. habet, col. vltim. vers. ideo etiam. 2. quæst. 5. Anton. Gomez. in 3. par. var. resolut. tit. de delict. num. 40. vers. sit prima. Iul. Clar. in practica criminal. §. fin. quæst. 57. versic. sed nunquid. & Decian. in tract. criminal. lib. 3. cap. 30. num. 28. part. 1. Ita etiam aduersus Bart. in d. cõsi. 167. & sequaces, est magis recepta opinio, quod t scilicet absolutus a peccato blasphemie in foro pœnitentia & conscientie, non censetur absolutus a pœna fori temporalis, in quo puniri potest. Ita sane Cataldin. in tract. de Syndicatu, num. 131. Porziniubius in tract. de lamijs, num. 86. Iaf. in l. 3. §. iurari, n. 15. ff. de iureiur. Felin. in c. de his, n. 7. de accusat. Petra sancta in sing. 83. Marf. in sing. 639. Afflic. in comment. ad constit. Neapol. lib. 2. rub. 54. incipit: Blasphemantes, num. 2. & ibid. Gramma, num. 7. Paris. in cõsi. 1. num. 14. libr. 4. Didacus in libr. 3. variat. resolut. cap. 10. num. 3. Simanc. in Catholicis institut. tit. 8. nume. 18. & Decia. in tract. criminal. lib. 6. cap. 5. num. 16. qui multis rationibus comprobat.
36. Extenditur primo hic casus, t vt locum habeat etiam si in foro ipso conscientie sacerdos ille imposuisset huic cõfesso magnam pœnitentiam: nam adhuc non censetur absolutus a pœna temporali. Ita Anton. Gomez. in 3. tomo variat. resolut. tit. de delictis, num. 40. qui testatur ita vidisse seruari, & Gomezium secutus est Iul. Clar. in pract. criminali, §. fin. quæst. 57. colum. 7. versic. Idemque dicendum est, qui sic intelligunt cap. gaudemus, in glos. vltim. de diuort.
37. Declaratur primo his casus, vt locum non habeat in hæretico nondum sententia sic declarato, sed absoluto a summo Pontifice. Nam tunc impunitum hunc esse debere in quocunque foro, etiam Regio, tradit Simancas in Catholicis institut. tit. 3. de absolutione, num. 7. motus text. cap. cum secundum, §. vltim. de hæret. ac auctoritate Decij in cõsi. 137. colum. 1. vers. tamen hoc. & Parisij in cõsi. 1. nu. 15. libr. 4. Quod ad forum temporalem ipsiusmet Pontificis, Simancæ opinionem sine controuersia admittendam fore existimo. Verum t quod attinet ad Regium, dubito: Nam cum pontificia iurisdictio, potestas & imperium: nec non & territorium sint omnino distincta & separata a Regia, vt est manifestum, ob id absolutus a Pontifice non euitat pœnam temporalem a lege Regia indictam. Quæ opinio confirmatur traditione eorum, qui a fortiori scripserunt: accusatum t coram iudice ecclesiastico de crimine mixti fori, vt puta de sacrilegio, & causa cognita absolutum a iudice ecclesiastico, adhuc posse puniri a iudice seculari. Ita sane Abb. in cap. tuz, colum. penult. de procur. in cap. 1. colum. vltim. de offi. ordin. Bald. in l. placet, C. de sacrosan. eccles. & in cõsi. 260. lib. 3. & alij congesti & probati a Didaco Couar. in lib. 2. variat. resolut. cap. 10. nu. 6. & a Iulio Claro in pract. criminal. §. fin. quæst. 57. colum. pen. vers. sed hic occurrit. Nec repugnant auctoritates Decij in cõsi. 137. & Paris. in d. cõsi. 1. libr. 4. Nam respondetur Decium & Paris. minus recte respondisse: cum summus Pontifex t tollere non possit ius quæsitum principi seculari: sicuti econtra princeps secularis nõ posset in præiudicium iuris quæsitum Pont.

Pont. Max. sicque ecclesie absoluerit ipsum hereticum. Potest quidem secularis remittere poenam suo fisco quaesitam: non autem illam nisi ecclesiast.

41 **Declaratur secundo, non habere locum, quando heretico confessus & absoluto a sacerdote iniuncta ei fuit poenitentia publica, quam ipse confessus peregit: nam tunc censetur absolutus etiam a temporalibus, cum poena illa publica subrogata sit loco temporalis. Ita declarant Hostien. in cap. suae de procura. Butr. Imol. & Ioan. Ana. in cap. de his, de accus. Nicol. de Milis in repet. in verb. delictum, vers. octavo, & late Marf. in sing. 6, 9. Absolutus. Verum, a praedictis dissentiant Abb. & Aret. in d. cap. de his, de accus. & ibid. Maria. Socin. & Felin. num. 6. & opin. hac diligenter defendit & explicat. Ant. Burgos in c. 2. num. 9. de empt. & vend. & eadem vno verbo proponit Decian. in tract. criminal. lib. 3. cap. 30. numer. 28. & forte opinio hac probabilior & verior est.**

43 **Declaratur tertio, ut locum non habeat, quando hereticus sine dolo fuit confessus suum delictum, & obtinuit absolutionem, maxime, si iniunctam sibi poenitentiam humiliter adimplevit. Hoc sane casu & in foro temporalis puniri adhuc potest, non tamen debet pleari poena ordinaria, sed mitiori iudicis arbitrio. Ita docti & egregie declarat Pegna in d. commen. 25. colum. 9. in fin. ver. hac aptem conclusio. Ea ratione usus est: quod mitius agi debet cum eo, qui sponte confitetur peccatum suum, quam cum eo, qui coactus, ut scribunt Abb. & reliqui in cap. si clerici, de iudi. & multis comprobatur Tyraq. in tract. de poenis legum, & c. causa. 10. Verum, si aduersus hereticum indicta sit poena ipso iure, cap. cum secundum, de heret. in 6. videtur dicendum in iuri eam non posse, ut declarat idem Tyraq. ibid. num. 14. quare cogitandum erit.**

## CASVS CCCCXL.

Senator cuius aetatis eligendus atque creandus sit, & quid de alijs iudicibus & Magistratibus sancitum legatur.

## SUMMARIUM.

1. *Senatores apud Romanos pro Regum, Coss. & Censorum arbitrio electi, & an in ijs certa aetas fuerit aliquando definita, num. 10. late, & 11.*
2. *Iudex qua aetate electus.*
3. *Intellectus l. quidam consulebat, ff. de re iud.*
4. *Arbiter qua aetate debeat eligi.*
5. *Consul qua aetate crearetur apud Romanos.*
6. *Quaestor qua aetate eligi debebat.*
7. *Decurionem cuius aetatis esse oportet.*
8. *Inquisitor heretice prauitatis, quo aetatis quis fieri possit.*
9. *Rektor vniuersitatis quam aetatem habere debet.*
12. *Senatores quales creari possint aut debeant.*
13. *Aetate 40. annorum homines vere incipiunt esse prudentes.*



**M** aliquando in domo mortui senatoris locum nominandus atque creandus esset senator alter, interrogatus sui, cuius aetatis senator olim apud Roma. crearetur: & quid obseruandum hodie? respondi paucis; hodie licet etiam esse serenissimi potentissimi Regis nostri arbitrium, eius aetatis Iurisconsultum deligere, quem ad hanc honorificentissimam promoueat dignitatem, et si obseruatum sit non modo sapientissimum prudentissimumque ipsum Regem, sed eius antecessores, qui hoc Mediolanensi dominio potiti sunt, creare conseruasse senatores excedentes trigessimam aetatis suae annum. Qui vero fuerit Romanorum vel vsus, vel lex, dixi: non esse satis certum, tamen Festus de Magistratibus Roman. & cum eo ex nostris Petrus Gregorius in lib. 47. Syntagm. iuris, cap. 25. num. 8. scribunt, Senatores electos aliquando a Rege Romulo, & ab alijs postea Regibus, & a Consulibus, & a Censoribus pro eorum arbitrio: de reliquis autem muneribus officiisque certae extant leges & constitutiones: quas facile est commemora-

morat.

2 **morare, priusquam quid de aetate senatoria dicam, quod sentio. Et quidem iudicis munus (ut ab hoc incipiam) olim lege Augusti Caesaris non nisi qui attigissent trigessimam annum, iudices eligebantur, ut scribit Suet. in vita Augusti, cap. 32. in fin. Verum hoc tempore iudex esse potest, partium tamen consensu, adolescens decem & octo annor. ut respondit Vlp. in l. quidam consulebat. ff. de re iud. cuius verba haec sunt: [Quidam consulebat, an valeret sententia a minore viginti quinque annis data, & aequissimum est, tueri sententiam ab eo dictam, nisi minor decem & octo annis sit. Certe si magistratum minor gerit: dicendum est, iurisdictionem eius non improbari. Et si forte ex consensu iudex minor datus sit, scientibus his, qui in eum consentiebant: rectissime dicitur valere sententiam. Proinde si minor Praetor, si contulius dixerit, sententiam ve protulerit, valebit. Princeps enim, qui ei magistratum dedit omnia gerere decreuit.] Haec tenet Vlpia. Quod quidem i responsum varie a nostris accipitur. Nam Bart. & cum eo alij multi sic sunt interpretati, ut maior annis decem & octo iudex etiam ordinarius esse possit: minor vero decem & octo esse valeat, consensu partium: vel si a Principe ex certa scientia iudex detur. Imola autem in ead. l. quidam consulebat, nu. 1. sic intelligit, maiorem viginti annis dari posse iudicem etiam ab inferiore a Principe, & sine partium consensu, minorem vero viginti annis. Maiorem tamen decem & octo dari non posse iudicem, nisi detur a Principe vel ab inferiore consensu partium. Minorem autem decem & octo annis etiam partium voluntate dari non posse. Et subiungit Imola, ita summum Pontificem in c. cum vigesimum, de off. deleg. videri intellexisse hoc Vlpiani responsum & Imolae interpretationem in multis probarunt Alex. ibid. num. 2. Angel. Aret. Instit. de si luciana tutel. num. 5. & in §. penult. num. 17. Instit. ne except. Lapis alleg. 47. num. 5. Abb. & Felin. in d. cap. cum vigesimum, colum. 1. Zasius in lib. 2. intellect. singul. cap. 22. & in eadem l. quidam consulebat, & Mandosius in tract. de aetate minori, cap. 5. num. 76. & 88. sic & arbiter minor viginti annis, i maior tamen de-**

cem & octo esse potest, secundum iuris Caesaris interpretes ita tradunt glo. in d. c. cum vigesimum. Specul. in tit. de arbitr. §. 2. vers. item si minor. Alex. in d. l. quidam consulebat, colum. 1. Iuris vero pontificij interpretes, arbitrum eligi non posse minorem viginti annis scribunt, ut Hostien. in summa de arbitr. §. 2. Abb. & Felin. in d. c. cum vigesimum, Imola & Alex. in d. l. quidam consulebat. Blancus in tract. de compromisso, in 2. par. quaest. 35. num. 22. & Quintil. Mandos. in d. tract. de aetate minori, c. 5. num. 89. Consul i apud Romanos iuxta praescriptam legem minor viginti quinque annis eligi crearique minime poterat, aliqua vero ex causa creabatur: sicuti corrigisse ea aetate creati, multos scribit Corasius in l. vnic. num. 13. ff. de off. consul. qui sic responsum illud Vlpiani explicat.

6 **Quaestor creari conuenit is, qui attigisset vigesimum septimum annum, ut scribit doctissimus Carol. Sigon. in libr. 2. de antiq. iur. Roman. cap. 2. et ff. Coras. in rub. ff. de off. Quaest. num. 2. affirmat adolecentulos plerisque fuisse. Quae aetates creatos.**

7 **Decurio non nisi attigisset vigesimum quantum annum eligebatur, ut respondit Vlpianus cuius verba adscripta, l. ad temp. ff. de muner. & honor. [Ad rempubl. administrandam ante vigesimum quantum annum, vel ad muner. quae non patrimonio sunt, vel honores, admitti minores non oportet. Denique nec Decuriones creantur, vel creati suffragium in curia ferunt. Haec tenet Vlpianus. Idem manifeste respondit Callistratus in l. non tantum ff. de Decurio. qui tamen ex causa minorem viginti quinque annis decurionem eligi posse censuit, iure Pontificio sancitum est, inquisitoris heretice prauitatis creari non posse minorem 40. annis. Ita sane statuit Clemens V. in Clemen. nolentes. de heret. quod qua ratione sancitum sit, scribunt doctissimi Jacob. Siman. in Cathol. instit. tit. 34. num. 11. & Conradus Brunus in tract. de heres. lib. 4. cap. 1.**

9 **Rectorem vniuersitatis scholasticorum creari posse eum, qui vigesimum attigit annum, scribunt Bald. in authent. habita, num. 48. C. ne filius pro patre, & ibid. Bolog. num. 57. Bertach. in tract. de**

de Episcopo, lib. 2. quæst. 31. num. 56. ver sic. item minor viginti annis, & Mando-  
sius in d. cap. 5. num. 87.

De senatoribus, de quibus nostra est  
10 instituta disputatio, disseramus nunc: &  
quidem, vt attingi, non t̄ reperitur iure no-  
lito cautum, cuius ætatis creati possit se-  
nator. Est etiam magna dubitatio: quid  
olim obseruauerint Roman, Io. m. Coral,  
eruditissimus, Iuriscōsult. in l. 2. §. de in te,  
quia difficile, num. 8. ff. de orig. iur. scrip-  
tum reliquit, senatorem non nisi exacto  
ætatis anno 24. creati solitum. Quæ sane  
sententia nullo iure vel bono auctore pro-  
batur. Alex. ab Alexan. in lib. 4. dicit. ge-  
nial. cap. 11. scripsit, senatoriam dignita-  
tem & munus conferri non consueuisse  
nisi ei, qui exegisset quadragesimum quartum  
annum. Verum nullum huius sæ-  
traditionis auctorem commemorat. Cato  
Ius Siginonius in præcitato lib. 2. de antiq.  
iure Roma. cap. 2. ita scriptum reliquit:  
Quæritur, ætatem, in legendo senato-  
riam certam esse obseruatam, inde suspica-  
ri possumus quod scribit Gell. lib. 14. præ-  
fectam vr̄bis ea ætate factum, quæ non  
esset senatoria, & ex eo quod dixit Cicer.  
de Pompeio in Maniliana. [Quid tam præ-  
ter consuetudinem, quam homini adoles-  
centi cuius a senatorio gradu ætas longe  
abesse, imperium atque exercitum dant?  
Atque tamen ætas hæc esset, nondum me-  
pro certo inuenisse ceperint, legi in sena-  
tum cōsueuerint, quæstura autem primus  
urbanus fuerit magistratus, sit, vt ego æta-  
tem quætoriam eandem prope, ac senato-  
riam fuisse existimem. legitimum autem ca-  
piendæ quæsturæ annum fuisse 27. ætatis,  
satis ab alijs demonstratum est. Tuetur cō-  
iecturam meam Valer. cum ait, P. Cr. sso  
Q. Fab. narauit, quod in curia erat actū,  
memor, eum trignum ante Quæstorem  
factum, ignarusque nondum a censoribus  
in ordinem senatorum electum: Sustinet  
etiam Cic. in Philippicis: qui de Octauia-  
ni præmij disserens ita censet: C. Cæsar.  
C. F. Pont. propor, senatorem esse, senten-  
tiamque loco prætorio dicere, eiusque ra-  
tionem, quæcumque appetet, ita haberi,  
prout haberi liceret, si anno, superio-  
re Quæstor fuisset. itemque in orat. pro  
domo, in qua P. Clodium nondū tribun.

pleb. sed tantum, vt suspicari licet, Quæ-  
storium senatorem adoptatum ait. Hæc  
Sigon. legi ego aliquando apud M. Tulliu  
in orat. 4. in Verr. verba hæc, quæ adscri-  
bere placet: Hæc sine cum haberent inter  
se controouersias de senatu cooptando: le-  
ges a senatu nostro petierunt. Decreuit se-  
natus honorifico S. C. vt his C. Clodius  
Appij filius, Patcher de senatu cooptando  
leges conscriberet, C. Clodius, adhibitis  
omnibus Marcellis, qui tum erant de eor-  
um sententia, lege, Hæc sine dedit, qui-  
bus multa sanxit de ætate hominum, ne  
quis minor 30. an. natu de quæstu, quem  
qui fecisset, non legeretur. Hæc Cic. Plin.  
quoque in iunior in lib. 10. epist. ad Traian.  
ita scripsit: cautum est, domine, Pompeia  
lege quæ Bithynis data est, ne quis capiat  
magistratum, neve sit in senatu minor an-  
nor. 30. Eadem lege, comprehensum est,  
vt qui ceperint magistratum, sint in sena-  
tu. Secutum est, deinde editum D. Augu-  
sti, quo permisit minores magistratus ab an-  
nis duobus & viginti capere. Quæritur e-  
go, an qui minor 30. annor. gessit magistra-  
tas, possit a Censoribus in senatum legi?  
& si potest, an ex ijs quoque qui non gesse-  
rint possit quis per eandem interpretatio-  
nem ab ea ætate senator legi, a qua illis  
magistratum gerere permissum est: Quod  
alioqui factitatum adhuc, & esse necessa-  
rium dicitur. Quia si aliquanto melius ho-  
nestorum hominum liberos, quam e ple-  
be in curiam admittit. Ego a destinatis cē-  
soribus quid sentirem, interrogatus, eos  
quidem qui minores 30. an. gessissent ma-  
gistratum, putabam posse in senatum &  
secundum edict. Augult. & secundum le-  
gem Pompeiam legi. Quoniam Augustus  
gerere magistratus minoribus annis 30.  
permisit: lex senatori esse voluisset qui  
gessissent magistratum. De ijs autē qui nō  
gessissent, quamuis essent ætatis eiusdem,  
cuius illi, quibus gerere permissum est, hæ-  
sitabam. Per quod effectus est, vt te domi-  
ne consulere, quid obseruari velles. Ca-  
pita legis, tum edictū Augusti, literis sub-  
ieci. Traianus Plinio: Interpretationi tuæ  
mi Secunde chaust. idem existimo. hæc  
Pompeiam, vt magistratum quidem cape-  
re possent ijs, qui non minores 22. annor.  
& qui

& qui accepissent, in senatum cuiusque  
ciuitatis peruenirent. Cæterum nō capto  
magistratu eos qui minores 30. annor. sint  
etiam loci vtriusque non existimo legi  
13 posse. Hæc sine Plinius. Existimo esse  
valde verisimile: C. Clodium Hæc sine. &  
Pompeium Bithynis nil plus concessisse  
quam Romæ obseruaretur, nempe senato-  
res eius ætatis 30. annorum esse oportere.  
11 Cæterum t̄ Constantini temporibus sena-  
torem eum quoque creati potuisse, qui vi-  
gesimū expleuisset annum, significare mi-  
hi videtur constit. illa Constantini relata  
in l. 2. C. de his qui veniam ætat. impetr.  
cuius initium ita habet: [Omnes adoles-  
centes, qui honestate morū præditi, pater-  
nā frugē, vel auorū patrimonium guberna-  
re cupiunt, & super hoc impetrati auxilio  
indigere ceperint, ita demum ætatis ve-  
niam impetrare audeant, cum vicesimi  
anni metas impleuerint: ita vt post impe-  
tratam ætatis veniam ipsi per se  
principale beneficium allegantes, non so-  
lum per scripturam annorum numerum  
probenficed etiam testibus idoneis aduo-  
catis, morum suorum instituta, pro bita-  
temque animi, & testimonium vitæ hone-  
stioris edoceant.] Hæc constantinus in  
initio illius constit. quæ deinde in §. sed se-  
natores, ita subieci: [Sed senatores qui-  
dem clarissimi viri in hac regia vr̄be com-  
morantes, apud sublimitatem tuam, cæ-  
teri vero apud prætorem, in prouincijs  
autem apud eorum rectores de suis mori-  
bus & honestate procedant.] Hæc sine  
Constantinus, qui manifeste satis sig-  
nificat, senatores creati etiam adolescen-  
tes 20. annor. Quæ sane sensum proba-  
runt Accurs. in d. §. sed senatores, & Man-  
dos. in tract. de ætate minori, c. 5. n. 85. No-  
stra hac ætate compertum est: Principes t̄  
12 creasse senatores adolescentes: sicuti de se  
ipso testatur Anto. Thesaurus in præfat.  
suarum decis. n. 25. quod a sereniss. Duce  
Sabaudia electus fuerit senator, cum esset  
ætatis anno. 21. Nostro in senatu Medio-  
lanensi, quod sciam, nullus creatus est se-  
nator, qui non expleuerit 30. annum. Et  
quanquam liberum sit Regiæ Maiestatis  
(vt diximus) arbitriū cuiusvis ætatis crea-  
re senatorem: attamen, si mihi fas esset di-

cere, & consilium dare, suaderem, non nisi  
post impletum annum 40. eligendum esse  
senatorem: cum vere hac ætate soleant  
t̄ homines esse prudentes: quemadmodū  
egregie testatur Dionys. Halicarnas. in  
libro. 2. antiq. Roman. dum de Numia  
Pomillio Romanorum rege creato ira  
scribit: [Id consilium vbi placuit, elegerunt  
Numā Pompil. Pomponij viri apud  
Sabinos illustris filium ferme quadra-  
genarium, quæ ætas est prudentissima,  
& dignitate formæ plane regia prædita:  
cuius tum sapientiæ fama erat inclita, nō  
solum apud Quirites, verum etiam apud  
gentes finitimas. Hæc ille. Est etiam hæc  
ætas apta satis perferre laborem, qui non  
mediocritatis est in munere senatorio.]

## CASVS CCCXXLI.

Excommunicator quem ordinem &  
solennitatem in excommunicatione  
seruare debeat, & quibus plecta-  
tur pœnis ipse excommu-  
nicator, ordinē ipsum  
non obseruans.

## SVM MARIA.

- 1 Intellectus & interpretatio cap. sacro. de  
sentent. excom. n. 3. & seq.
- 2 Intellectus & explicatio cap. 1. de sent.  
excom. in 6. num. 9. & seq.
- 3 Excommunicationis sententia non est pro-  
ferenda nisi præmissa competenti no-  
minatione, eaque personali, num. 4. &  
trinā vel vna in tres terminos distincta  
num. 5.
- 6 Monitio requiritur in sententia excommu-  
nicationis proferenda ab homine, non  
a canone promulgata, num. 7.
- 8 Monitio excommunicando fieri debet,  
præsentibus personis idoneis.
- 9 Excommunicatio in scriptis proferenda,  
nisi ex causa, num. 10.
- 11 Excommunicationis causa in sententia ex-  
primenda, & quadre, n. 13. remissive.
- 12 Denunciationis causa exprimenda.
- 14 Excommunicationis scripture exemplum  
excommunicato dare debet excommunica-  
tor, si fuerit requisitus, n. 16. alias non  
num. 15.

num. 15. & de ista requisitione debet fieri instrumentum, num. 17.

18 Excommunicandi solennitas an obseruanda, ubi persona incerta est excommunicanda, remissive.

19 Excommunicator non obseruans præscriptas excommunicandi solennitates, quibus pœnis subijciatur, num. 20. & 21.



**INNOCENTIVS**

III. Pon. Max. inter multas constit. de excommunicationibus editas promulgauit illam, quam scriptam legitur in c. sacro. de senten. excom. in qua pœnas indixit arbitrias aduersus excommunicatorem: alteram quando in excommunicando præstitum ordinem non obseruauit: alteram quando iniusta dolose protulit sententiam. De primo casu differemus nunc: de secundo in subsequenti, Innocentij verba hæc sunt: [Sacro approbante concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi cõpetenti admonitione præmissa: & personis præsentibus idoneis, per quas (si necesse fuerit) possit probari monitio, promulgare præsumat: quod si contra præsumperit, etiam si iusta fuerit excommunicationis sententia, ingressum ecclesie per mensem vnum sibi nouerit interdictum, alia nihilominus pœna mulctandus, si visum fuerit expedire.] Hactenus Innoc. qui postremis illis verbis [si visum fuerit expedire] intelligit, si iudici pro sui arbitrio videbitur, sicuti verba hæc sunt interpretati Marian. Socin. sen. ibid. num. 239. Hanc Innocentij. III. cõstit. confirmauit, ac etiam auxit. Innocen. IV. in c. 1. de sent. excom. in 6. his verbis: [Cum medicinalis sit excommunicatio non mortalis, disciplinas non eradicandas, dum tamen eis, in quem lata fuerit nõ conueniat: caute prouideat iudex ecclesiasticus, vt in ea ferenda ostendat se prosequi quod corrigentis fuerit & medentis. Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis expresse conscribat, propter quam excommunicatio proferatur.

Exemplum vero huiusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere intra mensem si fuerit requisitus, super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum vel literas testimoniales confici sigillo autentico consignatas, si quis autem iudicium huiusmodi constituit. temerarius extiterit violator, per mensem vnum ab ingressu ecclesie & diuinis officijs nouerit se suspensum. Superior vero ad quem requiritur sententiam ipsam sine difficultate relaxans, latorem excommunicato ad expensas, & omne interesse condemnet, & alios punit animaduersione condigna, vt pœna docente discant iudices quod graue sit excommunicationem sententiæ sine maturitate fulminare. Et hæc eadem in suspensionis & interdicti sententijs volumus obseruari.] Hæc Innocen. IV. Duo duabus his constit. statuerunt Innocentij Pontifi. Maxi. alterum de certo obseruando in excommunicationibus ordine: alterum de pœna qua puniendus est excommunicator, si præstiturum ordinem nõ obseruauit. De ordine prius differendum est.

3 Primo statuit Innocentius III. excommunicationis sententiam proferendam non esse, nisi præmissa cõpetenti monitione. Idem statuerunt alij Pontifices, in cap. contingit. 2. de senten. excom. in c. consuluit, de off. deleg. & in c. inter quatuor, de maior. & obed. & scribunt passim omnes, maxime Didac. Couar. in cap. alma mater, in 1. par. n. 4. de sent. excom. in 6. qui auctoritate quamplurimum affirmat monitionem, & hanc personalem esse debere, exceptis quatuor casibus, quos ipse enumerat, & explicat. Porro, & monitio hæc tria esse debet: vel vna in tres distincta terminos, cap. contingit, cap. illicita, & c. constitutionem, de sent. excom. in 6. vbi gl. sic declarat, & manifestius Didac. in d. §. 7. n. 5. qui testatur communem esse opinionem, quam probant etiam Soci. in c. perpendimus, n. 106. de sent. excom. Sylu. in summa, in verb. excommunicatio. l. n. 12. & Quintil. Mandosian tract. de monitionijs, quæst. 31. num. 7. Et hæc quidẽ monitio & requiritur in sententia excommunicationis proferenda ab homine, de qua proprie loquitur d. c. 1. vbi explicat Francus

7 Socin. in d. cap. 1. §. quisquis, in 1. notab. & Socin. in d. cap. sacro. num. 210. In ea vero iam a canone promulgata, nulla monitio requiritur: sed citatio in formido processum pro iustificatione facti, vt explicat Didac. in præcitato loco, & diximus in præcedenti casu, & accedit Socin. in cap. perpendimus, n. 262. de sent. excom. Cæterum excommunicator ille in illis casibus, in quibus nec trina, nec vna requiritur monitio, vt declarat Socin. in d. c. sacro, nu. 215. & num. 367.

8 Secundo statuit Innoc. III. monitionem, & prædictam fieri debere, præsentibus personis idoneis, per quas probari possit ipsa monitio.

9 Tertio adiungit aliam solennitatem Innoc. IV. in d. cap. 1. de sent. excom. in 6. quod excommunicatio in scriptis proferatur, & si enim in scriptis non promulgatur, excommunicator punitur, sententia tamen valet, vt tradit Francus in d. cap. 1. §. quisquis, numer. 2. in fin. Hæc autem scriptura potest etiam esse priuata, vt post Innoc. tradit Socin. in d. c. sacro, num. 212. Porro solennitas hæc, & necessaria non est, quando periculum erat in mora, vel alia extar causa, quæ excusat, vt declarat Socin. in d. cap. sacro. num. 372.

10 Quarto addit idem Innoc. III. quod causa ipsius excommunicationis exprimat: quæ quidem expressio intelligitur, quod nominatim facta sit, vt declarat Franc. in d. §. quisquis, num. 3. qui idẽ esse dixit in & denunciatione: et pœna ab Innocentio indicta eo casu cessaret, vbi esset omiffa. Quia autem ratione requiratur expressio causæ in sententia excommunicationis, cum tamen in alijs non sit necesse, declarat idem Franc. prædicto in loco, num. 7.

11 Quinto idem Innoc. 4. statuit obseruandum etiam esse, quod excommunicator & requisitus ab iplo excommunicato, ei tradat ipsius scripturæ excommunicationis exemplum intra mensem. Quocirca, si & requisitus non fecerit, nullam incurrit pœnam, vt manifestum est, vt tradit Socin. in d. c. sacro, nu. 370. Imo (quod fortius est) quando mandatur iudici vt faciat aliquid ad alicuius commodum, intelligitur si erit ab eo requisitus,

ita latissime Fas. in l. vniuersa, colum. 1. & 2. C. de precib. Imp. offert. Cæterum si excommunicator & requisitus ab initio non tradidit hoc exemplum, & is, excommunicatus deinde recessit, ita vt ignoretur vbi sit excommunicator, vti debet diligentia, vt exemplum ad illius domum mittat vel publicari faciat: alias non excusaretur, vt tradit Franc. in d. §. quisquis, in fi. & Socin. in d. cap. sacro. num. 227.

12 Sexto idem Innoc. 4. fanciuit, quod de & requisitione ab excommunicato facta conficiatur instrumentum, vel literæ testimoniales. Et his intelligimus, non satis recte sensisse Franc. in d. cap. 1. §. quisquis, num. 6. de sent. excom. in 6. dum dixit, Innocen. 3. in cap. sacro, statuisse, tres solennitates debere obseruari, nempe quod addit iusta causa, iustus motus iudicis, & monitio. Innocentium vero 4. ordinasse duas solennitates, hoc est, quod sententiæ excommunicationis copia detur excommunicato intra mensem: & quod relaxetur sententia, si absolutio digne petatur. Hæc sane Franc. consideratio & distinctio vera non est, si recte vtramque Pontificum constit. consideramus. Cæterum, & an hæc solennitates seruari debeant, quando excommunicatur persona incerta? magna est inter DD. contentio, vt refert Socin. in d. cap. sacro, num. 217. qui cum Ioann. Andr. Hostien. & Innocen. sensu, seruandas esse. De pœnis indictis aduersus excommunicatorem non obseruantem ordinem & solennitatem prædictam, nunc agendum est.

13 Prima est pœna, & quam indixit Innoc. in d. c. sacro, quod excommunicator sit suspensus ab ingressu ecclesie per mensem. Quam quidem pœnam confirmauit & Innoc. 4. in d. c. 1. §. si quis autem.

14 Secunda est pœna ab eodem Innocen. 3. indicta, vt scilicet præter prædictam suspensionem ingressus ecclesie, puniatur iudicis arbitrio, vt diximus supra post Socin. in d. cap. sacro, num. 239. eandem quoque pœnam arbitriam confirmauit Innocen. 4. in d. cap. 1. §. si quis autem, ibi, & alias puniat animaduersione. Significat pœnam arbitriam, vt declarat Socin. in d. cap. sacro, num. 306. & dicemus infra in casu 557.

21 Tercia est poena quam t imposuit Innoc. 4. in d. 5. si quis autem nempe quod excommunicator condemnatur ad expensas & omne interesse erga excommunicatum, cuius iuramento credendum erit de ipso interesse & expensis, vt declarat Frac. in d. c. 1. §. superior. num. 2.

CASVS CCCCXLII.

Excommunicatio iniusta quomodo ab excommunicatione nulla differat? & an clericus nulliter excommunicatus celebrans diuina efficiatur irregularis, vel alia poena puniatur.

SVMARIA.

- 1 Excommunicatio nulla timenda non est, iniusta timeri & obseruari debet, numer. 15.
- 2 Excommunicatus iniuste, demonstrare debet sententiae iniustitiam, & ab ea absolutionem petere.
- 3 Excommunicatus iniuste clericus, sacris immiscere se non potest, ne fiat alias irregularis: secularis autem a diuinis, & hominum commertio abstinere, numer. 4.
- 5 Excommunicatus notorie iniuste, an a diuinis abstinere debeat, n. 6. & seq.
- 6 Excommunicationis sententia continens in se peccatum, est nulla, sicut & quando fundatur super causa falsa in ea expressa, n. 7. vel continet expressum errorem facti, quod apparet impossibile, num. 8. aut alium errorem, n. 9.
- 10 Excommunicatio erronea, non tamen in se continens errorem expressum, an sit iniusta, an vero nulla, nu. 12.
- 11 Sententia notorie iniusta, dicitur nulla.
- 13 Excommunicatio continens causam impertinentem, nulla est.
- 14 Excommunicatio facta pro re leui, non valet.
- 16 Sententia nulla, nomen & effectum sententiae non meretur.
- 17 Nullitas excommunicationis sententiae vnde causetur, remissiue.

- 18 Excommunicationis sententia ab homine proferenda, differt a sententia excommunicationis iam a lege prolata, ratio ne defectus citationis.
- 19 Sententia incursa excommunicationis declaratoria, nulla est ratione defectus citationis, cum sit ab homine sit promulganda; non nulla, sed iniusta sit, & quae eius differentia ratio, num. 20.
- 21 Citatio requiritur etiam in processu super crimine notorio, ad allegandum causas & defensiones.
- 22 Ordo iudicij seruari debet etiam, vbi proceditur super crimine notorio.
- 23 Notorium non dicitur, vbi vel praesens negat, vel praesens citatus non fuit.
- 24 Inexcusabile est, quod nullo casu est licitum.
- 25 Vasallus ob crimen notorium feudo priuandus, citari prius debet.
- 26 Haereticum notorie, et si solenni processu condemnari non sit necesse: tamen citari oportet.
- 27 Excommunicatus omnia necessaria citatione, petere potest absolutionem ad cautelam.
- 28 Absolutio ad cautelam, ad quid concedatur.
- 29 Absolutio ad cautelam quando petenda.
- 30 Absolutio an & quando petenda a sententia declaratoria excommunicationis lata a Canone & iure, num. 31. & sequen.
- 33 Excommunicatus nulliter publice denunciatus causa nullitatis probata, a diuinis vel hominum communionem non tenetur abstinere, etiam si sit clericus, n. 34. contra, num. 36: punitur autem si cum scandalo celebret, num. 35.



VM ea in opinione sint multi, clericum excommunicatum sententia, quae nulla est, irregularem non effici: peccare tamen & alia poena iudicis arbitrio puniri, si diuina peragit & celebrat: & hac de re differendum nobis sit prius, explicandum proposuimus, quomodo excommunicatio iniusta differat ab ea, quae nulla est. Et primum quidem in eo maxime differt:

differt t quod et si excommunicatio nulla (vt dicemus infra) timenda non est iniusta tamen & timeri & obseruari debet, c. sententia pastoris. 11. q. 3. & cap. per tuas. vers. in alijs. de senten. excommunicat. c. venerabilibus. §. porro. & §. sed. & si ex causa & c. solet, de sent. excommunicat. in 6. & scribunt passim omnes, & inter alios. egregie Didacus in Alma mater, par. 1. §. 7. num. 5. vers. tertia conclusio §. n. 7. vers. quarta conclusio, de sent. excomm. in 6. cui accedit Dominus. Soto in 4. sent. dist. 22. q. 1. artic. 3. qui diligenter explicat.

Quocirca Didacus praecitato in loco, duo infert, quorum primum est, hunc t sic iniuste excommunicatum necesse habere demonstrare sententiae iniustitiam, & ab ea excommunicatione absolutionem petere, sicut tradunt glo. in cap. capitulum, de rescript. 10. Andr. in d. c. solet, de sent. exco. in 6. Abb. in c. Apostolicae, de except.

Infert & secundo Didacus, t huic iniuste excommunicatum, si clericus est, non posse diuinis se immiscere, alioqui effici irregularem, vt affirmant gloss. in c. postulatistis, in verbo, spoliandi, de cler. excomm. ministr. vbi Abb. & idem in c. per tuas de sentent. excomm. & ex factis Theologis idem scribunt diuus Thom. in 4. sentent. dist. 18. quaest. 2. art. 1. & ibidem Paludanus quaest. 1. Syluester in summa, in verbo, correctio, §. 9. & in verbo, excommunicatio, 2. num. 2. & in 4. notabil. in 1. dubio. & Dominus. Soto in d. artic. 3. col. 3. vers. secundo modo: secularis t vero iniuste excommunicatus, abstinere pariter debet a diuinis, & hominum commemoratio: vt scribunt praedicti interpretes, praesertim Nauarrus.

Caeterum dubitari solet, t quid si excommunicatio est manifeste & notorie iniusta, an sic excommunicati a diuinis abstinere debeant? Distinguenti atq. constituenti sunt casus permulti: sicuti distinguit Marian. Socin. sen. in cap. perpendimus, num. 192. de sent. excomm. & ego eo clarius & planius.

Primus est, quando t excommunicationis sententia continet in se peccatum, vt si dictum est: quia non occidit aliquem: vel quia facit elemosynam, vel quid simile, hoc sane casu est nulla, ita Socin. praedictus

in loco, & n. 189. Imola in c. ab excommunicato, num. 5. de rescript. idem scribit Syluester in summa, in verb. excomm. 2. col. 3. vers. octauus est, & probat c. per tuas, de sentent. excomm. dum appellat errorem intolerabilem, & ibi explicat gl. quae & alia affert exempla. Idem probat o. venerabilibus, §. porro, de sent. excomm. in 6.

Secundus est casus, quado t excommunicatio fundatur super causa in falsa ea expressa. Hoc etiam casu excommunicatio est nulla, ita Socin. in d. c. perpendimus, num. 193. post Zaabarellam & Imol. quem allegare voluit. Et inquit ad rem facere c. per tuas, qui fil. sint legit. Idem tradit Syluest. in loco supra alleg.

Tertius est casus, d. quando t excommunicatio continet expressum errorem facti, quod apparet impossibile: vt si excommunicatur infans, vel castratus, quod virginem stuprauerit: vel excommunicatur quis, quia caelum digito non perigit. Hoc pariter casu excommunicatio est nulla, vt scribunt Abb. in c. inter caeteras, de re iud. Socin. in d. c. perpendimus, num. 194. qui dixit ad rem facere c. Romana, §. in ueritate in, de sentent. excomm. in 6. & probat c. solet, de sent. excomm. in 6. Idem tradit Syluest. in summa: in verb. excommunicatio, 2. num. 22. vers. sed tamen.

Quartus est casus, quando t excommunicatio, et si non continet facti impossibilitatem, habet tamen expressum alium errorem, hoc quoque casu excommunicatio est nulla, ita Socin. in d. cap. perpendimus, num. 194. vers. aut cum notaria, motus argument. text. l. 1. ff. quae sent. sine appel. rescind. & auctoritate Innocent. in cap. cum Bertoldus de re iud.

Quintus est casus, quando t error non est expressus in ipsa excommunicationis sententia: sed aliunde constat, vt pura, excommunico Titium, quia spoliavit Sempronium: & notorie constat, quod Titius non spoliavit, sed alter. Hoc in casu duae sunt opiniones: vna glo. in cap. per tuas, in verb. intolerabilem errorem, de sent. excomm. & ibidem Ioan. Andrex, qui dixerunt excommunicationem non esse nullam, sed iniustam, & ob id interim, quo declaratur iniusta, seruandam, sic Archid. in c. venerabilibus, de sent. excomm.

- mus. in 6. & Socin. in d. cap. perpendimus num. 193. versi. aut non est expressus, motus est Socinus ea ratione, quam refert, ibidem num. 182. vt scilicet sententia excommunicationis habeatur in maiori reuerentia, cap. nemo contemnat. 11. quest. 3. & quia excommunicatio sumit substantiam a clauis potestate, ob id ordinis defectus non potest esse substantialis: sed potius de iustitia. Et quia patum noceritum quo ad Deum non sit excommunicatus. Et de iustitia (inquit Socin. vbi supra, num. 194. in fin.) quia excommunicatus facile releuatur a tali sententia medicinali, parendo mandatis. Et hoc quidem casu differt sententia excommunicationis ab alijs sententia, quae si sunt notorie iniuste dicuntur nullae, sicuti scribunt multi relati a Didaco in lib. 1. variat. Resolut. cap. 1. num. 10.
- 12 Altera est opinio Imolae in d. cap. perpendimus, ibid. relata a Socin. quod de iuris subtilitate est nulla: sed vt excommunicatio habeatur in maiori reuerentia, dici debet valida, quam opinionem improbat ipse Socinus. Ceterum quo ad forum conscientiae, sententia haec est nulla, ita defendi potest opinio Dominici Soto in 4. sent. dist. 22. quest. 1. art. 3. colum. 2. versic. tertio, ex parte, dum dixit, sententiam, excommunicationis latam contra aliquem tanquam debitorem, quem notorie constat soluisse, esse nullam: sicuti etiam nulla esse defendit Syluester in summa, in verb. excommunicatio, 2. num. 22. versi. si vero causa sit, &c. qui eiusdem opinionis refert Butr. & Abbat. quocirca erit cogitandum.
- 13 Sextus est casus, † quando excommunicationis sententia continet causam impetritentem: Exemplum, excommunico Titium, quia Caius est ita frigidus, vel quia Padus currit, vel propter quid simile. Hoc casu est excommunicatio nulla. Ita Butrius in cap. sacro, num. 22. de sentent. excommun. & Socinus in d. cap. perpendimus, num. 196. qui dixit, hunc errorem esse manifestum.
- 14 Septimus est casus, † quando excommunicationis sententia lata est pro re leui, cuius causa peccatum veniale tantum diceretur commissum. Hoc etiam casu excommunicatio est nulla: cum contineat expres-

sum iuris errorem, quo sancitum est, pro re leui neminem esse excommunicandum, ita scribunt Diuus Thomas in 2. 2. quest. 59. art. 4. & quest. 66. art. 6. Didacus in c. alma mater, par. 1. §. 9. num. 2. in fin. de sent. excommun. in 6. & Dominicus Soto in 4. sentent. dist. 22. quest. 1. art. 3. colum. 2. versic. tertio, ex parte.

15 Excommunicatio vero nulla (vt supra attigimus) iustitia non est, cum non liget, cap. non debet, 11. quest. 3. gloss. Archiep. Zabarel. & Praepos. in d. cap. 1. §. ad e. 11. quest. 3. Abb. in cap. per tuas, de sent. excommun. & ibidem Marian. Socin. iun. num. 28. Nauarrus in cap. cum contingat, de rescript. in 3. remed. & Didacus in d. cap. alma mater, in 1. par. §. 7. num. 7. versi. quarta conclusio, prope medium: & ex sacris Theologis Diuus Thomas in 4. sentent. dist. 18. quest. 1. art. 1. quest. 4. & ibidem Pauludanus quest. 1. colum. 3. Diuus Antoninus in summa, par. 3. tit. 24. c. 37. sic. & Dominicus Soto in 4. sentent. dist. 22. quest. 1. art. 3. colum. 2. Ea est huius traditionis ratio clara & manifesta, quia sententia † nulla nomen sententiae vel effectum non habet, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. vbi Ripa num. 24. Nullitas † autem sententiae excommunicationis permultis ex causis solet causari, vt scribunt glo. & DD. in cap. praesenti, de sentent. excom. & Nauartus in cap. cum contingat de rescript. dum in sua illa facti specie refert sexdecim causas: & si multae earum, sicuti ipsemet fateretur, non sint nullitates, sed iniustitiae. Et ad rem nostram magis quindecim nullitatis causas refert Syluester in summa, in verb. excommunicatio, 2. Existimauit, praeter haec quae passim obuia sunt omnibus, referre hoc in loco nullitatem illam sententiae declaratoriae incurse excommunicationis, quae ob citationis defectum causatur. Est certum inter multas differentias quae sunt inter sententiam excommunicationis ab homine professandam, & sententiam excommunicationis iam a lege prolatam, vnam † hanc esse & quidem egregiam: quod etsi in illa hominis, defectus monitionis eam non reddit nullam, sed solum iniustam: sicuti tradunt glo. in cap. per tuas, de sentent. excommun. Imola in cap. reprehensibilis, de appellat. Marian. Socin.

- Socin. sen. in cap. perpendimus, num. 171. & 172. de sent. excommun. & alios plures refert & probat Didac. in cap. alma mater, part. 1. §. 9. num. 7. de sent. excommun. & accedit Dec. in cons. 214. num. 5. Attamen defectus citationis † reddit nullam sententiam declaratoriam incurse excommunicationis. Ita Imola in cap. extirpandae col. 6. in princ. de praebend. egregie & clare Aret. in cons. 163. num. 10. versi. secundae obiectioni, & num. 11. & cum Aretino de eadem facti specie interrogati idem responderunt Socin. sen. inter consilia Curtij senioris in cons. 20. colum. 8. versi. Nam, vt supra dictum, &c. & Hieron. de Tortis in cons. vnic. num. 21. impresso post consilia Butrij, sic & Felin. in cap. Rudolphus, num. 41. versi. nihilominus, de rescript. Marsil. in l. vnica, num. 66. C. de rap. virg. Bofs. in tract. causarum criminal. titu. Quomodo procedendum sit in crimine notorio, n. 9. Gigas in tract. de pensionibus quest. 78. num. 5. & Didac. in c. alma mater, parte. 1. §. 9. num. 5. versi. etenim ad hunc, & hosum & ego secutus in cons. 9. lib. 10. Rationem differentiae affert Aret. in d. cons. 163. num. 12. quia † si in excommunicatione ab homine promulganda ob defectum citationis & ordinis nulla redderetur ipsa excommunicatio, tolleretur omnis excommunicationis effectus: atque ita vilesceret neruus ecclesiasticae disciplinae. Diuersum est in excommunicatione iam a lege promulgata, & solum declaranda ab homine. Nam licet tunc declaratio reddatur nulla ob defectum ordinis & citationis: non tamen redditur nulla ipsa excommunicatio a iure lata, sed valida remanet: ea propter (subiungit Aret.) & si ipsa declaratoria & denuntiatio est nulla: nihilominus is sic denuntiatus euitari & euitare debet. Et haec quidem traditio locum habet etiam in crimine † quod asseritur notorium, in quo requiritur citatio in formando processum super ipso facto notorio: quo quidem notorio demonstrato declaratio incurse excommunicationis fieri potest absque alia citatione, sicuti tradit glo. in c. cum sit Roma. §. praeterea, de appel. vbi Host. scriptum reliquit, nullum absentem quantumuis notorium criminofum esse excommunicandum, nisi primo sit citatus: cum multa di-

cantur notoria quae non sunt, cap. consuluit, de appel. & quia forte notorius ille criminofus habebit legitimas defensiones, quae erunt admittendae, & Hostien. socii sunt ibid. Ioan. Andr. in ok. Dec. & alij relati & probati a Didac. in cap. alma mater, part. 1. §. 9. num. 6. de sent. excommunic. Et his accedit Syluester in summa, in verb. notorium, in fin. & egregie magis Soc. sen. inter cons. Curt. sen. cons. 20. colum. 5. num. 11. versi. sed adhuc respondeo, &c. scripsit, Pont. Max. declarate minime potuisse Laurent. Medicum & alios Florentinos incidisse in grauem illam excommunicationem indictam a canone contra carcerantes & offendentes. Cardinales & Episcopos: de qua in cap. felicis, de p. con. in 6. Et si notorium asseuerat Pontifex ipse Laurentium & reliquos Florent. carcerari fecisse Cardinalem, & laqueo suspensisse Archiepisc. Pisannum: cum (inquit Socin.) adhibenda non fuerit fides Pontifici rem esse notoriam, ex quo non erat id commissum coram se: sed a rebus tantum acceperat: Et subiungit idem Socin. in d. colum. 8. num. 16. versi. sed ista facillime tolluntur, &c. quod etiam in excommunicatione in quam quis ex dispositione iuris incidit ipso iure & facto citari debet in discussione sicque processu facti, quod asseritur notorium: cum fieri possit, quod excommunicandus ille habeat aliquas defensiones, quibus se tueri poterit. Et adiungit Soc. sic in claris his terminis iudicasse Rotam in decis. 61. in nouis. Et paulo post in versi. At in casu nostro, subdit, quod hoc in casu requiritur citatio, vt cognoscatur super veritate facti: & an ipsi parti competat aliqua defensio, ita quod debeat declarari incidisse vel non incidisse in excommunicationem. Idem quod Socin. respondit Collegium Florentin. in cons. subsequ. post illud Soc. colum. 10. num. 10. versi. secundo responderetur, & versi. Nec obstat tex. in cap. reprehensibilis, &c. subiungit collegium in declaratoria excommunicationis indictae, a lege requiri citationem partis, vt possit facere suas defensiones, & allegare causas quare non dicatur incidisse in ipsam excommunicationem. Idem quoque de eadem facti specie interrogatus respondit Aret. in praalleg. cons. 163. qui

163. qui colum. 4. versu secundo principa-  
 liter scriptum reliquit, quod quando iudex  
 2 2 procedit super crimine notorio, serua-  
 ri debet ordo iudicij, hoc est, citari debet  
 pars, vt possit se defendere, & suas excusa-  
 tiones deducere: quia notorium dici non  
 2 3 potest, quando vel ipsa pars presens ne-  
 gat, vel si absens est, citata non fuit: cum  
 duo hæc sint paria. Et subiungit ibidem,  
 Aretinus num. 5. post Imol. & Gemm. in  
 cap. 1. de off. deleg. in 6. quod in receptio-  
 ne testium super notorio pars debet citari.  
 Et adiungit Aret. ex sententia glos. in c.  
 facto, de sent. excommu. quod quando a-  
 liquid debet constare iudici, intelligitur  
 parte vocata, & rursus addit Aret. ibidem,  
 colum. 6. num. 7. secutus Hostien. in d. c.  
 cum sit Romana, de appel. supra relatam,  
 quod quando iudex procedit super noto-  
 rio facti transeuntis contra absentem, &  
 notorium potest habere excusationem ci-  
 rari debet ipse absens: & inquit Aret. eius-  
 dem opin. fuisse Abb. in d. c. cum sit Ro-  
 mana, & Salic. in l. ea quidem, C. de accus.  
 & demum ad rem nostram. idem Aretin.  
 ibid. num. 9. ver. & tamen his non obsta-  
 tibus: adiungit, quod antequam feratur sen-  
 tentia declaratoria incursetur excommunica-  
 tionis citari debet, quando a notorio super  
 quo processum fuit, pars habere posset a-  
 liquam excusationem, & num. 12. ver. con-  
 cluditur ergo, & c. suo illo in casu sit con-  
 cludit, quod etsi notorium erat Archiep.  
 fuisse laqueo suspensum a Florentinis, &  
 Cardinalem carceratum: non tamen no-  
 torium fuisse id factum mandato Lauren-  
 tij Medicei declarati deinde a summo Põ-  
 tif. incidisse in excommunicationem iuris  
 in illo cap. felicis. Ita etiam Felin. in cap.  
 Rodolphus, num. 41. de rescript. qui secu-  
 tus Aret. in d. cons. 163. docuit, quod licet  
 quando fertur declaratoria excommuni-  
 cationis incursetur necessaria nõ sit aliqua  
 citatio excommunicati, præsertim quan-  
 do factum est notorium, attamen in di-  
 scussione facti citari debet pars, quæ ipsum  
 factum forte negabit: & excusationes suas  
 proponet. Non enim tunc dicitur noto-  
 rium, cum inexcusabile þ illud sit, inquit  
 Felin. quod nullo casu est licitum. Idem  
 quod Socin. Collegium Floren. & post  
 Aret. præalleg. loco respondit. eodem in

casu Hostien. de Tortis in cons. vnic. impres-  
 so post cons. Butr. num. 28. vers. sed quid.  
 & ver. præterea. Aret. quoque secutus est  
 M. Anton. Peregrin. in tract. de iure, li. 1.  
 tit. vltim. qui incipit: hæc genus, num. 61.  
 2 5 affirmans, quod etsi þ vasallus ob crimen  
 notorium commissam contra dominum,  
 priuari potest feudo absque citatione, vt  
 ipse Peregrin. ibi num. 57. auctoritate quã  
 plurimum probat, attamen super facti no-  
 torietate antequam procedatur contra reũ  
 accusatum, requiritur citatio, vt scilicet ip-  
 sum factum probetur: & vt possit facere  
 suas defensiones: sicut scribit idem Peregr.  
 eod. in loco post Abb. Dec. Iaf. & Marfil.  
 Et huc accedit, quod fortiori in casu scri-  
 ptum reliquit Decian. in tract. crim. lib. 5.  
 2 6 cap. 38. num. 1. quod þ etsi in notorio ali-  
 quem esse hæreticum non requiritur pro-  
 cessus, aut accusatio, examinatio solemnis:  
 aut plicatio, & citatio ad omnia acta. Ve-  
 rum tamen necessaria est summaria aliqua  
 informatio, quæ sumi debet citata parte  
 ipsa: cum sit notorium facta transeuntis: &  
 nullũ esse delictum tam notorium, quod  
 habere non possit aliquam excusationem:  
 id quod probat Decian. auctoritate Aret. in  
 d. cons. 163. num. 7. quam etiam probauit  
 Aegid. Boss. in tract. crim. tit. Quom. pro-  
 ced. in crim. notorio, num. 4. Ex prædi-  
 ctis duo sequuntur, quorum primum est,  
 2 7 sic excommunicatum þ non teneri petere  
 absolutionem simplicem & absolutam, sed  
 posse, si vult requirere absolutionem se-  
 cundum quid, hoc est ad cautelam, þ quæ  
 2 8 solet concedi, non quia necessaria sit, sed  
 vt tute excommunicatus ipse se immisceat  
 & diuinis, & alijs actibus, cap. veniens. 2.  
 test. & attest. cap. Apostolica, de except.  
 vbi egregie Abb. in fin. & idem in c. capi-  
 tulum, de rescript. Ioan. Monach. in ca. 2.  
 in prin. & ibid. Franc. num. 9. de sent. ex-  
 commu. in 6. Socin. sen. in c. sacro, num.  
 29. vers. sed si de nullitate, de sentent.  
 excõmun. & in cap. de monialib. n. 11. eod.  
 Nauarr. in c. cum contingat, in 7. reme-  
 colum. 1. de rescrip. & egregie declarat Di-  
 dac. in d. §. 7. num. 7. in 4. conclusio. vers.  
 Absolutio vero ad cautelam, qui quidem  
 intelligit & recte, quando est dubium, an  
 2 9 þ excommunicatio sit nulla, id quod aper-  
 tius explicauit Franc. in d. cap. 2. in princ.  
 num. 9.

num. 9. qui tres casus considerauit, quo-  
 rum primus est, quando apparet manifeste  
 excommunicationem esse nullam. Hoc ca-  
 su necessaria non est absolutio aliqua: sed  
 sententia ipsa excommu. declarari debet  
 nulla. secundus casus est, quando clare cõ-  
 stat, excommunicationem esse validam. Et  
 hoc etiam casu locus non est huic absolu-  
 tioni ad cautelam: sed peti debet absolutio  
 ordinaria. Tertius est casus, quando est du-  
 bium, an excommunicatio sit valida, vel  
 nulla. Hoc casu peti potest absolutio ad  
 cautelam.  
 Cæterum aduertit Francus in d. cap. 2.  
 in princ. num. 8. vers. quarto queritur, ab-  
 solutionem hanc ad cautelam concedi so-  
 lum a sententia excommunicationis lata,  
 3 0 ab homine, non autem a Canone & iure:  
 cum de eius validitate & iustitia dubitan-  
 dum non sit, cap. erit. distinct. 4. & tradit  
 ipse Francus in cap. 1. §. quisquis. in 2. no-  
 tab. & in d. cap. 2. in princ. nu. 1. Hanc au-  
 tem traditionem altero de duobus modis  
 3 1 declarat ipse Francus. Primo, þ nisi o-  
 rat dubium facti, ca. cum desideres. immu-  
 cundæ. de sentent. excommu. vbi auctor cõ-  
 2 tio ad cautelam conceditur ei, quæ iurato,  
 publica fama constat, verberasse. cler. po-  
 2 4 Cum enim certum non sit verberatus:  
 quo fama esse potest vana dubium facere  
 citur. Secundo declarat Francus non  
 3 2 bere locum, þ quando occurrit probabile  
 dubium iuris, vt idẽ Francus dixerat pau-  
 lo supra num. 6. in fin. ex sententia Ioan.  
 Andr. Dubium enim probabile iuris æqui-  
 paratur dubitationi facti, sicuti de errore  
 & ignor. antia iuris dubij & implicati scri-  
 bunt Dec. in l. iuris ignorantia, in 1. lectu-  
 ra, num. 3. & in 2. lectura, num. 9. C. qui ad  
 mitti, & alij multi congesti a Tiraq. in tra-  
 cta. de pœnis legum, causa 11. num. 6. Ex  
 his intelligimus, quod si dubium est facti,  
 vel iuris probabile, sententiam declarato-  
 riam, qua declaratum fuit aliquem incur-  
 risse excommunicationem iuris & Cano-  
 nis esse nullam, concedenda erit absolutio  
 hæc ad cautelam.  
 Illud etiam ex iam dictis sequitur, quod  
 3 3 þ cum excommunicatio sit nulla denuncia-  
 tus publice non tenetur a diuinis abstinere,  
 neque ab alia hominum legitimã com-  
 munionem: modo nullitatis causa probata

fuerit. Ita probat cap. solet. de sent. excõ-  
 mun. in 6. & ibidem glos. & Docto. & Ma-  
 rian. Socin. sen. in cap. inter alia. nume. 38.  
 de sent. excõmun. Nauarr. in cap. cum  
 contingat. in 3. reme. de rescript. secun-  
 dum impressionem Lusitanam, & secun-  
 dum Romanam est in 2. remedio. Idem ex  
 factis Theologis affirmant multi, vt Palu-  
 dan. in 4. sentent. dist. 18. q. 1. colu. 3. cuius  
 verba hæc sunt. [Qui nulliter excommuni-  
 catus publice excommunicatus, denuncietur  
 ita ex aduerso ipse publice causam, quã do  
 sententia non valet, puta appellationem,  
 vel aliam iustam causam. Quo facto am-  
 plius non est scandalum pusillorum, sed  
 Phariseorum: Vnde est cõtēnendum.]  
 Hæc Paludanus, & eo manifestius & latius  
 Gabriel Bielius in 4. sentent. distinct. 18.  
 quæst. 2. colum. 11. ita scribit. Si vero ex-  
 communicatio fuerit nulla ob defectum  
 iurisdictionis super excommunicatũ sim-  
 pliciter, vel illo in casu, quo fertur excom-  
 municatio: vel quia fertur post appella-  
 tionem legitime interpositam, vel ob aliũ  
 defectum, propter quem ipso iure est irri-  
 2 4 a, tunc non oportet eam timere, nec pro  
 excommunicato gerere, vitando commu-  
 2 6 ionem sacramentorum & hominũ. Quo  
 iam quod non est, non oportet timere,  
 sed dum sententia est nulla, iam non est  
 excommunicatio, neque quoad Deum,  
 neque ad Ecclesiam: Quia secundum ve-  
 ritatem nullam sententiam iuris incurrit,  
 qui sententiam, quæ nulla est, custodit. Ti-  
 menda tamen est, non sententia, sed scan-  
 dalum populi vulgaris, nescientis senten-  
 tiam esse nullã. Vnde si quis publice excõ-  
 muni. & denuncietur nulliter, ex aduerso pu-  
 blicet sufficiens ipse causam, propter quã  
 sententia est irrita: quo facto non pareat  
 sententiæ. Etsi aliquis tunc scandalize-  
 tur, non est scandalũ pusillorum, sed Pha-  
 riseorum, secundũ regulam Christi, Mat.  
 15. contēnendum. Attamen non tene-  
 tur eam seruare in occulto ante scandali  
 sedationem: sed neque in occulto, neque  
 in publico coram sapientibus, quibus nota  
 est nullitas sententiæ, tenetur eam ob-  
 seruare. Hæc Bielius. Et hos secuti sunt  
 Diuus Antoninus in summa, in 3. parte,  
 titul. 24. cap. 73. Ioan. Maior. in 4. senten.  
 distinct. 18. quæst. 2. colum. 2. & hos retulit

acsecutus est Nauar. in d. cap. cum contin-  
gat, in 3. remedio, de rescript. colu. 1. vers.  
quinto facit. & colu. 9. vers. quinto in-  
fertur. Et accedit Sylue. in summa in, ver-  
bo, excommunicatio. 2. num. col. 7. vers.  
dicit autem Petr. de Palude.

34 Et hæc quidem traditio locum habet  
etiam in clerico, qui excommunicatus  
nulliter diuina celebrare potest nec irregu-  
laris efficitur, ca. ad præsentiam, de appel.  
vbi Imola, Francus, Præpos. & Deci. Idem  
probat cap. solet, de senten. excommun. in  
6. Idem affirmant Nauarrus in cap. cum  
contingat, in 3. remedio, colu. 1. vers. sic-  
quinto, & colu. 2. vers. sexto faciunt.  
& vers. secunda decisio: & Didac. in cap.  
Alma mater, in 1. par. §. 7. num. 7. vers.  
cæterum vbi sententia, de senten. excom-  
mun. qui eiusdem opinionis ex Theolo-  
gis referunt. Ioan. Maior. diuum, Antoni-  
num, Paluda. in 4. sentent. distinct. 18. q.  
1. colu. 3. & ibi Gabriel Bieleius quæst. 2.  
colu. 11. Sic & Ignatius Lopez in addi-  
tionibus ad practicam criminalē Bernar-  
di Diaz, cap. 73. colu. 8. vers. est etiam.  
Qui tamen scribunt, Clericum hunc pec-  
care mortaliter, & puniri posse pœna iu-  
dicis arbitrio, si cum populi scandalo, cele-  
brant. Quocirca minus recte scripsit Si-  
mon Maiolus in tracta. de irregularitate  
lib. 3. cap. 21. num. 16. vers. illi vero. Cle-  
ricum qui nulliter excommunicatum effici  
irregularem, si celebrat.

CASVS CCCCXLIII:

Excommunicator aliquem iniuste ex-  
communicans, quibus plectatur pœ-  
nis, & de iustis causis, quæ ex-  
communicatorem a pœ-  
nis illis excusare  
possunt.

SVMARIA.

- 1 Excommunicans aliquem iniuste tenetur  
ad interesse excommunicati, & simul  
pœna arbitraria iudicis, n. 3.
- 2 Damnum passus, quomodo damnum pro-  
bet.
- 4 Excommunicans aliquem iniuste prohi-

beri potest v. g. ne per mensem eccle-  
siam ingrediatur, vel puniri pœna pe-  
cuniaria, num. 5. aut communione ho-  
minum pro arbitrio iudicis priuari, nu.  
6. Item iniuriarum tenetur, num. 7. &  
pœna sacrilegij, num. 8.

- 9 Pœna multiplici neminem puniri quomo-  
do intelligatur, num. 10.
- 11 Excommunicans iniuste excusatur ob pro-  
babilem errorem, si & laudabilis fue-  
rit opinionis, & an hæc coniunctionem  
requiratur, num. 12.
- 13 Erroris probabilis excommunicandi ali-  
quem iniuste multa exempla, nume. 15.  
16. 18. & 19.
- 14 Error facti probabilis omnino excu-  
sat.
- 17 Error iuris dubij & implicati equipa-  
ratur errori facti.
- 20 Error iuris non dubij neminem excu-  
sat.
- 21 Excommunicans iniuste excusatur, si ex-  
communicatus ab ipso non petijt excō-  
municationem reuocari, & quatenus,  
um. 22.
- 22 Appellationem omittens sententiam ap-  
probare dicitur.  
Excommunicans iniuste sine excommu-  
nicati grauamine excommunicationem  
reuocans excusatur.
- 23 Iniuria excommunicato an per reuoca-  
tionem excommunicati, possit tolli.
- 26 Excommunicans sine monitione vel de-  
bita forma ipso facto excommunicatā  
a iure an excusetur, num. 27. & seq.
- 27 Excommunicatus ipso facto a iure qua-  
tenus citari debeat, num. 28.
- 29 Excommunicator procedens vt pars,  
non vt iudex an incidat in pœnas iniu-  
ste excommunicantis. Item an si non  
per viam sententiæ iudicialis, sed sta-  
tuti procedat, numer. 30. aut si non,  
præmonuit excommunicandum, vbi non  
quirebatur trina vel vna monitio,  
num. 31.
- 32 Excommunicans aliquem nulliter, an pu-  
niatur.
- 33 Excommunicator non requisitus non tra-  
dens exemplum excommunicationis ip-  
si infra mensem excusatur a pœna.



E secundo capite con-  
stitutionis Innocentij  
III. in præcirato. cap.  
sacro, de senten. ex-  
communic. nunc agē-  
dum est, dum scilicet  
pœnam indixit, ad-  
uersus excommunicatorem, qui iniuste a-  
liquem excommunicauit. Innocentij ver-  
ba hæc sunt. [Caueat etiam diligenter ne  
ad excommunicationem cuiusquam ab-  
sque manifesta, & rationabili causa proce-  
dat: ad quam si taliter forte processerit, &  
requisitus humiliter processum huiusmo-  
di non curauerit absque grauamine reuo-  
care grauatus apud superiorem deponat  
de iniusta excommunicatione que elam:  
qui (si absque periculo moræ potest) ad  
excommunicatorem illum, cum suo man-  
dato remittat, intra competentem termi-  
num absoluendum: alioquin ipse per se,  
vel per alium, (prout viderit expedire)  
sufficiens cautione recepta munus ei ab-  
solutiois impendat. Cumque aduersus  
excommunicatorem de iniusta excommu-  
nicatione, consulerit, excommunicator cō-  
demnetur ad interesse excommunicato,  
alias nihilominus (si culpæ qualitas po-  
stulauerit) superioris arbitrio puniendus:  
cum non quis sit culpa tantam infligere  
pœnam infonti nisi forsitan errauerit ex  
causa probabili, maxime si laudabilis opi-  
nionis existat.]

Hactenus Innocent. qui primum sta-  
tuit certam pœnam aduersus iniuste ex-  
communicantem; nempe, vt teneatur  
ad interesse excommunicati, hoc est, ad  
eius damna, sicuti exponit glos. in d. §. ca-  
ueat, in verbo, interesse, & ibidem Socin.  
num. 280. Porro damna hæc probantur  
iuramento ipsius excommunicati, quando  
excommunicator ipse dolo excommuni-  
cationis sententiam protulit, vt scribunt,  
Hostien. Ioan. Andr. & Ioan. Monacus,  
quos refert & sequitur idem Socin. in d. c.  
sacro, n. 281. Sic dicimus, etiam iuramento  
damnū passu aduersus eum, qui dolo dan-  
ni causam dedit, vt post alios scribunt rela-  
ti a Ploto, in l. si quando, n. 764. C. vnde  
vi. Et in terminis nostris Hostien. & sequi-  
ces, probauit Francus in cap. 1. §. superiorij  
num. 2. de senten. excom. in 6.

3 Altera est pœna aduersus iniuste ex-  
communicantem ab Innocentio III. san-  
cita, quæ vt in certa in iudicis arbitrio re-  
posita est. Quæ sane pœna copulatiue cū  
illa refectionis interesse imponi potest, si  
culpæ excommunicatoris qualitas id po-  
stulauerit: sicuti significant verba illa,  
[alias nihilominus (si culpæ qualitas po-  
stulauerit) superioris arbitrio punien-  
dus.]

Iudex ergo pro suo arbitrio imponere  
poterit etiam pœnam prohibendo ipsi  
excommunicatori, ne per mensem eccle-  
siam ingrediatur. Ita post alios tradit Soci-  
in d. cap. sacro, num. 238. Quem quidem  
vel ea ratione sequor, quod & si pœna  
hæc indicta sit ab Innocent. III. in cap. 1.  
de senten. excommuni. in 6. de quo dixi-  
mus in præcedenti casu, aduersus excom-  
municatorem, qui in excommunicando  
ordinem non obseruauit: attamen a for-  
tiori locum habere debet etiam contra  
excommunicatorem, qui iniuste excom-  
municationis sententiam promulgauit.

5 Præterea & tertio iudex iste imponere  
potest etiam pœnam pecuniariam, vt post  
Hostien. & Ioan. Andr. scribit idem Soci-  
in d. cap. sacro, num. 239.

Poterit & quarto addere aliam pœnā,  
vt careat communionem hominum arbi-  
trio ipsius iudicis. Ita post Hostien. &  
Henticum Boic. tradit Soci. in d. c. sacro,  
num. 261.

7 Rursus & quinto, quod teneatur  
actione iniuriarum erga excommunica-  
tum, si tamen dolo excommunicauit, vt  
declarat idem Socin. præcirato in loco,  
num. 263.

8 Demum sexto indicere poterit pœ-  
nam sacrilegij, vt declarat idem Socin.  
num. 267. post Ioan. de Deo, Archidiao.  
Hostien. & Henticum Boic. qui intelli-  
gunt, quando excommunicator dolo ex-  
communicationem iniustam protulit. Nec  
prædictis repugnant, si dicatur, neminem,  
multiplici pœna puniri posse, vel debe-  
re, l. Prætor edixit, §. vltim. ff. de iniur. &  
l. senatus, ff. de accusat.

10 Nam responderetur, prædicta procedere  
in dubio secus vero, quando lex mani-  
feste imponit plures pœnas copulatiue:  
sicuti in specie declarat Francus in cap. 1.  
§. lu-



§. superior. num. 3. de senten. excom. in 6. & comprobatur text. l. qui sepulchra. C. de sepul. violato. vbi Alber. & l. meum. C. de furtis, & alijs comprobauit Antonius Gomez, in romo 3. variarum resolutionum, cap. 1. de delictis, num. 38. versi. secunda conclusio, & dicemus infra suo loco.

Cæterum multæ sunt causæ, quibus iniuste excommunicans excusatur a prædictis pœnis.

11 Prima causa est, quando excommunicator laudabilis opinionis probabili causa motus errauit. Ita statuit Innoc. in d. c. facto. §. caueat. vbi Socin. numer. 356. qui num. 359. secutus glossam ibi, dixit, duo hæc concurrere debere copulatiue, quod error sit probabilis, & quod excommunicator sit laudabilis opinionis. credo verius esse, distinctionem illam, maxime, exprimere casum minus dubitabilem, sicuti eius est natura, vt post Fulgosium tradunt Deci. in l. qui se patris, num. 10. C. vnde liberi, & Socin. iun. in consil. 30. numer. 41. lib. 1. Et propter sensus est, errorem probabilem excusare excommunicatorem, præsertim, si laudabilis est opinionis. E contra uerfo autem existimo, quod etsi excommunicator laudabilis est opinionis, non tamen excusatur, si error probabilis non est. Admitto quidem cum ipso Socino, errorem probabilem facilius præsumi in excommunicatore laudabilis opinionis quam in altero.

13 Potto probabilis erroris, & exempla multa affert Socin. præcitato in loco, numer. 357. Quorum primum est, si credit ipse excommunicator citationem peruenisse ad illum, deinde excommunicatum, quem citari mandauit: vnde credens eum contumacem, cum non esset, ipsum excommunicauit.

14 Hic enim probabilis est error facti omnino excusat, cum & fallat sapientissimos error & ignorantia facti, vt scribunt omnes in l. iuris ignorantia. C. qui admitti.

15 Secundum est exemplum, quando excommunicator existimauit excommunicationis causam fuisse sufficienter probatam: & errauit ob probationes dubias. Ita gloss. & Socin. vbi supra; adducti argumen. text. cap. cum Bertoldus, versi. licet

autem iustam. de senten. & re iudicat. Et accedit, quod cum probationes sint in arbitrio iudicis, l. 3. §. tu magis. ff. de testib. & scripsi supra in casu 9. Sequitur dicendum, iudicem, sicque excommunicatorem excusari, si magis certis testibus fidem adhibuit quam alijs.

16 Tertium est exemplum, quando excommunicator errauit ob varias Doctorum opiniones. Nam & tunc excusatur: Ita Ioan. Andrez, & Abbas probati a Secino pra citato in loco, num. 317. versi. tertium exemplum.

17 Est ratio, quia error est iuris dubij, & implicati æquiparatur errori facti, & ob id æque excusat: quemadmodum tradit Tirraquel. in tracta. de pœnis legum, causa, 11. num. 6. Confert traditio Baldi in l. r. §. proficisci, num. 14. ff. de officio Pœcon. & legat. dum dixit, iudicem excusari ob varietatem opinionum inter Doctores, ne teneatur in syndicato.

18 Quartum exemplum, quando excommunicator non vidit privilegium excommunicati, quo excommunicati non poterat, vt quia is excommunicatus erat exemptus a iurisdictione excommunicatoris, iuxta cap. cum olim. 2. de privilegijs.

19 Quintum est exemplum, (inquit Socinus) in casu t. c. Odoardus, de solutione. vbi sudebitor ob paupertatem non potest soluere, excommunicandus non est. Porro, si excommunicator credidit, (vt forte voluit dicere Socinus,) aliquibus probationibus & coniecturis debitorem illum fuisse soluendo, excusatur, si eum excommunicauit.

20 Et his intelligimus, errorem est iuris non implicati & dubij non excusare: sicuti nec excusat alios iudices. Imò nec rulticos, & idiotas excusat iuris error, sicuti tradunt Dec. & reliqui in l. iuris ignorantia. C. qui admitti.

21 Secunda est iusta excusationis causa, quæ excommunicatorem excusat, quando est scilicet iniuste excommunicatus non petijt ab ipso excommunicatore, vt excommunicationem reuocaret. Ita Socin. in d. cap. sacro. num. 359. versi. secundo igitur, qui dixit, excusare quidem a pœnis quæ respiciunt ius & interesse excommunicati:

22 nicatus non autem a pœna suspensionis per mensem, in quam dicitur ipso iure incidisse.

23 Quæ sane traditio præter scripta a Socino comprobatur: quia excommunicatio est iniusta: seruanda est donec ab ea fuerit appellatum, vt scripsi in casu: excommunicatus est autem non appellando, & non petendo ipsam excommunicationem reuocari, dicitur eam approbare, l. 3. §. 1. ff. de appella. cum similibus.

24 Tertia est iusta excusationis causa, quando excommunicator requisitus reuocare ipsam excommunicationem reuocauit sine aliquo excommunicationis grauiamine. Hæc sane causa (inquit Socinus in d. cap. sacro. num. 359. versi. tertio excusatur) excusat a pœnis, quæ respiciunt ius & interesse excommunicati: non autem a pœna suspensionis.

25 Verum dubito, qua ratione fieri possit, vt excommunicator possit sine excommunicati grauiamine reuocare ipsam excommunicationem: cum eius promulgatione iam illata fuerit iniuria excommunicato. Nisi dicamus iniuriam tolli, & dilui posse promulgata absolutioe, seu reuocatione adiecta expressa causa iniustitiæ: quod nescio, quis excommunicatorum sit hoc vnquam facturus.

26 Quarta est iusta excusationis causa, quando sine monitione, vel debita forma excommunicauit illum, qui ipso facto erat excommunicatus a iure, vt si excommunicauit illum, qui clericum vulnerauit, vel percussit, iuxta capit. si quis suadente, 17. quæstio. quarta. Ita Socin. in dict. capit. sacro. numer. 363. qui numer. 64. refert Abbatem in cap. reprehensibilis, de appellat. qui dixit, se aliquando excusasse Abbatem, qui sine monitione excommunicauit subditum, qui sine licentia exiuerat e claustris monasterij, quæ nemo subditorum exire poterat sine licentia sub excommunicationis pœna.

27 Cæterum observandum est, duo hic consideranda esse, quorum alterum est pactum ipsum, hoc est, quod ille excommunicatus percussit: alterum est, ipsum ius, nempe, quod is excommu-

nicatus ob percussione incidit in excommunicationem. Quod illud primum necessaria est omnino illius, qui percussisse assertur, citatio, vt compareat ad iustificandum ipsum factum, quod scilicet percussit, & quidem iniuste percussit: & si percussit, id fecerit ea de causa, quæ eum excusare potest ab excommunicatione illa indicta a dict. cap. si quis suadente. Ita declarando dict. capit. reprehensibilis, de appellat. & gloss. in Clementin. multorum, in verbo, constituerunt, de pœnis. & in Clement. præfenti, in verbo, constituit, de censibus egregie respondit Roman. in consil. 482. In casu præfenti, in 6. & in fin. quem secuti sunt Felin. in cap. Rodolphus. num. 41. de rescriptis, & in cap. cum non ab homine, colum. penultim. versic. limita igitur, de iudicijs. Collegium Florentinum inter consilia Curtij Senioris in consil. 251. Deus æterne. colum. penultima. versic. Nec obstat text. cap. reprehensibilis, numer. secundo, in fin. Casiodor. in decis. 2. numer. septimo, in titul. de pensionibus. Ripa in l. is, cui bonis, num. 28. de verbo. obligat. & Ioan. Baptista Ferrer. in consil. 84.

28 Hæc autem facta probato atque iustificato, quod scilicet is percussit, & iniuste, atque ita nullam habeat iustam excusationem, sequitur illud secundum, nempe excommunicato, ex dict. cap. si quis suadente. si ergo in casu, de quo disputamus, excommunicator citari fecit percussorem illum in iustificatione facti, & constat iniuste percussisse, recte & iure fecit excommunicator, si absque alia citatione & monitione declarauit illum incidisse in excommunicationem, cum sufficiat citasse illum in facti iustificatione. Ex quo sequitur superuacaneam esse hanc excusationem a Socino propositam: Cum excommunicator si id præstitit, non dicatur iniuste, excommunicasse: si vero hæc non obseruauit, aliunde afferre debet causam excusationis quæ ex hoc.

26 Quinta est iusta excusationis causa, quando excommunicator processit, non vt iudex: sed vt executor, vel vt pars defendens,

sendens officium suum. Ita Socin. in d. c. sacro. num. 365. post Hostiens. & Ioan. Andree ibi. Exemplum afferunt, vt si Episcopus est in quasi possessione visitandi, & dum vult visitare, non admittitur ad visitationem, propter quod excommunicat non admittentem. Non enim hoc casu requiritur aliqua monitio, vel citatio, si visitandus recusat sine iusta causa visitari. Idem docuit ipse Socin. in c. perpendimus, num. 118. & 122. ex sententia Ioan. Andr. Innocentij, & Imolæ in c. dilecto. de senten. excomm. in 6. & Lap. in allegat. 73. & secuti sunt Felin. in d. cap. sacro. nu. 6. & 7. Francus in c. statutum, n. 4. & in c. Romana. §. caueat. in fin. de sent. excommu. in 6. Verum, (vt dixi in precedenti causa) superflua est excusatio hæc, si excommunicator iure sic excommunicare potuit.

30 Sexta est iusta excusationis causa, quando t excommunicator excommunicauit non per viam sententiæ iudicialis, sed statuti. Nam non incidit in aliquam pœnam, non seruando formas prædictas. Ita Socin. in dict. cap. sacro. num. 366. versic. 6. excusatur, sed idem dicendum est, vt supra.

31 Septima iusta excusationis causa est, quando t excommunicator non præmonuit excōmunicandum in omnibus casibus, in quibus non requiritur trina vel vnica monitio. Ita Socin. in dict. cap. sacro. num. 367. Verum, ( vt diximus in precedentibus, ) frustranea est excusatio, si iure fecit.

32 Octaua iusta excommunicationis causa est, quando excommunicatio est nulla. Ita Socin. in d. cap. sacro. numer. 369. qui tamen se remittit ad ea, quæ ipse scripsit eodem in cap. numer. 232. vbi refert Ioan. Andree, Abbatem & Lapum affirmantes, excommunicantem aliquem nulliter incidere in pœna huius Canonis, cap. sacro. §. caueat. Quorum opinionem veram esse existimo: cum excommunicatus patitur eandem iniuriam, & detrimentum, ac si fuisset iniuste excommunicatus. & ad rem facit, quod scribit idem Socinus in dict. cap. sacro. numer. 36. versic. 1. & pro hoc, & dicemus in subsequenti casu.


Nona excusationis causa est, secundum eundem Socin. in d. cap. sacro. num. 369. versic. nono excusatur: quando t excommunicator non requisitus intra mensem non tradidit excommunicationis exemplum ipsi excommunicato. Nam tunc excommunicator excusatur a pœna indicta a cap. 1. de senten. excommu. in 6. Verum causa hæc omitti poterat a Socino, quia etsi vera est, non tamen ad rem nostram pertinet, vt est satis clarum. Et idem dicendum est de tribus alijs causis, quas ipse Socinus subiungit, excusantibus a pœna d. cap. 1.

## CASVS CCCCXLIII:

Excommunicatus quibus pœnis puniri debeat, si iniuste conqueratur aduersus excommunicatorem, quod iniuste, vel nulliter ab eo fuerit excommunicatus.

## SVMARIA.

- 1 Excommunicatus si iniuste conqueratur, etiam ad interesse excommunicatorum tenetur, & pœna arbitraria. Sed an copulatiue, an alternatiue, numer. 2. 4. Item an si conqueratur sententiam iniustam, an etiam si nullam, num. 7.
- 3 [ vel ] dictio sui natura est alternatiua.
- 5 Excommunicatus ad interesse vel pœnam arbitrariam condemnatus, quid præstet, num. 6.
- 8 Excommunicatus iniuste conquerens, aduersus excommunicatorem excusatur ob probabilem errorem.



DISSERVIMVS in precedenti casu de pœnis indictis aduersus excommunicatorem, qui iniuste aliquem excōmunicauit: Nunc dicendū est

est de pœnis impositis contra iuste excommunicatum, qui iniuste conquestus est. Hunc puniendum esse statuit idem Innocen. in dict. cap. sacro. §. verum si contra de septen. excommu. cuius verba hæc sunt. [ Verum si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit a conquerente probatum, idem super iusta excommunicationis molestia per pœnam ad interesse, vel alias secundum superioris arbitrium condemnentur: nisi forsitan & ipsum probabilis error excuset, & super eo, pro quo fuerit iusta excommunicatione ligatus, per cautionem receptam satisfacere compellatur, vel in pristinam reducatur sententiam, vel ad satisfactionem condignam inuolubiler obseruandam. ] Hæc Innocentius, qui priore loco statuit certam pœnam, nempe t vt teneatur ad damna, & interesse erga ipsum excommunicatorem. Quæ sane damna & interesse eodem modo poterant probari, quo diximus in casu precedenti, nempe iuramento ipsius excommunicatoris damnū passi.

Altera est pœna aduersus hunc iniuste cōquerentem, t vt iudicis arbitrio puniatur: quæ tamen pœna non videtur indicta copulatiue, vt in duobus casibus precedentibus, sed alternatiue: sicuti significare videntur verba illa, [ Vel alias secundum superioris arbitrium. ]

3 Dictio t [ vel ] sui natura est alternatiua, vt scribunt Barto. in l. supra iter. §. officium. ff. de aqua pluuiæ arden. & late Euerard. in centuria legali, in loco, a natura alternatiuæ. Verum t existimo in casu nostro stare copulatiue: cum & in duobus casibus precedentibus Pontifex ipse Innocentius copulatiue imposuerit pœnam refectionis interesse cum alia pœna iudicis arbitrio. Pœna t autem interesse hoc etiam in loco comprehendit omnia damna, quæ ipse excōmunicator passus est, vt aduertit Socin. in d. cap. sacro. num. 377. sicuti etiam diximus significare in casu precedenti.

6 Illa pœna t arbitraria intelligitur de pecuniaria, vel simili, vt declarat idem Socinus prædicto in loco, numer. 378. & idem esset dicendum, quando illa dictio, vel staret alternatiue. Nam & tunc pœ-

na illa arbitraria deberet intelligi de simili pœna pecuniaria, vt egregie trahit Bald. in l. conuenticula, colu. 3. versic. item est argumentum a natura alternatiuorum. C. de episcop. & clericis, & in l. & si post tres. ff. si quis cautio. quem secuti sunt Socin. in l. 1. numer. 12. ff. de rebus dubijs. Felin. in cap. inter cæteras, numer. 16. de sentent. & re iudic. Euerard. in loco supra allegato, numer. 13. & Paris. in consil. 104. in fin. lib. 4. & dicemus infra in casu, vbi differemus, cuius sit electio in pœnis alternatiuis.

7 Et hæc quidem t pœna locum habet etiam quando excommunicatus egit aduersus excommunicatorem conquerendo excommunicationis sententiam fuisse nulliter prolatam. Ita Socin. in dict. cap. sacro, numer. 375. & 376. qui dixit eandem esse rationem, quod excommunicatus conqueratur de sententia iniusta, vel nulla.

8 Cæterum sicuti excommunicator, qui iniuste, vel nulliter excommunicauit, excusatur ob iustum, probabilemque errorem, vt diximus in precedenti casu: & iste excommunicatus t eodem modo excusari potest, vt statuit ipse Innocentius Pontifex, & declarat Socin. in d. cap. sacro, num. 379.

## CASVS CCCCXLV.

Monitiones necessariæ, antequam excommunicationis sententia promulgetur, quot dierum intervalla inter se habere debeant.

\*

## SVMARIA.

- 1 Monitiones quæ sunt excommunicando quot dierum intervallis distinguere debeant, num. 2. & 3.
- 4 Intervalla temporum quomodo, & quatenus iudicis arbitrio moderanda.



VM supra in casu ab hoc secundo scripturam, excommunicationis sententiam non esse proferendam, nisi prius præcedat trina monitio: vel vna saltem, tribus assignatis terminis dubitari nunc contingit, quot dierum & singuli ipsi termini esse debeant? Hac de re sunt opinioniones. Vna fuit eorum, qui opinati sunt satis esse, quod sint vnus diei. Ita sane Ioa. Andr. in c. constitutionem, de sentent. excomm. in 6. Abb. in c. facto. extra eo.

Secunda est opinio, quod & singuli termini sint saltem duorum dierum. Hac in opinione fuerunt Imol. in d. cap. constitutionem, & ita seruari in practica testatur Marian. Socin. sen. in c. perpendimus, nu. 110. de sentent. excomm.

Tertia est opinio & hæc temporum interualla relinqui iudicis arbitrio: cum iure nil certi sancitum legatur. Nam Gregorius X. Pontifex Maxim. in dict. cap. constitutionem, in fin. de sentent. excomm. in 6. vltus est his verbis, [aliquorum dierum competentia interualla.] Non enim declarauit, quod dies hi esse debeant: & propterea iudicis arbitrio relinqui recte dixit illo in loco. Ioann. Monachus, numer. 4. quem secuti sunt Guilielm. & Abbas relati a Socin. in d. cap. perpendimus, num. 112. qui idem visus est sentire. Et idem tradunt Syluester in summa, in verbo, excommunicatio, num. 12. & Franc. in n. c. constitutionem, §. 1. numer. 2. Et mihi placeat.

Excommunicator itaque & pro sua prudentia diligenter perpendenda negotij, & personarum qualitate hæc temporis interualla suo arbitrio statuere debet, vt recte admonet Monachus præcitato in loco. Sunt enim aliqua negotia, quæ ob imminens periculum celeritatem desiderant. Et ideo opus est breuem admodum terminum statuere, vt si parati essent homines ad iram, & arma, quibus iudex obuiam ire debet, l. æquissimum. ff. de usufructu. Sunt etiam alia negotia quæ multum temporis requirunt, vt si ingens pecuniarum quantitas esset nu-

meranda, quæ non nisi aliquot diebus comparari potest: Et propterea non solum sex dies sufficiunt, sed nec decem.

## CASVS CCCCXLVI:

Apostasiæ crimen quod, & quotuplex, & quibus pœnis apostataz puniatur, diligens, & accurata explanatio.

## SVMARIA.

- 1 Apostasiæ quid est, & quotuplex, numer. 2.
- 3 Apostata a fide, hereticus est vere, & eius exempla, num. 5.
- 4 Apostata a fide a quo possit inquiri.
- 6 Apostata a fide, pœna mortis naturalis punitur, num. 17. & excommunicatio, num. 7.
- 8 Apostatis a fide subditi obedire non debent, nisi nimium potentes sint, numer. 9.
- 10 Apostatarum a fide bona an publicanda, num. 11.
- 12 Apostata a fide testes esse non possunt, nec etiam testamenti factionem actiuam vel passiuam habent, num. 13.
- 14 Apostata a fide etiam post mortem intra quinquennium accusari possunt.
- 15 Apostata a fide, priuatus est hominum consortio.
- 16 Pœna vt aliquis priuetur hominum consortio, quæ sit.
- 18 Apostata a fide si pœniteat an recipi debeat, num. 19. & 21.
- 20 Ecclesia nunquam claudit gremium redeuntis.
- 22 Christianus metu coactus faciens actum infidelitatis, non est apostata.
- 23 Iudæus baptizatus compelli potest obseruare quod promissit.
- 24 Apostasiæ inobedientiæ quæ dicatur, & a quibus causis proueniat.
- 25 Apostasiæ inobedientiæ ab infidelitate proueniens quomodo punitur, & quid si a contemptu proueniat, num. 26. aut ignorantia, num. 27.
- 28 Apostasiæ irregularitatis quæ dicatur.

- 29 Regularis desertare religionem professa factus secularis, apostata est, & varijs pœnis punitur, 30. & seqq.
- 31 Regularis factus apostata bona illata monasterio non recipit, nec si post conueniat hereditas, succedere potest.
- 32 Regularis apostata a iudice laico prehendi potest.
- 33 Regularis apostata quomodo reuerti cogendus, & recipiendus.
- 34 Regularis deserto monasterio vagans etiam cum habitu non redeundi animo apostata est, & vt talis punitur.
- 35 Regularis professus religionem non omnino deserens, quomodo punitur.
- 36 Regularis professus habitu dimisso factus clericus secularis, apostata est.
- 37 Regularis professus etiam seruato habitu aliud monasterium eiusdem ordinis paulo laxius sine licentia sui prælati intrare potest, cum ea, & quandoque sine ea potest, num. 39.
- 38 Regularis professus quatenus arctiorē religionem ingredi potest.
- 40 Regularis professus ex causa habitum deponere potest ad tempus.
- 41 Regularis professus vt subueniat patri vel matri cum licentia sui Prælati exire potest religionem.
- 42 Regularis apostatarē coactus non est apostata.
- 43 Regularis professus ob delictum suum religionem eiectus non est apostata, & an talis, si pœniteat, recipi debeat, num. 44.
- 45 Regularis adhuc nouitius religionem omnino deserere potest.
- 46 Moniales apostatare quando dicantur, & quomodo puniendæ.
- 47 Clericus in sacris constitutus, deposito habitu viuens vt laicus apostata est, & varijs pœnis subiacet, num. 48.
- 49 Clericus existens in sacris si uxorem ducat, de heresi est suspectus.
- 50 Clericus secularis non constitutus in sacris, retento beneficio impune habitum abijcere non potest: cum beneficio potest, num. 51. sicut & si beneficium non habeat, num. 52.
- 51 Clericus non in sacris constitutus an abiecto habitu priuilegium fori & ordinis amittat, remissive.



VM inter excommunicatos solet aliquando connumerari apostata, propterea post relatos casus de excommunicatis vltimus est hoc in loco differere de ipso apo-

stata, & de pœnis, quibus plectitur. Quo vero facilius hæc explicentur, dicendum est prius ex sententia sacre Theologiæ, ac iuris Pontificij interpretum, nempe Diui Thomæ, Hostiens. Goffredi, & aliorum, quos refert Syluest. Prier. in summa, in verbo, Apostasiæ, num. 1. Apostasiæ esse temerarium a statu fidei, obedientiæ, vel religionis recessum.

Hac descriptione intelligimus, triplicem esse apostasiæ, nempe, desertionem fidei, inobedientiam, & irreligiositatem: sicuti tres has species distinguunt, atque constitunt gloss. in ca. 1. de apostat. & ibidem Abbas, Hostiens. in summa, de apostatis, vers. Quot species. Calderin. in cons. vnico, tit. de apostatis. Sylu. in loco supra allegato. Bernard. Diaz in pract. criminali, e. 109. n. 1. Marian. Socin. senior in rub. extra de apostatis, num. 3. Simancas in Catholicis Instit. tit. 3. & Decian. in tract. criminali. lib. 5. ca. 7. n. 1. & hæc quidem est recepta distinctio, atque diuisio, etli Caietanus in sum. in verb. apostasiæ, tres has species a fide, a religione, & ab ordine distinguit.

His enim tribus modis recedimus a Deo Optimo Max. sicuti ei coniungimur tribus contrarijs, hoc est, fide, obedientiæ mandatorum eius, & supererogatione, id est, religionis ingressu, vt egregie scriptum reliquit D. Tho. in 2. 2. q. 12. artic. 1. in respons. & eius nomine suppresso Marian. Socin. senior in rub. extra, de apostatis, nu. 3. De triplici itaque hac apostasiæ specie singulatim differendum est.

Prima est apostasiæ species, quam perfidiæ appellant prædicti omnes, quando scilicet quis totus recedit a fide. Hic dicitur & vere hæreticus, vt scribunt Hostiens. in cap. 1. de apostat. Caietan. in loco præallegato. Sylu. in summa, in verb. apostasiæ, num. 2. Albertin. in tract. de agnoscendis assertionib. Catholicis, q. 2. n. 3. & Alciat. in respons. 478. nu. 1. secundum

impresionem antiquam Lugdunensem. Royas in tractat. de hæreticis, in 1. pa. nu. 484. Decian. in d. tracta. criminali, lib. 5. cap. 71. num. 4. & cap. 72. num. 1. & Frac. Pegna in additionibus ad Directorium Inquisitorum, in 2. part. in commentario. 74. in princ. Intò apostata est plus quam hæreticus: cum hæreticus aliquos fidei Catholicæ articulos credat, apostata vero nullus: ex quo totus recessit a fide ipsa, sicuti tradunt prædicti omnes.

4 Et hic t̄ quidem apostata inquiri, ac puniri potest, non solum ab inquisitore hæreticæ prauitatis: sed etiam a iudice ordinario ecclesiastico: vt scribunt Oldrad. in consil. 36. colum. 1. versic. ad primum articulum. Zabarel. in Clemen. 2. in verbo, Inquisitoribus, de hæretic. Fehn. in cap. postulasti, num. 5. de Iudæis. Paris. in cōf. 2. num. 48. libr. Carrerius in tract. de hæreticis, num. 89. & Decian. in tract. criminali, lib. 5. cap. 15. num. 1.

5 Hoc graue crimen t̄ commisit impius ille Iulianus Imperator, qui hoc nomine, Apostata, insignitus fuit, cuius meminit Pontifex Maximus, in cap. Iulia. 11. q. 3. Hic cum se Christianum fingeret, & sacris initiatus vsque ad Diaconatum conscendisset, ex Christi Saluatoris nostri cultore persecutor factus a deo impie egit, vt ad vltionem, Deum Optimum Maximum impelleret, suscepto itaque aduersus Persas bello, cum in ipso prælio ab incognito inter costas læthale vulnus accepisset, sanguine suo manum repleuit, atque in cælum iaculatus in hæc verba prorupit. Exple iram tuam Galilæ, (ita enim Christum appellare consueuerat,) Fateor enim me a te superari. Eo verbo, religionis neglectu repetito eius causa, se morti confessus est. Hæc Marcus Antoninus Sabellicus in lib. 3. cap. 3. exemp. & Ioan. Baptist. Ignatius in lib. 1. cap. 2. ex Nicephoro, in libro decimo, cap. 34. cap. 35. Ecclesiasti. histor. Theodorito. lib. 3. Histor. Ecclesi. cap. 20. De Eiebolio vero Sophista ita scriptum reliquit Socrates in libro 3. cap. vndecimo Histor. Ecclesiastic. [Alij, qui animo parum sincero Christianam amplexabantur religionem, quique diuitias & honorem apud homines veræ beatitudini anteferebant, abiecta cunctatione ad im-

molandum se dederunt. Ex quibus vnus erat Eiebolius Sophista Constantinopolitanus: Qui quidem se ad Imperatorum ingenia, & naturam conformans, dum Constantinus regnabat, se ardentem fidem Christianam amplecti simulauit: dum Iulianus prætebatur Imperio, gentilitatem magnopere colere præ se tulit: Iulianoq. mortuo, religionem Christianam deuotè profiteri in animum induxit. Nam ante portam ecclesiæ se pronum abiciens, sic vociferatus est: Me quasi salem in spidum pedibus conculcate. Eiebolius, sicuti antea leuis, & inconstans fuit, sic quoque postea permansit.] Hæc Socrates.

Nostri, & patrum nostrorū ætate permultos nouimus apostatas, hoc est, Christianos iudaizantes, quos Maranos appellabant, qui ex Lusitania & Hispania expulsi ad Salonicam urbem Turcarum Tyranno subiectam profecti sunt. Refert. Alciat. in respons. 478. secundum antiquam impresionem Lugdunensem. de alijs dicemus infra.

Hic apostata permultis punitur pœnis, quas sic ex ordine enumerandas esse existimaui.

6 Prima est, vt puniatur, t̄ sicuti puniri solent alij hæretici, nempe pœna mortis naturalis: cum eodem modo contra vtrosq. procedendum sit, cap. contra Christianos de hæret. in 6. & in specie affirmant Soci. in cap. 1. num. 3. de apostat. Alciat. in d. respons. 478. num. 1.

7 Secunda est pœna t̄ mortis spiritualis, hoc est, excommunicationis, cap. ad abolendam, de hæreticis, & scribunt Hostiæ. in cap. 1. de apostat. & ibidem Abbas, & reliqui, Caietanus in summa, in verb. apostasia. Afflict. in commentarijs ad constitutiones Neapolitanas, rubrica 3. incipit. Apostatantes, num. 8. Syluester in loco supra allegato, num. 2. Decian. in d. c. 71. nu. 4. & in cap. 72. num. 1.

8 Tertia est pœna, quod t̄ priuatus sit obedientia, quam antea eius subditi, si quos habebat, præstabat: cum illi vinculo iuramenti censeantur liberati, sicuti scribunt Diuus Thomas in 2. 2. quæst. 12. artic. 2. Afflict. in comentarijs ad constitutiones Neapolitanas, rubr. 3. incipit Apostatantes, num. 7. versic. & si est apostata aliquis

aliquis. Syluest. in loco præallegato, nu. 2. Decian. in d. cap. 72. nu. 6. & de alijs hæreticis idem visus est constituere Analtasius in l. si quis Orthodoxæ. C. de hæreticis. in fine. ibi. [Omni splendore priuari: nullis populorum conuentionibus: nullis clericorum obseruationibus celebrari.]

9 Verum traditio hæc locum non habet, quando t̄ apostata esset Princeps adeo potens, vt illi nec Ecclesia, nec subditi resistere possint. Nam ei obedire peccatū non erit, nisi mandaretur aliquid contra fidem. Ita Afflict. prædicto in loco, adductus auctoritate Diui Ambrosij relata in cap. Iulianus 11. quæstio. 3. cuius verba hæc sunt. [Iulianus Imperator quamuis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat: Producite aciem pro defensione Reipublicæ obediabant ei: Cum autem diceret eis, Producite arma in Christianos: tunc cognoscebant Imperatorem cæli.] Hæc ibi.

10 Quarta est pœna, nempe priuationis t̄ honorum. Ita statuerunt Imp. Constantinus, & Iulianus in l. 1. C. de apostatis, his verbis. [Si quis lege venerabili constitutus, & ex Christiano Iudæus effectus sacrilegis cœtus aggregetur: Cum accusatio fuerit approbata facultates eiusdem dominio fisci iubemus vindicari.] Hæc Imp. Quorum quidem constitutionem visi sunt corrigere Imp. Theodosius & Valent. in l. 4. in fine. C. eod. de apostat. dum statuerūt bona apostatæ deferri eius legitimis successoribus.

Conciliando has constitutiones distinguunt Afflict. vbi supra nu. 5. Iulius Clar. in practica criminali, quæst. 78. vers. apostata, & Decian. in d. cap. 72. num. 7. vers. publicantur, quod autem apostata habet filios, vel agnatos, vel cognatos: & tunc illi succedunt, aut non habet: & tunc fisco publicantur atque deferuntur.

11 Iure Pontificio, t̄ quod in his obseruamus, sancitum est, hæretici bona deferri fisco, exclusis etiam filijs & descendens ipsius hæretici, Authen. Gazaros. C. de hæreticis, & cap. cum secundum, de hæreticis, in 6. & post alios tradit Simancas in Catholicis institutionibus titul. 9. numer. 4. Non etiam apostata ille capax

est alicuius legati, vt post Abbatem, & Friederic. de Senis tradit Afflict. in præcitata constitutione, Apostatantes, num. 15.

12 Quinta est pœna, vt t̄ ferre nequeat aliqua de re testimonium, l. 3. C. de apostata. ibi. [a testimonijs alieni.] & tradit Afflict. in d. constitutione, Apostatantes, num. 7. & num. 16. quod nec acquirere potest ex contractu.

13 Sexta est pœna, quod t̄ priuati sine factione testamenti a cœna, & passua, dicta, l. 3. Afflict. præcitato in loco.

14 Septima est pœna, quod t̄ contra eos proceditur etiam per quinquennium post eorum mortem. Ita Alberic. in l. 1. C. de apostat. & Afflict. in commentar. ad constitut. Neapolit. rubr. 3. de Apostatantibus in rub. in fin.

15 Octaua est pœna, vt dicantur t̄ priuati hominum consortio, d. l. 3. in princ. ibi. [a consortio omnium segregati sint.] Quæ sanæ pœna maior est pœna relegationis, vel deportationis, de qua (ni fallor) senserunt ijdem Imp. in d. l. 3. ibi. [Quos etiam præciperemus procul abijci, ac longius amandari: nisi pœnæ visum fuisset, esse maioris, versari inter homines, & hominum carere suffragijs.] Hæc illi, Existimo t̄ pœnam hanc similem esse pœnæ excommunicationis, quæ excommunicatus priuatur consortio, commercioque hominum, cap. sicut. 11. quæst. 3. cum similibus. Ex his intelligimus errore lapsos esse Nicolaum Arelatanum in tracta. de hæreticis, notab. 44. & Alphons. de Castro in lib. 1. de iusta hæreticis punit. cap. 23. dum scripserunt, Imp. Theodos. Valens, & Arcadius in d. l. 3. non indixisse t̄ his apostatis pœnam mortis. Rectius quidem dicere possumus, eosdem Imp. Theodos. & Valentem in l. eum qui. C. de apostat. statuisse a fortiori ipsos apostatas esse puniendos pœna mortis, dum statuerunt, ea pœna puniri eum, qui suasionibus, aut vi compulsi aliquem ad apostasiam. Iure Pontificio. est clarum, apostatam puniri pœna mortis cum aduersus eum procedendum sit eo modo, quo contra hæreticum, c. qui dam, de apostat. & dicemus infra.

16 Nona est pœna, vt t̄ nec quidem si erroris penitet: & reuerri velit, recipi debeat. Ita statuerunt prædicti Imperatores

Theodosius, Valens & Arcadius in d.l. 3. his verbis. [Sed nec vnquam in statum pristinum reuertantur: nec flagitium horum oblitescitur pœnitentia, neque vmbra aliqua equisq; defensionis, aut muniminis obdueretur: quoniam quidem eos, qui fidem, quam Deo dedicauerant, pollicerunt, & prodentes diuinum mysterium in prophana migrauerunt, tueri ea, quæ sunt commentitia, & concinnata nõ possunt lapsis etenim & errantibus, subuenitur: perditis vero hoc est, sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, (quæ solet alijs criminibus adesse) succurritur.] Hactenus Imperatores. Cæterum iure t Pontificio alter sancitū esse, & hodie obseruari affirmant Gondisslaus de Villadiego in tracta. de hæret. quæst. 20. num. 2. Cymmericus in Directorio Inquisitorum, quæst. 44. num. 1. Bernard. Comens. in Lucerna Inquisitorum, in verbo, Apostata. §. 3. Repertorium Inquisitorum, in verb. Apostasia. §. sed vtrum ea. Paris. in consi. 2. num. 188. lib. 4. qui de his respondit. Simancas in Catholicis institutionibus, titu. 7. num. 4. & 5. & in Enchiridion, titu. 1. n. 2. & 3. Franc. Pegna in additionib. ad Nicolaum Arelatanum in tracta. de hæret. notab. 44. & in additionib. ad Directorium Inquisitorum EymERICI, in 2. par. commentar. 74. colu. 2. vers. Et si haberi. Iul. Clar. in pract. criminali. §. fina. quæst. 78. versic. apostata. Et Decian. in d. tract. criminali. lib. 5. tit. 2. num. 8. Et ex sacris Theologis idem scripserunt Paludan. in 4. sententia, distinct. 13. quæst. 3. & Alphons. de Castro in lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 23. Et idem cum his & ego sentio, & si c. quidam. de apol. & cap. contra, de hæret. in 6. non satis probant. Nam cap. quidam. loquitur, (ni fallor) quando Iudæus baptizatus non omnino apostatauit: sed obseruat ritus aliquos Iudaismi, quos omittete cõpellitur, ne sit (vt inquit ipse text.) homo duplex, cum ita hunc locum interpretatus fuisset reperij deinde Alphonsum de Castro in loco supra relato. Sic pariter intellexisse: qui quidem dixit, sententiam hanc manifeste probari illa constitutione Bonificij VIII. in d. cap. contra, dum statuit, procedendum esse contra apostatas, sicuti pro-

ceditur aduersus hæreticos. Porro hæretici reuertentes recipiantur, ergo & apostatae.

Verum dubito ne omnino concludat argumentum: cum simul stet, quod apostata puniatur eadem pœna, qua hæreticus, id est mortis; sed quod non, æque ac hæreticus recipiatur, si apostasia pœnitentiar. Auxit quidem ius Pontificium pœnam contra apostatam, vt scilicet puniatur, vt alius hæreticus: non tamen reuerso tribuit indulgentiam. Ille demum locus Siricij Papæ Epist. 1. cap. 3. qui ita habet. [Et si respicientes forte aliquando fuerint ad lamenta conuersi, his, quam diu viuunt, agenda pœnitentia est, & in ultimo finis suo reconciliationis gratia tribuenda: quia docente Domino, nolimus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.] Hæc Siricij, qui dum admittit huc apostatam reuersum esse ecclesiæ reconciliandum: atque ita recipiendum in ultimo fine, sicque in articulo mortis, sicuti in aliquibus excommunicatis solet obseruari, sensit, quod viuens recipiendus non sit. Ratio illa mihi magis probatur, quod ecclesia t benigna mater nunquam claudit gremiū redeuntis. [Ezechielis cap. 18. & 33. Matthæ cap. 18. & l. inter claras. §. quia gremium C. de summa Trinit. & fide Cathol. Hinc videmus in hæreses lapsos recipi, cap. ad abolendam, de hæret. & late Paris. in consi. 2. num. 190. libr. 4. Et si relapsos non recipit, cap. ad abolendam. de hæret. & post alios tradit Simancas in Catholicis Institutionibus tit. 57. num. 10. Quod ea ratione ecclesia facit, ne alioqui de salute desperantes ab infidelitate non reuertantur.

Quocirca exploranda t omnino est opinio illa Nicolai Arelatani in præcitato notab. 44. & prius Afflict. in commenta. ad constitio. Neapolit. rubr. de apostatis. in rub. num. 2. & ipsa constitutione, num. 5. in fin. negantium, Apostatam reuersum esse recipiendum, eique parcendum.

Cæterum obseruandum est, quod si Christianus t metu coactus actum fecit infidelitatis, vt puta adorando idola, non dicitur apostata, & consequenter non est excommunicatus: & si mortaliter peccat. Ita post Raymundum scribit Syluester. in summa, in verbo, apostasia, num. 4. versic. secundum.

secundo, quod faciens, & Afflict. in d. cõstit. Apostantes, num. 9.

Et dubitandum non est, quin Iudæus t baptizatus compelli possit obseruare quod promisit, sic & tenere quod semel suscepit, cap. plerique, de consecrat. distin. 3. & d. cap. quidã, de Apol. Cum Iudæis baptizatis, qui impie ritus iudaicos obseruabant, seuerè aliquando actū fuit apud Lusitanos Vlisbonæ, si quidẽ annos 1506. Iudæi, qui magno numero baptizati fuerant, occulte ritus Iudæorū obseruabant, cum Iudæis carnes vetitis temporibus edebant, & Pascha cū eis celebrabant. Accusati ij fuerant Regi, qui & si iussit ex eis sexdecim præhendit: attamen statim fere impune dimissi fuerunt. Quod ægre ad modum ferentes ciues in Regem conspirarunt, & arma aduersus illos apostatas susceperunt, ac fere ducentos interfecerunt. Auctor est Marquard. de Sufanis, in tracta. de Iudæis, in 3. part. cap. 2. num. 5. ad fin.

Secunda est apostasiæ species, quæ dicitur t inobedientiæ, vt quando quis resistit a mandatis Dei: & hæc omni peccato mortali inest, sicuti scribunt D. Thom. in 2. 2. quæst. 12. arti. 3. & Syluester. in summa, in verbo, Apostasia, numer. 3. Et hæc quidem inobediencia prouenire atq; descendere solet a tribus causis, secundum ipsum Syluester.

Prima est, quæ prouenit ab infidelitate vt si quis credit suum Pontificem carcere auctoritate condendi canonem. Hic tanquam hæreticus punitur, c. nulli. distin. 19. vbi Hugo affirmat, hunc esse excommunicatum, hæreticum & schismaticum. Idem scripserunt Gemina. & Abb. ab eodem Syluestro allagati. Socin. in c. 1. num. 3. de apol. & Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 73. numer. 1. & accedit Bernard. Diaz in pract. criminali, cap. 109. colu. 2. vers. vide tamen Abb.

Secunda est causa, a qua prouenit apostasia hæc inobedientiæ, nempe a contemptu, quando quis contemnit obedire præceptis Dei, vel Canonum, siue Prælatorum. Hic punitur t pœna infamiæ, excommunicationis, & repellitur a ferendo testimonio cap. si quis a suo. 3. quæst. 4. & cap. si aurem nobis. 11. quæst. 3. Syluester.

Diaz præcitatis in locis. Decian. in d. lib. 5. cap. 71. num. 2. in fin. & subiungit Syluester. quod si hic persistit in contumacia, augeari debet pœna: quod sane augmentū quantum esse debeat non explicat ipse Syluester ob id iudicis arbitrio relinquitur, id quod sensit & Decian. in d. tract. criminali, lib. 5. cap. 73. num. 1. qui dixit, quod si est clericus potest deponi: Imo & tradi iudici seculari puniendus. Idem prius scriptum reliquit Socin. in dict. cap. 1. num. 3. versic. postet etiam, de apol. qui & alia ad hanc rem tradidit.

Tertia est causa, a qua prouenit hæc apostasia, nempe ab ignorantia, vel fragilitate, siue appetitu alicuius rei delectabilis. Hæc t inobediencia (inquit Syluester. prædicto in loco post Abbatem in cap. 1. de apol.) minus seu mitius punitur, sic & Diaz supra relatus. Porro quæ sit minor hæc pœna, non declarat Syluester, dicit e possumus, in iudicis arbitrio repositam esse: cum nec iure diffinita legatur.

Tertia est species apostasiæ, t quam irregularitatis, vel irregularitatis Doctores appellant. Et illa quidem est, quando quis deserit religionem quam fuerat ingressus: Et sicuti miles, qui militiam deserit, desertor appellatur, l. desertor, ff. de remilita Sic & illum recedentem a religione, hoc desertoris nominari posse recte scriptum reliquerunt Simancas in Catholicis Institutionibus tit. 3. & Nauar. in consi. 1. num. 3. de apol. libr. 5.

Cæterum cum permulti sint gradus, & status clericorum, atque religiosorum, de singulis, distinguendo casus differendum est. Et primum quidem de regularibus: deinde de secularibus.

Primus est casus, quando t quis iam ingressus, & profusus est religionem regularem: deinde eam omnino deserit, abiecto habitu, efficitur secularis. Hic dicitur vere, & proprie apostata, cap. quantumlibet. 47. distin. cap. legi. 16. quæst. 1. procliuius. 20. quæst. 3. cap. 1. de apol. & cap. vltim. de vita & honesta. cleric. & tradunt omnes in rubr. & cap. 1. de apol. Caieta. in summa, in verbo, apostasia, Syluester in summa, in verbo, apostasia, num. 3. in fine. & num. 9. versic. in professo. Et Decian. in d. cap. 71. num. 3.

- 30 Hic apostata varijs t'pœnis puniri solet. Et primo quidē tamquam hæreticus excōmunicatus ipso iure dicitur, c. in audientia, de sent. excomm. & scribunt Diuus Antoninus in tract. de excommunicatione, cap. 53. nume. 10. Caietan. in loco supra allegato, & Decian. in d. c. 73. n. 3. & nu. 11. qui. nu. 13. subiungit, quod si hic in habitu seculari honeste viuit, mitius punitur. Intellego mitius pro iudicis arbitrio.
- 31 Secundo punitur ea pœna, vt bona t' quæ intulit monasterio, ei non restituantur, c. vltim. 17. q. 4. vt post alios tradit Decian. in d. c. 73. nu. 16. Imo si post a religione recessum obuēniat alicuius agnati. vel cognati hæreditas, succedere ipse non potest, sicuti respondit Roman. in consil. 268. incipit. In casu proposito.
- 32 Tertio punitur, vt præhendi t' possit a iudice laico si ne metu censuræ, c. 1. de apostata. quod sic sunt interpretati Doct. ibi & Decian. in d. c. 73. nu. 19.
- 33 Quarto punitur, vt t' cogi possit reuertri: & sic secundū regulam non est ad eundem statum recipiendus, sed carcerand': carcer debet esse eiusmodi, sicuti vir bon' sicque iudex arbitrari debet. Ita post Hotien. & Butr. tradit Syluest. in summa, in verbo, apostasia, nu. 11. in fin.
- 34 Secundus est casus, quando t' regularis iste professus monasterium deserit non redeundi animo, & cum ipso habitu vagatur. Hic etiam dicitur proprie apostata, vt post Raymundum & Innocent. tradit Syluest. in summa, in verbo, apostasia, nu. 9. versu. in professio. versu. si vero exeat. Calderin. in consil. 1. in titu. de apostata. Iulius Clarus in practica criminali. §. fina. quæst. 78. versu. apostata. & Nauar. in cōf. vnico, num. 8. titu. de apostasia, libr. 5. Et propterea eisdem pœnis punitur ac ille, de quo diximus supra.
- 35 Tertius est casus, quando t' regularis professus non omnino deseruit religionē: sed habitum coopertum deserit: etiam si studiorum causa esset in aliquo Gymnasio: Hic quoque dicitur apostata, cap. 2. ne clericus, vel monach. in 6. & scribunt glo. in Clement. 2. de vita & honesta. cleric. quæ ita aliquando iudicatum fuisse testatur Ioan. de Ana. in rubric. de apostata. An

charan. Zenzelinus Imola in d. Clemen. 2. Decian. in d. cap. 73. nume. 3. & cap. 75. numer. 8. Idem est, quando regularis iste deferret habitum secularium coopertum habitu ipso religionis, sicuti post glof. Io. Andreæ, & Paulum de Leazaris tradit idem Decian. in d. cap. 73. num. 3. versu. sed & si quis. Porro quæ pœna paniri hic debeat, non explicat Decianus; dici potest non puniri pœna ordinaria: sed extra ordinem iudicis arbitrio.

36 Quartus est casus, quando t' regularis professus, dimisso ipso religionis habitu, clericus secularis efficitur. Hoc etiam casu dicitur apostata. Ita Abb. in cap. vltim. num. 1. de apostata. & ibid. Socin. num. 2. & Decian. in d. cap. 73. num. 25.

37 Quintus est casus, quando t' regularis professus, retento habitu, deserit monasterium proprium, & aliud eiusdem ordinis paulo laxius sine sui prælati licentia ingreditur. Hic etiam dicitur proprie apostata. Ita Syluest. in summa, in verbo, apostasia, num. 9. ex sententia glof. in c. vlti. de apostata. & accedunt Innocent. & alij re-lati a Decia. in d. cap. 73. num. 21. & n. 25. in fin. Ex quo sequitur econtra, quod si cum licentia ipsius prælati ingreditur, nō est apostata.

38 Sextus est casus, quando t' regularis professus deserit religionem illam, & aliā, arctiorem tamen ingreditur, præsertim cū sui primi prælati licentia. Hoc casu non dicitur hic apostata. Ita Syluest. in loco supra alleg. Innoc. in cap. intelleximus, de ætate & qualitate. & in c. ex parte. de temp. ordin. Ioan. Andr. in c. Ioannes. de regul. Archid. in c. vltim. dist. 50. Abb. in c. sane, de regula, & Decian. in d. cap. 73. n. 15. qui post Abbatem Baifium intelligit, quando transit zelo perfectioris & sanctioris vitæ: secus si odio prælati, vel leuitate, aliaue simili de causa sic & Nauar. in consil. 68. in fi. tit. de regularib. libr. 3. Imo idem est, quando t' cum sui prælati licentia trāsit ad laxiorem. Ita sane Ioan. de Anan. in cap. vltim. de apostata. & Decian. in d. c. 73. num. 25. Et rursus idem est, quando sine prælati licentia transit ad laxiorem, in qua ramentur religionis vota substantialia, nempe castitas, paupertas, & obedientia, sicuti scribunt Abbas & Anna. in d. cap.

d. cap. vltim. de apostata. Bald. in l. iube-mus. §. 1. C. de episcopo & clero. Imol. in c. intelligimus, de ætate & qualitate. Socin. in cap. vltim. in fine, de apostata. Nauar. in consil. vnico, num. 5. titu. de apostasia, libr. 5. Afflic. in commentar. ad constit. Neapolita. rub. 3. Apostatantes, num. 15. & Decian. in loco præalleg. cap. 75. num. 2.

40 Septimus est casus, quando t' regularis professus, aliqua iusta de causa dimisit habitum, animo tamen non deserendi, nec religionem, nec habitum ipsum, vt si trāsit per loca valde periculosa, vbi si cognoscere-tur, vitæ periculum subiret. Hoc sane casu non diceretur apostata. Ita Abb. in cap. 1. num. 3. de apostata. Est etiam iusta causa, si sumeret habitum infidelium, vt tuto posset confortare & confirmare Christianos captiuos & similes: quemadmodum fecisse Diuum Sebastianum refert Diuus Antoninus in summa, in 2. p. titu. 12. cap. 6. quem secuti sunt Syluest. in summa, in verbo, apostasia, num. 4. versu. tertio, quod nec Socin. in cap. 1. num. 5. de apostata. Afflic. in d. constitur. Apostatantes num. 9. & Decian. in d. cap. 75. numer. 31. qui idem esse affirmat, quando alia simili de causa habitus deseritur: quæ autem sit hæc iusta alia causa, inquit esse in iudicis arbitrio repositum, ex sententia Francisci de Platea in tracta. de excommunicatione. §. 9. num. 3. Et quidem iudex æstimare iure poterit, iustam t' esse causam, quando regularis iste exiret religionem, cum sui tamen Prælati licentia, causa subueniendi patri, vel matri inopia laborantibus. Ita Diuus Thomas in 2. 2. quæst. 101. artic. quem secuti sunt omnes, teste. Nauarro in consil. 65. num. 2. tit. de regularib. libr. 3. & in consil. vnico. nu. 8. tit. de apostata. libr. 5. & alias causas refert Nauar. in d. consil. 66. num. 3. & 5. & in cōf. 67. num. 2. & in d. consil. vnico. num. 12.

41 Octauus est casus, quando t' regularis professus cogitur apostatare. Hoc etiam casu is non dicitur apostata, etsi mortale peccatum committit. Ita scribunt Diuus Antoninus, in d. cap. 6. in princ. & Decian. in d. cap. 75. num. 5.

42 Nonus est casus, quando regularis t' professus ob aliquod a se patratum scelus & delictum fuit a religione eiectus. Hoc

etiam casu non dicitur hic apostata. Ita Archid. & Butr. quos refert Syluest. in summa, in verbo, apostasia, num. 10. qui subiungit, hunc eiectum t' esse denuo recipiendum si erroris pœnituit, & vult reuertri. Qui intelligunt, quando regula religionis non repugnat, quia tunc non est recipiendus: sed aliquo in loco, in quo esse possit sine scandalo, alendus religionis impensa, & idem Syluest. in d. verbo, apostasia, in fine late declarat, a quo monasterio ali debeat regularis translatus ob crimen ad aliud monasterium: an scilicet ali debeat a primo vel secundo, vel ab utroque. Quæ de re non est quod plura scribam: cum locus non postulet.

Decimus & vltimus est casus, quando t' regularis adhuc nouitius, atque ita intra annum probationis, deserit omnino religionem. Hoc sane casu non dicitur iste apostata: cum ipsi religioni non se astrinxerit. Ita passim præcitat omnes Doct. admittunt, nec dubitationem habet.

46 Quæ hætenus de his regularibus diximus locum habent t' etiam in monialibus & si raro admodum contingit. Hæ quoque si emissa professione claustra, exeunt habitu omnino dimisso apostatae dicuntur, & ob id puniuntur, ea pœna, vt in eodē monasterio districte custodiatur, c. peruenit. & c. si cultus. 27. q. 1. & tradit Decia. in d. cap. 73. n. 17. qui paulo supra dixerat, moniali transeunti ad aliam religionem non esse restituenda bona ipsi primo monasterio oblata.

Disseramus nunc de clericis secularibus, qui ordinem deserunt, & ad statum omnino secularem transeunt. Inter hos & regulares: de quibus statim diximus, differentiam etiam nominis constituit Caietan. in summa, in verbo, apostasia. Illos inquit a religione, hos ab ordine retrocedere dixit. Distinguendi hic sunt tres casus.

47 Primus est, quando clericus t' secularis iam in sacris constitutus, relicto habitu clericali, viuit omnino tanquam laicus. Hoc casu dicitur iste apostata. Ita Innocent. in cap. quoniam. de vita & honesta. cleric. Caietan. in loco præallegato. Syluest. in summa, in verbo, apostasia, num. 5. versu. si autem clericus. & num. 6. Abb. in ca. 1. num.

num. 3. & ibidem Socin. num. 4. & idem in cap. vltim. num. 4. eo. de apost. Ioa. de Ana. in c. tuæ. num. 11. de apost. Iul. Cla. in pract. crim. §. fin. q. 78. vers. Apostata. in fi. & Decian. in præcita. tract. crimina. lib. 5. cap. 73. num. 2. Hic varijs t̄ pœnis puniri potest. Et prima quidem est excommunicationis. Ita Abb. Soc. & Decian. ista rim allegati. Secunda est pœna infamiæ, quam ipso facto incurrit, c. alieni erroris. 2. q. 7. & propterea repelluntur ab accusando & ferendo testimonium, c. consulti. de regula. c. 1. & 2. q. 4. & c. infames. 6. q. & scribunt Afflic. in præcita. constit. apostatantes. nu. 17. & Decian. in d. c. 75. nu. 7. qui. num. 8. & 9. subiungit, non admitti etiam ad quoduis officium clericatus, aut dignitatem. Tertia est pœna, quia re ipsa perdit privilegium ordinis, vt scribunt Abb. in c. 1. num. 5. de apost. & ibidem Soc. nu. 4. 7. & 8. Bernard. Diaz in pract. crimina. cap. 190. ad fin. Decian. in d. c. 73. num. 4. §. 6. 7. 22. Et est quarta pœna, quia compelli potest reassumere ipsum habitum, & clericaliter viuere. Ita Abb. in c. tuæ. de apost. & ibid. Socin. nu. 4. & idem Soci. in c. pen. num. 1. 2. & 3. eo. tit. Et Decia. in d. c. 73. nu. 24. qui dixerunt posse etiam carcerari, & pœnis affligi donec habitum reassumant.

49 Est etiam obseruandum, quod si hic clericus t̄ existens in sacris, habitu eiecto, vxorem duxit, de hæresi est suspectus, & in eum inquisitor potest procedere: sicuti tradunt Io. Lupes in cap. per vestras. §. 18. num. 26. de donat. inter virum & vxor. Bernard. Diaz in pract. crim. c. 74. Simanc. in cathol. instit. tit. 40. & Pegna in commenta. ad Directorum Inquisitorum in 2. par. commenta. 74. colu. 2. vers. atque hæc.

50 Secundus est casus, quando clericus non est in sacris: sed habet solummodo primam non tonsuram, vel etiam quatuor ordines minores, habet tamen beneficium. Hic t̄ si abiecto habitu, retento beneficio, viuit tanquam vere secularis ceteretur apostata. Ita Innocen. & Abb. in c. tuæ. de apost. Syluest. in loco supra allegato. num. 5. vers. fallit tamen, & num. 8. in fin. Iul. Clar. in d. quæst. 78. vers. apostata. & Decian. in d. cap. 73. numer. 23. &

24. Hic aliquando punitur pœna amissionis priuilegij fori & ordinis, vt dicemus in sequenti casu. Præterea cogi potest reassumere habitum. Ita Socin. in c. 3. num. 4. de apost.

51 Cæterum, si vna t̄ cum dimisso habitu, dimittit & beneficium, apostata non est, vt scribit Caieta. in summa, in verbo, apostasia, in fin.

52 Tertius est casus, quando t̄ clericus secularis carens beneficijs, habet tantum primam tonsuram, vel etiam ordines minores, deserit habitum clericalem, hic nõ dicitur apostata. Ita Innocen. Abb. Caieta. & Syluest. præcitat. in locis, & Decia. in d. cap. 73. num. 24. & in cap. 75. numer. 4. & in fin.

53 Verum an clericus t̄ iste, abiecto habitu amittat privilegium fori & ordinis, distinguunt Socin. in cap. 1. num. 7. & 8. de apost. & Afflic. in sæpius allegata constitutione, Apostatantes, num. 19. 21. & 22.

CASVS CCCCCXLVII.


Iudæis baptizati ad Iudaismum defecisse, quibus signis & coniecturis dici possit.

SVMMARIA.

- 1 Iudæus quibus signis ad Iudaismum reuersus colligatur, in iudicis arbitrio est.
- 2 Iudæus sollemniter a suis rebaptizatus defecisse præsumitur, sicut & Iudæorum ritus adhuc obseruans, num. 3. aut eorum errores defendens, num. 4. & mutato sibi in baptismo nomine, priore tamen adhuc nominari volens, num. 5. Itē tractans negotia non nisi a Iudæis tractari solita, num. 6.
- 7 Natio eorum qui ad Iudaismum defecerunt, facit aliquem qui ex eâ natus est, præsumi quoque defecisse.
- 8 Iudæus sine literis Episcopi sui, aut Principis ad locum vbi incognitus est proficiscens, defecisse præsumitur. Item si ad locum vbi multi Iudæi habitant, num. 10. aut vt transmigrando occulte euitet vrbes Christianorum, n. 11.
- 9 Iudæus baptizatus si sit circumcissus, quatenus

tenus defecisse præsumatur.

12 Viam in solitam ingrediens, præsumptionem contra se habet.



**X**PLICAVIMVS in præcedenti casu, qui dicantur apostatæ, & de eorum pœnis: ac præsertim de Iudæis sacro baptismo mutatis, qui ad iudaicam reuerſi sunt prauitate. Nunc dicendū est, quibus signis & coniecturis colligi possit, hos ad Iudaismum fuisse reuersos. Et quidem Alcias. in resp. 478. n. 1. secundū impressionem antiquā Lugdunensem sensit iudicis t̄ arbitrium in his versari, & recte quidem: cum signa & coniecturæ, quæ certa lege definita nõ sunt, in iudicis arbitrio esse reposita scripsi supra in casu 115. n. 3. & nu. 8. & simile tradit Ripa in tract. de peſte, in tit. de remedijs ad cõseruandã vbertatē, n. 8. Porro signa & coniecturæ nostro in casu aliquæ sunt claræ, vt certæ dici possint probationes: aliquæ dubiæ. De singulis disseramus.

1 Primum est signum, quando t̄ constat Iudæum post susceptum sacrosanctum baptismum fuisse ab eisdem Iudæis rebaptizatum ea solenni, qua illi vti solent: forma, cuius meminit Cymericus in Directorio Inquisitorum, q. 44. n. 6. in 2. pa. Hoc signum est adeo certum, vt nullam recipe re possit dubitationem.

2 Secundum est signum, quando t̄ constat Iudæum ipsum baptizatum adhuc obseruare ritus & cærimonias Iudæorum, celebrando eorum festiuitates & solennia. Ita Cymer. in loco supra relato, & ibid. Franc. Pegna in cõment. 69. col. penul. Et hoc quidem signum est satis certum, etsi non ita vt præcedens.

3 Tertium est signum, quando t̄ Iudæus baptizatus defendit Iudæorum errores. Ita dicimus de his, qui defendunt errores hæreticorum, vt præsumantur hæretici. Ita Cymer. in Directorio Inquisitorum, in 2. pa. q. 50. nu. 2. & 3. & ibid. Pegna in cõment. 75. colu. 2. vers. factis autem, vbi refert Concilium Narbonense, quod ad rem hæc est valde egregiū. Et tradit aliqua Simac. in Catholicis institutio. tit. 15. n. 8. & 9.

4 Quattum est signum, quãdo t̄ Iudæus baptizatus etſi in sacro baptismo mutatum ei fuit nomē: vt puta, quia appellabatur Isaac, & fuit nominatus Paulus: attamē adhuc retinet illud nomē Isaac, eoq; vult nominari. Hoc sane signū & coniectura est quod a Christianismo defecit ad Iudaismum: sicuti in specie respondit Craue. in cõf. 73. n. 13. & 14. quæ secuti sunt Vinus in lib. 2. comm. opinionū, opinio. 93. vers. & nomen turpe, & Franc. Pegna in præcitat. tis additio. ad Directorium Inquisit. in p. 2. comment. 69. col. pen. vers. & imponitur. Et in 2. p. comment. 25. col. 1. Porro nulla est suspicio, si in sacro baptismo retinuit nomen, quod etiã est apud Christianos vsitatum, vt si nominatur Ioseph, vel Simo. Ita Pegna in d. comment. 69. col. pen.

5 Quintum est signum atque coniectura, quando t̄ Iudæus baptizatus pertractat negotia solita a Iudæis tractari, vt si exerceat vsuras, vel similia, Ita Craue. in d. cõf. 73. Et accedit Afflic. in comment. ad cõstitutio. Neapolita. rubr. 3. Apostatantes, num. 4. qui scriptum reliquit, suspicione esse aliquem ad Iudaismum defecisse, vel aliter apostatasse, quando facit actus ab infidelibus fieri solitos, vt sacrificando idolis, vel dæmonibus, vel visitando sepulchrum Maumethi.

6 Sextum est signum & coniectura, quãdo t̄ Iudæus iste baptizatus est ex natione eorū, qui ad Iudaismū defecerunt. Ita respõdit Alcias. in respõ. 478. n. 2. secundū impressionē antiquā Lugdunensem, qui motus est arg. tex. l. quod si nolit. §. nãcipia. vers. plerumq; enim natio. ff. de ædificio. ædicto. de quo multa scripsi in cõment. de præsumpt. lib. 1. q. 15. n. 9.

7 Septimum est signum & coniectura, quando t̄ Iudæus baptizatus a sua regione ad aliam remotam migrat, vbi ignotus est, & non habet literas parentes ab Episcopo suo, vt respondit Alcias. in d. resp. 478. numero. 2. vers. secundo, qui testatur, ita aliquando vidisse seruari in Gallia. Et nu. 2. vers. tertio, quia idem scripsit, quãdo non habet licentiam a Principe, quã iuxta ipsius Principis leges & ordines habere debet, cum est ab ea regione ad aliam migraturus.

8 Octauum est signum & coniectura, M quan-

9 quando t natus ex iam baptizato apparet circumcisus. Nam & tunc præsuntur ad Iudaismum defecisse. Ita intelligo & de claro Alcia. in d. resp. 478. vers. quarto. quia alioqui si intelligeremus de Iudæo ipso deinde baptizato, coniectura non esset vera: Cum Iudæi soleant circuncidi paulo post natiuitatem.

10 Nonum est signum & coniectura, quæ do t Iudæus iste baptizatus cum tota familia proficiscitur ad remotas regiones: ubi commemorantur multi Iudæi. Ita Alciat. in dict. respon. 478. n. 3. vers. quinto, quia secundum.

11 Decimum signum & coniectura est, quando t Iudæus baptizatus transmigrando e sua regione ad aliam remotam conatur euitare vrbes & oppida Christianorū, eundo per itinera insolita, se quantum potest, occultando. Nam tunc coniectura est, eum defecisse ad Iudaismum, vt respondit Alciat. in d. respon. 478. num. 3. vers. octauo, quia deuiauit, &c. qui motus est text. l. si quis per publicum. C. de cursu publ. lib. 12. vbi Bar. & idem Bart. & Platea in l. 2. C. eo. tit. & secutus est Ripa in tracta. de peste, tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem, num. 79. Scribunt ij, præsumi contra eum, t qui per viam insolitā & deuiam defert frumentum, quod aduersus edictum Principis, de non exportando extra prouinciam frumentum, illud exportaret.

## CASVS CCCCCXLVIII.

Apostatarum, aliorumq. hæreticorum fautores, defensores atq. receptatores, quibus pœnis puniantur.

## SVMARIA.

- 1 Fautores apostatarum quomodo puniantur.
- 2 Fautores hæreticorū quomodo puniantur.
- 3 Fautores hæreticorū qui dicantur.
- 4 Defensores hæreticorū qua pœna puniantur, & qui sint isti. remissive. n. 5.
- 6 Receptatores hæreticorū quomodo puniantur, & qui sint isti. remissive. n. 7.
- 8 Receptor hæretici consanguinei mitius punitur.



DE apostatis hætenus differuimus, nuuc agē dū est de eorum fautoribus, defensoribus, & receptatorib⁹, quibus scilicet pœnis plectēdi sint, Fautores t apostatarum puniri iudicis arbitrio, cum certa pœna aduersus eos iure indicta nō legantur, scripsit Franc. Squillacēis in tract. de fide catholica, q. 46. n. 2. quem secutus est Franc. Pegna in additionibus ad Directo. Inquisitor. in 2. par. q. 44. commentar. 69. col. 2. vers. talis in quā. Sic & aliorū hæreticorū t fautores iudicis arbitrio, puniri, sentit Simācas in Catholicis Institut. tit. 15. n. 15. & alijs seqq. quem mox referam. Sūt autem t horū fautores, qui quolibet modo fauent hæreticis, verbis, aut factis, vel eos excusando, vel occultādo, vel alimentis, aut pecunia inuando, vel alijs iniustis defensionibus eis fauendo. Ita Simācas in d. tit. 15. n. 11. ex sententia Turrecrem. in tract. de ecclesia, in 2. part. lib. 4. c. 21. & Zanchia in tract. de hæreticis, cap. 15. qui n. 1. scriptum reliquit, quod quis dicitur fauere hæreticis tribus modis, Primo, omissione seu negligentia. Secundo, cooperatione seu facto. Tertio, consilio seu verborum prolatione. Hæc diligenter, accurate & docte admodū prosequuntur Zanchius & Simac. præcitatis in locis, & eorū melius Franc. Pegna in additionib⁹ supra citatis in d. 2. p. commenta. 78. multa etiā scribit Decia. in tract. crim. lib. 5. c. 51. nu. 26. & 32. cum multis sequentib⁹. Sic & defensores t hæreticorū iudicis arbitrio certis in casibus puniri tradit idem Simanc. in præcitatis Catholicis institutionib⁹. tit. 15. num. 10. vbi n. 8. & 9. post Alphonsium de Castro in lib. 1. de iusta hæret. punit. c. 17. & Zanchium in d. tract. de hæreticis, c. 4. declarat, qui dicantur t hæreticorum defensores. Et alia scribunt Pegna in præcitatis additionibus, in d. 2. p. commenta. 77. & Decian. in d. c. 51. n. 9. & multis seqq. Ita quoque hæreticorum receptatores t certis in casibus iudicis arbitrio puniri tradit Simancas in d. tit. 15. qui n. 14. explicat, qui t dicantur ij receptatores. Idē scribit Zanchius in tract. de hæreticis, c. 6. qui nu. 3. inquit, consanguineum t receptan-

ceptantem hæreticum mitius puniri, hoc est iudicis arbitrio. Idem manifestius scribit Decian. in d. cap. 51. num. 68. & alia ad rem multa tradunt Pegna præcitato in loco, in comment. 76. & Decian. in d. c. 51. num. 64. vsque ad finem.

## CASVS CCGCXLIX.

Scriptores & impressores librorum hæreticorum quibus pœnis puniri possunt, & debeant.

## SVMARIA.

- 1 Librorum hæreticorum scriptores & impressores pœna arbitraria puniuntur, num. 5.
- 2 Scriptores librorum hæreticorum qua pœna puniantur.
- 3 Ars impressoria quando & a quibus inuenta.
- 4 Libri sine licentia & approbatione non imprimendi ex Concilio Lateranensi.



VM hæreticis fauere credantur scriptores ac impressores librorum hæreticorū, de his dicendum est. Nam & t ij aliquando pœna iudicis arbitraria puniuntur: sicut egregie tradit Franc. Pegna in additionib⁹ ad Directorium Inquisitorum, in 2. parte commentar. 17. colum. 1. vers. sed hæc seueritas.

2 Descriptio t horum librorum extat primum constitutio Iuliani in Nouella 42. de depositione Anthimi. &c. §. sit itaque in fin. qua, pœna amputationis manus indicta est scriptori, qui hæreticorū libros scribit Honorius III. Pont. Max. in cap. nouerit. de sent. excommu. statuit, hos scriptores esse excommunicatos. De impressoribus librorum hæreticorum nihil statui potuit ante annū 1465. quo tempore t duo fratres Germani impressoriam artem inuenire, teste Raphael Volaterano in lib. 33. Philologiæ capite, quod inscriptum legitur. Modus scribendi apud ve-

teres, in fin. cuius verba hæc sunt. [Sed iam diuina prouidentia ingeniorum immortalitati consultum, quando nouo peritro reperit hoc seculum non delictib⁹ libros, sed fingere ex æneis caracteribus, atramento scriptorū perfussis, pagina rotularibus expressis. Auctores duo ex Germania fratres Romæ ceperunt: anno 1465. Primique omnium Augustinus de ciuitate Dei, & Lactantius prodire.] Hæc Volateranus. In Concilio t Lateranensi celebrato sub Lenone X. anno 1515. in sessione 10. sancitum ita fuit. [Sacro approbante concilio statimus, quod de cætero nullum librum aliquem, siue aliam quamcūque scripturam tam in vrbe nostra, quam in alijs ciuitatibus & diocessibus imprimere, seu imprimi facere præsumat, nisi prius in vrbe per vicarium nostrum & sacri Palatii magistrum, in alijs vero diocessibus per Episcopum, vel alio ab Episcopo ad id deputandum & inquisitionem hæreticæ prauitatis illius diocesis, in quibus librorum impressio eiusmodi fieret, diligenter examinetur, & per horum manu propria subscriptionem gratis, & sine dilatione imponenda approbetur. Qui autem secus præsumpserit, vltra librorum amissionem, & illorum publicam combustionem excommunicationis sententia innodatus existat.] Hætenus Concilium.

3 Cæterum eruditiss. Franc. Pegna in additionibus ad Directorium Inquisitorum in 2. par. comment. 17. colum. 1. vers. sed hæc seueritas, scribit, tam scriptores, quam impressores librorum hæreticorum eadē pœna esse puniendos, qua puniri solent ipsorum hæreticorum fautores, hoc est pro iudicis, nempe Inquisitoris arbitrio, & recte quidem: Sic etenim statuit & summus Pontifex Pius V. in regulis editis ad indicem librorum prohibitorum, regula 10. vbi pari ratione eadem pœna arbitraria pro modo culpæ indicta est aduersus eos, qui ex remotis regionibus, vt Gallia, vel Germania ad nos deferunt hæreticorum libros. Id quod probauit & Pegna in præcitato comment. 17. colam. 1. in fin. Nam & ij hæreticorum, ( vt recte admonet Pegna ) fautores esse dicuntur.



CASVS CCCCCLII

Vicinae vrbes & dioceses, in quibus denuntiari debet excommunicatus, is qui sacrosanctae ecclesiae Romanae Cardinalis aliquomodo offendit, quae dicantur.

SVMARIA

- 1. Cardinalem occidens, vel hostiliter insequens ipso facto est excommunicatus, & talis sollemniter in vicinis locis denuntiari debet.
2. Vicinae civitates & dioceses in c. felicitis §. praesente, de poenis, in 6. quae dicantur, num. 3. 4.



TER magnas gravesque illas poenas, quas pro maximi sceleris perpetrati ab eo, qui sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis aliquem occiderit, percusserit, hostiliter insecutus fuerit, vel ceperit, vel locus fuerit facientis, vel quid simile fecerit, indixit Bonifacius VIII. Pont. Max. in cap. Felicitis, de poenis, in 6. vna est relata in vno cap. in §. praesente, ut impius iste delinquens ipso facto sit excommunicatus: Et singulis diebus Dominicis & festiuis pulsatis campanis & candelis accensis, per omnes illius loci ecclesias, in quo tantum facinus fuerit attentatum: nec non & civitatum & diocesum vicinarum excommunicati publice dehincantur. Dubitari hic solet, quae dicantur vicinae & civitates & dioceses, in quibus fieri debeat haec denuntiatio?

Vna fuit opinio eorum, qui scripserunt, dici vicinas, quae sunt intra duas dioceses. Ita Ioan. Andr. & Io. Monach. in d. §. praesente, num. 7.

Simile est quod sancitum est in cap. praesente, §. loca de praeben. in 6. Loca vicina ad hoc, ut beneficium vacans sit Pontifici reservatum, dici quando inter se distant per duas dioceses, & ibi glossa in verb. dioceses, scribit singulas dioceses esse viginti milliaria, iuxta l. i. ff. si quis cautio.

3. Secunda esse potest opinio, civitates & dioceses dici posse vicinas, quae distant per centum milliaria, sicut tradit simili in casu glossa in l. 4. §. si tam vicinum. ff. de dam. infest. municipium dici vicinum civitati, si ab ea solum distat centum milliaria, ne ipsius municipij in causam damni infestis ius dicere possit. Et glossa hanc visus est probare Alexan. in cons. 7. nu. 6. lib. 3.

4. Tertia est opinio, hoc & relinqui iudicis arbitrio, cum iure definitum hoc in casu non legatur. Ita glossa in d. §. praesenti, quam probant ibid. Anchar. nu. 3. Geminia. n. 2. & Philip. Probus in additionib. ad Ioan. Monach. num. 7. Marian. Socin. sen. in cap. perpendimus, num. 248. de sentent. excommunic. & Alexand. in d. cons. 57. num. 6. Et comprobatur multis illis similibus auctoritatibus, quas congepsi supra in casu 222. num. 26. vbi & glossa §. praesenti retuli.

CASVS CCCCCLI

Qua poena, & quando puniri debeat is, qui consilium dedit ei, qui Cardinalem offendit: & de poena indicta adversus offendentes fratres, & alios Collaterales.

SVMARIA

- 1. Cardinalem offendenti nudum consilium, vel simplicem favorem praestans quatenus puniatur.
2. Consilium nudum quod dicatur, numer. 3. & 6.
4. Consilium fugae dare, est auxilium ferre ad evitandam poenam commissi delicti.
5. Receptans & non indicans delinquentem etiam in personam Cardinalis, quando excommunicatus est.
7. Poena infligi potest collateralibus offendenti Cardinali pro iudicis aut Pontificis arbitrio, n. 11.
8. Statutum valet, quo agnati delinquentis puniuntur, sed odiosum est, n. 9. & quatenus intelligendum, nu. 10.

12 Poena alias infligenda fratri, vel agnato delinquentis, quando cessat.



ADE M, qua ante meminimus Bonifacij VIII. constitutione in d. c. felicitis, §. illud, & §. Caeterum de poenis, in 6. duo alia sancit ipse Pontifex, in quibus versatur iudicis arbitrium. Constitutionis verba haec sunt. [Illud autem non duximus omittendum, quod si quis fuerit in praemissis nudo consilio, aut simplici favore culpabilis, iudex in talem poenam meriatur ex culpa: ut secundum quod excessus exegerit, vindicta procedat. Caeterum, quia dignum est, ut nefandi ratione flagitij ultionis severitas amplius extendatur, & propter enormitatem culparum plagarum modus exuberet, nec poenis solitis contentetur: statuimus, ut ad collaterales fratres, videlicet nepotes & pronepotes talium possit extendere poenas in huiusmodi nostra constitutione contentas, circumscriptio Roma. Pont. prout circumstantiae rationabiles suadebunt. Praemissis etiam dignum censuimus annexendum: ut si quisquam aliquo praedictorum excessuum quencquam de clericis, vel religiosi nostrae familiae, vel Cardinalium afficere forte praesumpserit, proportionetur poena delicto: ita quod vindicta ex aequo excessu respondente ab offensa nostrorum cohibeantur deinceps manus temerariae formidine ultionis, quas Dei, vel nostra, seu fratrum nostrorum reuerentia non coercet.] Hactenus summa Pontif. Bonifacius, qui tria, ut admonuit, iudicis arbitrio tribuit. Et primum quidem poenam, & qua puniendus est is, qui vel nudum consilium, vel simplicem favorem dedit ei, qui Cardinalem offendit, ut scilicet, puniatur pro modo culpae & excessus. Nulla certa poena iudici hoc in casu potuit: Cum incerta omnino sit qualitas quantitasque culpae & excessus: & ob id arbitraria est ipsi iudici, sicuti advertit Ioan. Monachus in d. c. felicitis, num. 10. in fin. quem secuti sunt Geminia, in d. §. illud, & Cardinalis Alban. in tract. de Cardinalib. quaest. 42. in 7. primum

legio, colum. 2. versic. quarto praememoratis. Nudum autem consilium illud esse dicitur, quo non augetur delictum. Ita Monach. praedicto in loco, numer. 9. qui exemplum addfert, ut si tu, qui in secutus es Cardinalem, ad me venisti, narrando mihi factam. Et ego tibi dico, tu scis quam poenam incurristi, quare caue & hinc fuge. Hoc nudum est consilium, (inquit Monachus) cum delictum ipsum iam perpetratum non augetur. Ego vero ob receptationem, & consilium fugae, ac quia non indicaui incuro excommunicationem, saltem minorem, & alia poena ipsi iudici arbitraria puniri possum.
3. Caeterum non satis mihi probatur exemplum hoc: cum Bonifacius sensisse videatur de consilio nudo antequam committatur delictum, ex quo consilium ex post facto nullam meretur poenam, ut diximus supra in casu 351. numer. 6.
4. Quod vero de fugae & consilio dixit Monachus, non est dare consilium ad delictum perpetrandum: sed opem & auxilium ferre ad effugiendum poenam commisi criminis: sicuti explicauimus supra in casu 350. numer. 21. & 22. Illud etiam quod scripsit Monachus me excommunicatum esse saltem minori excommunicatione ob id, quia illum receptavi, & non indicaui: intelligi & declarari debet, quando scienter eum suscepi, & quando eum detegendo potuissem probare ab eo perpetratum fuisse delictum, iuxta ea, quae de receptatoribus scripsi supra in casu 348. numer. 15. & quae etiam de eo, qui detegere tenetur delictum commissum obseruavi supra in casu 355. numer. 10. Crediderim hoc in casu asserti posse exemplum huius nudi consilij, quando quis consilium dedit ei, qui omnino statuit delinquere. Nam hic poena iudicis arbitraria punitur, ut scripsi supra in casu 351. numer. 22. Idem de simplici favore dicendum est.
Secundum, quod Bonifacius 12. d. cap. felicitis, §. illud, versic. Caeterum, iudicis arbitrio, (ut sensit etiam Io. Monach. praecitato in loco) commisit, vel, ut ego verius interpretor suo proprio reservauit iudicio illud est de poena & indicenda collateralibus.
M 3 lib.

lib. vt fratribus, nepotibus & pronepotibus eius qui Cardinalem offendit. ij sane puniri possunt, prout circumstantiæ (inquit Bonifacius) rationabiles suadebunt. Recte sane sic statuit Pontifex: Nam & si apud nostros receptum est valere statutu, 8 quod frater, ac etiam alij agnati delinquentis puniri possint pro eo delicto commisso a fratre, autoue agnato ne repidi, remissis ac negligentibus sint circa collaterallium suoru cohibendas & reprehendendas insolentias, sicut scribant Barto. in liure prouisum. C. de fabricen. lib. 11. qui scriptum reliquit, valeat statutum Florentie, quod vno de familia delinquentis alij puniantur. Idem respondit Bald. in cons. In Christi nomine Amen. Videtur quod vigore dicti arbitrij. Quod quidem Baldi responsum referunt, & probant Anchar. in cap. 1. in 11. questione principali, de constituto. Decius in cons. 64. nu. 3. & Hieronymus Gigas in tracta. de crimine læsæ maiestatis, nu. de plumibus & varijs questionibus, quæ 4. num. 1. attamen statutum hoc est odiosum, & rigoris plenum, sicut in specie tradunt Socin. senior in cons. 31. colum. 5. lib. 1. Decius in d. cons. 52. 4. laf. in cons. 106. colum. 1. versic. pro ista parte, lib. 4. & Crauet. in tracta. de antiquit. tempo. in 4. p. principali. nu. 157. qui vna cum Decio in d. cons. 64. scribit, dispositionem illam, l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. quæ pro crimine læsæ maiestatis perpetrato a fratre punit etiam filios & descendentes, restringendam esse: cum contineat odium irrationale, vt scilicet vnus pro altero puniatur. Et adeo irrationale est, quod aliquando obseruatum fuit, populos simili lege lata desperasse: sicuti aduersus Macedones, legem tulerat Alexander magnus, vt propinqui eorum, qui Regi insidiari essent, cum eis necarentur. Quam legem vestri propinqu Philotæ Parmenionis filij, posteaquam de ipso Philota questionem haberi fama vulgauerat, partim se interficiebant, partim in deujs montes & vallas solitudines fugiebant, donec Rex ipse Alexander, audito tumultu, legem se propinquis remittere edixit, Auctor est Q. Curtius lib. 6. cuius etiam abrogationis auræ illius legis ipse Alexander apud eundem Q. Cur-

tium lib. 7. his meminit verbis. [Sed olim istum morem occidendi cum sece estis fontes propinquos, parentesque solui.] Hæc. Q. Curtius. Quocirca statutum, quod vnus pro alterius facto puniatur, intelligi debet, quando is aliquod egit delictum, vel culpa: sicuti ex sententia Aretini in in cons. 57. colum. vltim. versic. præterea posito, respondit Crauet. in consil. 3. nu. 16. Recte itaque (vt diximus supra) Bonifacius Pontifex in d. versic. Cæterum consideratis circumstantijs, fratres, nepotes, & nepotes eius, qui Cardinalem offendit posse puniri, & si Aretin. in cons. 39. n. 6. post Ioan. Anchar. quem refert, non satis recte scripserit, Bonifacium statuisse agnatos non posse puniri, nisi ex plenitudine potestatis Principis. Est enim, verius plecti posse, si circumstantia, id est qualitas aliqua id suadet, vt si dolo vel culpa aliquid egit, sicuti quando sciuit fratrem velle delinquere, & impedire eum potuit, & non impediuit. Si vero cessat omnis culpa & negligentia locus non est poenæ: quemadmodum respondit Decius in d. cons. 64. n. 4. qui in specie allegat, & sic intelligit d. cap. felicitis, §. Cæterum, versic. si quis, & Decium secuti sunt Riminald. sen. in cons. 21. nu. 20. libr. 1. qui quibusdam obiectionibus satisfacit, & Gigas in d. quæst. 4. num. 30. dum dixerunt, quod si frater, aliusve agnatus delicti tempore absens est, vel aliam ob probabilem causam ignorabat, fratrem delinquere voluisse excusatur. Sic etiam excusatur frater vel agnatus huius delinquentis, si inter eos intercedebat inimicitia. Cum & hoc casu esset ratio legis, nempe, quod si culpa & negligentia fratris & agnati non prohibentis, vel aliter impediens præsumatur. Cessat inquam ratio hæc hoc in casu: sicuti scripsit Decian. in d. cons. 64. numer. 6. quem secuti sunt Alciat. in l. n. §. si quis ita, num. 6. de verbor. obligat. & Gigas in d. q. 4. num. 4. qui num. 5. subiungit, idem esse, quando is, qui deliquit, est adeo cernicofæ naturæ, vt nullius admonitiones & reprehensiones admitteret.


CASVS CCCCXLII:

Fami-

Familiarē Pontificis maximi, vel Cardinalis offendens, qua poena puniatur: & ibidem quis dicatur proprie familiaris Pontificis, vel Cardinalis.

S Y M M A R I A.

- 1 Familiares Pontif. Maxim. vel Cardinalis offendens, arbitraria poena puniatur.
- 2 Familiares Pontificis vel Cardinalis qui dicantur, num. 1. & seqq. multis, vsque ad num. 11. & in genere de alijs familiaribus, vsque ad num. 20. fin.
- 3 Intellectus cap. vltim. de verb. signifi. nu. 4. & seqq.
- 5 Commensalis quis dicatur, num. 6.
- 8 Familiaris Cardinalis dici non potest qui nullum prestando seruitium solo priuilegio, & literis familiaritatis cohonestatus est, num. 7. 9. 10.
- 12 Familiaris Regis non habetur qui ob propria negotia abest a Curia regia, etiam cum regis licentia.
- 13 Intellectus Reg. Cancell. de impetrando benef. vac. per obitum familia. Card.
- 14 Intellectus & declaratio constitut. Neapol. de illicita portatione armorum.
- 15 Intellectus Ritus 66. magne curie Neapol. vt regij familiares non conueniantur etiam coram iudicibus ordinarijs.
- 16 Ritus curiarum recipiunt interpretatiorem a iure communi.
- 17 Priuilegium concessum familiaribus episcoporum & clericorum quomodo accipiatur.
- 18 Priuilegium inquisitionis hereticæ prauitatis, vt eius familiares deferre possint arma, quomodo intelligendum.



DE M Bonifacius VIII. cuius in duobus præcedentibus casibus memini, in eadem constitutione, c. Felicitis, §. præmissis etiam de poenis, in 6. vnum etiam statuit, in quo versatur iudicis arbitrium: quod quidem scriptum his legitur verbis. [Præmissis etiam dignum

censumus annexendum: vt si quisquam aliquo prædictorum excessuum quemquam de clericis, vel religiosis nostræ familiaris, vel Cardinalium afficere forte præsumpserit, proportionetur poena delicti: ita quod vindicta ex æquo excessu respondente ab offensa nostrorum cohibeatur, deinceps manus temerariæ formidine vltionis, quas Dei, vel nostræ, seu fratrum nostrorum reuerentia non coercet.] Hæc Bonifacius qui non diffinit, qui poena puniri debeat, qui clericos, vel religiosos familiaris Pontificis, vel Cardinalium, sed iudicis arbitrio relinquit, vt is poenam imponat delicti convenientem, iuxta illud, pro mensura peccati erit, & plagarum modus, vt habetur de ytero, cap. 25. cap. afferamus: 24. quæst. 1. & cap. quæ sunt de his, quæ fiunt a maiori parte, c. & inquit glos. in cap. cum quidam, de iurciuran. in contemptus quantitate, Deum metiri reatus quantitatem. Et Diuus Hieronymus cõtra Pelagium ita scribit: [Lentia lenibus, & grauius grauius comparantur: nec ferula pro gladio dignum est: & contra Sufannâ, sic dixit grandi plaga, alta & prolixu opus est medicina.] Hæc Diuus Hieronymus, quæ postea apud in allegatio. 117. in fine refert Philip. Probos in d. cap. Felicitis, num. 10. Cæterum dubitari contingit, qui dicatur clericus, & religiosus famuli Pontificis vel Cardinalium? Et quidem, vt clericus, vel religiosus dici possit familiaris Pontificis, vel Cardinalis duo requiri seu sit Gemina. in d. cap. vltim. in vltim. not. de verbo, signifi. in 6. cum dixit, illam dici veram clericum familiaritatem, quæ corpore & dentibus fit, hoc est, §. voluit dicere Gemina. quæ fit corpore seruiendum, & quæ fit dentibus: recipiendo victum. Et de duobus his requisitis idem scribit Anchar. in cons. 398. numer. 2. Gomez. in regula Cancellariæ, de impetrando beneficio vacanti per obitum familiaris Cardinalis, quæst. 13. colum. 2. Existimo rectius dici posse, Bonifacium VIII. in d. cap. vltim. de verb. signifi. requirere quatuor tria expresse, & quartum tacite. Pontificis verba hæc sunt: [Breui respondemus oraculo, quod illos in his & similibus casibus tuos volumus intelligi clericos,

- cos, qui per te non quaesiti, propterea, vel 8  
recepti sine fraude & fictione qualibet ve  
retui clerici familiares existunt. Et in tuis  
expensis continue domestici commensa-  
les: etiam si quos ex illis aliquando pro  
tuis gerendis negotijs abesse contingat.]  
Hæc Bonifacius, qui (vt dixi) tria expres-  
se requirit, & quartum tacite.
- 4 Primum est, quod clericus ipse sine  
fraude sit a Cardinali receptus. Et ideo si  
Cardinalis ea sola de causa reciperet, ali-  
quem familiarem, vt ei conferret benefi-  
cia receptio dicitur facta in fraudem, vt  
scribit Petr. Andreas Gamba, in tracta. de  
auctoritate legati. de lat. rubric. an lega-  
tus possit plura beneficia conferre, n. 137.
- 5 Secundum est requisitum, quod sit  
commensalis, hoc est, recipiat victum in  
ædibus ipsius Cardinalis. Quod sane re-  
quisitum locum habet multo magis in o-  
diosis, vt respondit Bellemer. in conf. 20.  
nu. 7, quem secutus est Gambarus in d.  
tract. de auctoritate legati, de late. rubr. de  
potestate legati beneficia. numer. 147.  
Porro victus expensis Cardinalis si fami-  
liaris alio in loco habitans portionem ex  
domo ipsius Cardinalis recipit: vt de-  
clarat Gomef. in dict. regul. cancellar.  
de impetrando beneficio vocanti per obi-  
tum familiaris Cardinalis, q. 13. vers. vlti-  
mus, quem tenui & probavi supra in casu  
201. num. 119. & accedit nunc Anton. Bar-  
dus in tract. de tempore vtili & continuo,  
c. 17. nu. 2. vers. sicut dicimus etiam.
- 6 Præterea commensalis etiam dicitur  
is, cui datus est locus in domo, & (vt aiunt)  
in tinello, vt possit ibi cum alijs familia-  
ribus comedere, & si ea liberalitate vti no-  
lit receptus iste, sicuti declarat Gambar. in  
d. rub. de potestate legati a latere circa be-  
neficia. num. 154.
- 7 Tertium est requisitum, quod ipse  
Cardinali in seruiat. Non enim sufficit,  
quod comensalis sit, hoc est viuat in ædi-  
bus Cardinalis expensis eiusdem Cardi-  
nalis: sed etiam debet ei in seruire, vt dica-  
tur proprie familiaris. Ita tradit Gomef. in  
d. q. 13. vers. est bene verum, quem secutus  
sum supra in casu 201. nu. 127. & nunc ac-  
cedit Ioa. de Selua in tract. de beneficio,  
part. 3. quest. 11. nu. 22. Quo circa sequi-  
tur, Cardinalis familiarem dici non posse

eum, qui solo privilegio & literis familia-  
ritatis, nullum præstando seruitium, coho-  
nestatus est, sicuti vna cum Gomefio in d.  
q. 13. in principio scripsi in d. casu 201. nu.  
126. & accedunt. Abb. in c. cum dilectus,  
nume. 8. de clericis non resident. Felin. in  
c. insinuante, num. 5. de officio deleg. Af-  
flict. in commentar. ad constitutio. Nea-  
politana. rubric. 19. De illicita portatione  
armorum, incipit intentionis nostræ, nu.  
35. Prosper Carauit. in commentarijs ad  
ritus magnæ curiæ Neapolitanæ, Ritu. 46.  
num. 22. Bero. quest. 35. Anton. Bard. in  
tracta. de tempore vtili, cap. 14. num. 2. Sic  
etiam dicimus, familiarem proprie non  
dici eum, qui familiaris tantummodo no-  
minatur, si non inseruit, vt respondit Car-  
stren. in consil. 341. Præmissis allegatio-  
nibus, num. 2. lib. 1. Hinc etiam sequitur  
quod cessante seruitij præstatione cessat  
ipsius familiaritatis privilegium: sicuti co-  
tingit, quando dominus est vita sanctus,  
vel familiaris ipse e domo fuit Licentia-  
tus. Ita Franc. in d. cap. vltim. in fin. de  
verb. signifi. & Carauita in d. ritu. 46.  
num. 35.

11 Quartum est requisitum, quod con-  
tinua sit commensalitas, & seruitij præsta-  
tio, sicuti sensit Bonifacius illo verbo,  
[continue,] & tradunt Ifern. Afflict. & Ni-  
ger, quos refert Prosper Carauita in com-  
mentar. ad Ritus magnæ curiæ Neapoli-  
tanæ, Ritu. 46. num. 19. in fin. & num. 22.  
dum scribunt, inter familiares et Regios  
connumerari non posse eum, qui ob pro-  
pria negotia abest a Curia Regia etiam cū  
eiusdem Regis licentia, & eo in loco, nu.  
35. subiungit Carauita sic intelligendum  
esse, d. cap. vltim. de verbo signifi. & eius-  
dem sententiæ refert Lucam de Penna in  
rubric. C. de domesticis, lib. 12. Et his ac-  
cedit Perrus Andr. Gambarius in tracta.  
de potestate legati a latere, rub. de potestate  
legati circa beneficia, nu. 148. & 149. post  
Calderin. in conf. 8. titu. de officio legati.  
& Felin. in cap. de regularibus de simon.  
Non enim hic adest continua seruitij præ-  
statio & commensalitas.

13 Inferitur primo ex prædictis declara-  
tio et ad regulam prædictam cancellariæ,  
de impetra. benef. vac. per obitum fa-  
miliaris Cardinalis: sicuti Gomef. ipse in  
dict.

- dict. questio. scripsit, & ego in d. casu. 201.  
explicauit.
- 14 Inferitur secundo etiam declaratio et ad  
prædictam constit. Neopolitanam, de illi-  
cita portatione armorum: quemadmo-  
dum prædicto in loco declarauit Afflict.
- 15 Inferitur tertio et declaratio Ritus 66.  
magnæ curiæ Regni Neapolitani, in cuius  
vltimis verbis ita sancitum est. [Exceptis  
dumtaxat familiaribus nostris & commé-  
salibus domesticis, & actu seruientibus,  
qui in eisdem curijs non valeant citari,  
cogi, compelli, aut quomodolibet euoca-  
ri.] Hæc sane constitutio prohibens Re-  
gios familiares conueniri posse coram iu-  
dicibus ordinarijs, intelligitur, quando fa-  
miliares habent qualitates supra enume-  
ratas: sicuti declarat Ifern. & Afflict. in  
comment. ad constit. Neapol. rubric. 35.  
de defensis impostis, & quis eas impone-  
re possit, incipit iurisgentium, num. 19. &  
si Carauita in d. ritu. 46. numer. 26. minus  
recte sit interpretatus ritum illum, vt non  
copulative requirantur dictæ qualitates,  
cum enim ritus ille interpretationem et a  
iure communi recipiat, iuxta l. 2. C. de no-  
xa. actio. vbi Sali. sequitur dicendum, illum  
copulative intelligere debere.
- 16 Inferitur quarto, quod fori privilegium  
concessum familiaribus Episcoporum, ac  
aliorum clericorum, de quo in c. 2. n. q. 1.  
cap. vlt. de off. Archid. & copiose Decia.  
in tract. criminali, lib. 4. cap. 9. nu. 47. &  
num. 57. & 58. Sic & ego scripsi & declara-  
ui in consil. 901. num. 48. lib. 10. vbi plura,  
intelligi debet concessum familiaribus il-  
lis qui inseruiunt ipsi clericis, a quibus  
impenfam victus accipiunt: sicuti tradit  
Luc. de Penna in rub. C. de domesticis,  
lib. 12. & Carauita in d. ritu. 46. n. 35.
- 18 Inferitur quinto, privilegium et concess-  
um Inquisitori hæreticæ prauitatis, vt e-  
ius familiares deferre possint arma pro  
sancti officij defensione, vt in Clem. 2. §.  
vltim. de hæret. & tradit post alios Simā-  
cas in catholicis Institutionibus, titu. 4. r.  
num. 15. intelligi debet de familiaribus,  
qui mercede accepta, victus loco, vel vic-  
tum ipsum habent, inseruiunt ipsi inquisi-  
tori. Non ignoro tamē aliquibus in pro-  
uincijs & vrbibus, nullum vel salarium,  
vel victum præstari consueuisse his fami-

liaribus: sed privilegia quædam sicuti con-  
stitutione Regia sancitum esse in Hispania  
refert Simancas in d. tit. 4. n. 16. nume. 16.  
qui num. 17. & 18. Subiungit, in multis il-  
lius Regni ciuitatibus constitutum esse  
certum familiarium numerum, quem ex-  
cedere Inquisitor non potest, & numerum  
illum describi oportere. Inquisitor non po-  
test, & numerum illum describere oportere  
certa in matricula, vt præf. q. vrbibus &  
Decuriones cognoscant ipsos familiares,  
vt videant, ne numerum excedant. Et si  
forte seditiosi fuerint, & officio indigni, id  
significent Inquisitori generali, & senatus  
quod fieri quoq. debet: quoniam qui in ipsam  
in alicuius familiaris locum subrogatur.  
Id quod si in hac Mediolanensi ditione  
obseruaretur, multis cataractis molestijs,  
quibus per sepe afficiunt, insolentia quo-  
rundam, qui omnem attribent operam, vt  
ex his Inquisitorum familiaribus non alia  
de causa efficiantur, quam vt pro sua libe-  
dine diu noctuq. incedant armati, & mul-  
tos vexent.

Inferitur sexto ad id, quod tradit Ioa.  
Staphil. in tract. de gratijs & expecta. in  
in 3. par. regula, numer. 56. & 57. quod et  
regula cancellariæ, quæ ordinatum est,  
duodecim familiares Cardinales præferri  
intelligitur de familiaribus, qui vero sunt  
commensales & seruiunt, sicuti Staphil.  
ipse declarat.

19 Inferitur septimo ad id, quod scribit  
Aeneas de Falconibus in tract. de reser-  
uatione beneficiorum, effecta 17. num. 2.  
pag. 257. tomo 15. par. 1. & ibidem effecta  
30. num. 1. vbi de familiaribus familiarium,  
de quibus dixi supra in casu 201. n. 120.


## CASVS CCCCCLIII:

Vulnus modicum quod dicatur, & quæ  
pœna puniatur, qui illud  
intulit.

## S V M M A R I A.

- 1 Vulneris leuis pœna aliquando nulla d-  
liquando modica est pro Iudicis arbit-  
rio, num. 5.
- 2 Leuis scissura & vulnusculum pro vul-  
nere

- nerere non habetur, num. 6.
- 3 Modica sanguinis effusio pro sanguinis effusione non habetur, num. 4.
- 7 Leuis percussio que fit ex arbitrio iudicis pendet et iudicandum.



**L**EUIS vulneris t pœna interdum nulla est: interdum veto modica pro iudicis arbitrio. Non puniti leuiter vulnerantem scribit Bald. in l. ultim. num. 3. C. de ædilit. actio, cum dixit, quid si cautum est statuto, syndicos teneri denunciare percussiones sanguinolentas, denunciandam esse leuissimam

- 2 scissuram, quæ t non dicitur vulnus. Et si (subiungit Bald.) pœna manus esset indicta contra vulnerantem aliquem in foro, pro tam leui vulnusculo pœnæ locus non esset. Sic & idem Bald. in cap. cum a deo, num. 6. in fin. de rescript. docuit, si statuto sancitum est, pœna manus puniri debere eum, qui in pallatio Prætoris cum effusione sanguinis aliquem percussit, nõ t esse puniendum eum, qui ad mora manu ad alicuius nasum, ex eo educit aliquantum sanguinis. Idem prope scribunt Angel. in l. si pignore. §. furem. ff. de furtis. Anchar. in cap. 1. quæst. 1. prin. de consti. Roman. in l. 1. §. vitim. ff. ad senatuscons. Syllania. Angel. Aretin. in tracta. maleficiorum, in verbo, vna alia percussione, numer. 6. Alexand. in cons. 10. in fin. libr. 1. & Marfil. in singu. 266. Sic & constitutio ecclesiæ de sanguinis effusione, non t habet locum in modica, vt scribit Abb. in c. proposuit, de consecrat. eccles. vel alta.
- 5 Cæterum pœna t pro iudicis arbitrio puniti inferentem leue vulnus scribunt Bald. & Angel. in l. extat. ff. quod metus causa, & Fabius Monteleo in praxi arbitrali, parte 7, q. vlt. num. 11.
- Confert quod & si percussio, vel vulnerans clericum incidit in excommunicationem, a qua absolui non potest, nisi a summo Pontifice, cap. si quis suadente, 17. quæst. 4. & scripsi supra in casu 389. num. 16. attamen t quando leuis est percussio, vel vulnusculum, ab Episcopo tunc absolui potest: sicuti affirmant Syluestr. in

summa, in verbo, absolutio. 4. in princ. Diuus Antoninus in summa, in 3. par. tit. 24. capit. 1. §. 3. & alios refert Didac. in cap. alma mater par. 1. §. 9. numer. 2. de sentent. excommun. in 6. qui dixit, iudicis arbitrio t relinqui, quæ dicatur leuis percussio.

CASVS CCCCLIII.

Emphyteuta & vasallus quando teneantur ostendere domino rem emphyteuticam, & feudalem.

SVMARIA.

- 1 Emphyteuta vel vasallus confessus se talem, ipse tenetur ostendere, quæ bona sint emphyteutica vel feudalia ex suis alias omnia huiusmodi presumuntur, quid autem si non sit confessus, sed per multos annos soluit canonem, vel præstitit seruitium, num. 2, 3, 5. & 6.
- 4 Emphyteusis ex quantitate pensionis non indicatur.
- 7 Emphyteuta vel vasallus obligatus ostendere rem emphyteuticam, vel feudalem quando ostendisse videtur.
- 8 Emphyteuta vel vasallo rem esse emphyteuticam vel feudalem, domino incubit probatio.
- 9 Res. qualibet præsumitur libera & allodialis.
- 10 Emphyteuticam esse rem vel feudalem quomodo probetur, nume. 11. vsque ad num. 19.
- 11 Probatione exclusa indirecta, probatio non excluditur, & statutum excludens probationem, quam nihilominus admittat. num. 13, 15. & seq.
- 12 Presumptio iuris & de iure non excludit probationem indirectam, aut eam quæ fit quinque testibus, numer. 14.
- 19 Vasallus vel emphyteuta negans rem, esse feudalem vel emphyteuticam si conuincatur de mendacio, rem amittit.

Quando



**V**ANDO in emphyteusi & feudo antiquis ambigitur, quæ sunt prædia & bona emphyteutica, vel feudalia, quorû causa vel annua præstatur pensio, seu canon: vel debetur seruitium, multa iudicis arbitrio tribuunt. Bald. in cons. 107. Ad sciendum lib. 1. Specul. in titu. de emphyteusi, quæst. 59. num. 75. & Socin. sen. in cons. 167. num. 21. lib. 2. Ego hac in re distinguere atque constituere soleo tres casus, quibus declaratur: an & quando vel emphyteuta & vasallus, vel ipse dominus teneatur ostendere & probare, quæ sit res emphyteutica, vel feudalis: & quibus probationibus id ostendere atque demonstrare possit.

Primus itaque casus est, t quando emphyteuta & vasallus fatentur expressim se tales esse: sed non constat quæ sint prædia emphyteutica, vel feudalia. Hoc sane casu cogi ij possunt ostendere atque probare, quæ sint ipsa prædia emphyteutica, vel feudalia, alioquin omnia bona ab eis possessa emphyteutica, vel feudalia præsumuntur: Ita de emphyteuta tradunt Alberic. in l. si certis annis, C. de pact. & in l. Titius, ff. de actio. empt. Iacobin. in inuestitura feudali, in verb. Dicitur vasalli promiserunt recognoscere, num. 15. versu. & alij dicunt, Curtius Iun. in cons. 140. n. 10. & in cons. 158. n. 3. & Roland. in cons. 66. num. 6. lib. 3. sic & de vasallo scribunt Bald. in l. instrumenta, colu. 1. versu. quæro an feudatarius. C. de fide inst. in cap. 1. §. de vasallo, qui contra constit. Lotharij. in cap. 1. & in super. colum. ultim. de prohib. feudi alienat. per Freder. & in cap. 1. §. vasallus, il. 1. si de feudo sit content. inter dom. & agnat. & ibid. Iacob. Beluis. Hostien. in summa, in tit. de feudis. §. quibus modis, versu. quid si vasallus confiteatur. Blancus in summa feudorum, tit. de content. feud. versu. pone, quod dominus Iacobin. vbi supra. Afflic. in cap. imperialem, §. illud, num. 9. de prohib. feudi aliæ. per Freder. Lucas de Fen. in l. 2. C. de fin. dis limitro. lib. 11. & ibid. Ioan. de Platea, Chassan. in Comment. ad consuetudines Burgund. rubr. 3. des Fiedez, in tex. apes

ledi & Hommagie, nume. 2. Roland. in d. cons. 66. num. 5. lib. 3. & Aluarus Valla Scus in tract. de emphyteut. quæst. ultim. num. 5.

2 Secundus est casus, quando t emphyteuta, vel vasallus soluit multos annos annuam pensionem, vel persæpe seruitia præstitit: ita quod tacite confessus est se emphyteutam & vasallum esse: deinde incipit recusare se talem esse: & aliquid habere ab ipso domino. Hoc in casu sunt opinioniones: Vna est Speculatoris in tit. de emphyteusi, §. nunc aliqua, q. 59. num. 75. qui quæstionem hanc proposuit Ecclesia concessit rem alicui in emphyteusim his verbis: [Concedo tibi atque confirmo omnia quæ habes ac tenes de iure monasterij in castro tali. Deinde multis annis quæstio oritur inter emphyteutam, & ecclesiam. Negare incipit emphyteuta, se aliquid ab ecclesia recepisse ex illis multis prædijs quæ possidet in eo castro: dicens ecclesiæ, quid de iure dicti monasterij habuisti in dicto castro. Ecclesia vero inquit quod omnia, quæ habet emphyteuta, vel eius hæredes, sunt monasterij. Hanc dubitationem post aliquam disputationem dissoluit Speculator, his verbis: [Dicat, quod uterque tam scilicet Ecclesia quam emphyteuta deliquerunt, non faciendo, quod facere tenebantur: scilicet, non specificando: sed vt ecclesia iure suo priuetur, & emphyteuta de aliena iactura lucretur, vt extra. de pœnis, cap. suam. Iudex videat consuetudinem ecclesiæ concedentis: & niorem regionis illius, & quantitatem dati pretij, & pensionis annuatim scilicet luendæ. Et secundum hæc moderetur quem fuerit possessio monasterij, non peior non melior: sed mediocritatis bonitatis, argu. ff. de testam. l. hæredes. ff. de annuis legatis. l. sicut. ff. de rebus dubijs l. cum testamento ff. de legat. 1. l. si seruus pluriu, in fin. C. de donat. l. si quis argentum, primo responso. ff. de operis seruor. l. final. ff. de ædilitio ædicto, l. si quis venditor.] Hætenus Speculator.

Eandem opinionem affirmavit idem Speculator in d. §. nunc aliqua, quæst. 60. num. 76. proposita hac quæstione. Emphyteuta t diu soluit pensionem alicui, ignorantia pro qua re soluerit; & dominus

con-

contendit, quod emphyteuta ostendat rem emphyteuticam, cuius nomine soluit. Dubitatur, an ipse emphyteuta debeat ostendere; Refert Speculator quatuor opiniones: prima quarum est, quod emphyteuta præstare id debeat, & hæc quidem vera est: cum iam emphyteuta tacite confessus sit se talem esse. Secunda est opinio, quod imo ipse dominus, qui agit, debet probare, quæ sit res illa emphyteutica: cui actori incumbat onus probationis. Quæ quidem opinio falsa est, cum dominus sit in quasi possessione exigenti pensionem: & ideo nisi emphyteuta ostendat rem hanc, præsumuntur omnia eius bona emphyteutica. Tertia est opinio, quod emphyteuta eligat rem vnam etiam si deteriorem, & dicat, se soluisse pro re illa: & si dominus negat, probare debet: pro quibus alijs emphyteuta soluerit. De hac opinione dicemus infra. Quarta est opinio, quod si pensio est modicæ quantitatis, & prædia, quæ emphyteuta possidet, sunt magna & ampla, non præsumitur emphyteuta soluisse pro omnibus: secus vero, si illa prædia non sunt digna maiori pensione, atque ita (inquit Speculator) coniectura sumitur ex modo pensionis. Hæc opinio est eadem cum illa supra relata ex Speculatore in d. §. nunc aliqua, quæst. 59. versic. dicas, quam etiam probauit Bald. in cons. 107. Ad sciendum, ver. si autem nec sic, lib. 4.

Verum opinionem hanc falsam esse ostendit Natta in cons. 3. num. 6. & 7. lib. 1. ea ratione satis solida, quod in emphyteusi non habetur ratio quantitatis pensionis: cum multa magnaque prædia in emphyteusi dari soleant tenui pensione, nullo alio numerato pretio: sicuti scripsi in Commenta. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 105. num. 6.

Secunda est opinio, quod imo emphyteuta ostendere & probare debet, rem emphyteuticam vel feudalem. Alioqui omnia ab eo possessa præsumuntur emphyteutica, vel feudalia. Ita Specul. in dict. §. nunc aliqua, quæst. 97. num. 98. qui hanc facti speciem proposuit: Ecclesia concessit tibi in emphyteusim omnia, quæ pater tuus habuit & possedit in tali loco: tu autem (longissimo tempore decurso) dicis,

omnia quæ habes, & pro quibus hæcenus pensionem soluisi, non fuisse paterna, & ideo nec ab ecclesia concessa: Ecclesia vero replicat: quod illa bona tenes ex successione paterna, sed pater tuus a me fuit inuestitus de omnibus, quæ possidebat: vnde a me habuisse præsumitur omnia quæ tu nunc possides illo in loco, nisi aliunde te acquisiisse probes. Hanc dubitationem dissoluendo scribit Speculator: emphyteutam probare debere vnde acquisierit alia bona, alioqui omnia bona præsumuntur habuisse ab ecclesia: cum solvendo tamdiu pensionem confessus sit se emphyteuta esse: ecclesia sit in quasi possessione sic exigendi. Et Specul. secutus est Socin. Sen. in cons. 167. num. 21. lib. 2. sic & Ripa in respon. 1. num. 5. tit. de testi. spoliat. Boer. in comment. ad consuetud. Burdegalen. §. 12. Alciat. in respon. 168. num. 12. & in respon. 191. num. 2. Roland. in d. cons. 66. num. 6. lib. 3. qui huius opinionis alios nonnullos corrupte allegat, & his accedunt a me relati in commentar. de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 91. num. 57.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat in emphyteuta vel vasallo qui probabiliter ignorant, quæ sit res emphyteutica, vel feudalis: sicuti quando emphyteusis, vel feudum fuerunt antiquitus concessa, & iam per multorum manus ambulauerunt. Nam tunc hæredes & successores tamquam ignari gestorum a suis antecessoribus non possunt cogi ostendere, quæ sit res emphyteutica, vel feudalis. Ita declarant Beluisius in d. cap. 1. §. vasallus, il. si de feudo sit content. inter dominum & agnat. vasalli, & ibidem Bald. colu. vltim. idem sensu Specul. in titul. de emphyteusi, §. nunc aliqua, quæst. 60. in fin. ibi, si sciat, sensu Romanus in cons. 70. num. 5. Iacobus Rebuffus in l. 2. num. 8. C. quando & a quibus quarta pars, lib. 10. Afflict. in cap. 1. num. 27. versic. in contrarium de controuers. inter mascul. & fem. & in c. 1. §. illud quoque, num. 33. de prohib. feud. alienat. per Freder. Iacobin. in inuestitura feudali, in verb. Dictique vasalli promiserunt recognoscere, numer. 15. in fine. Chassaneus in loco præallegato. Catelianus Cotta in memorial, in verbo, emphyteuta,

teuta, il. 1. Zasius in epitome feudorum, in 2. p. n. 49. Natta in cons. 3. n. 11. lib. 1. Aluarus Vallascus in tractatu de iure emphyteutico, quæst. vlt. n. 6. & Roland. in cons. 66. num. 9. lib. 3. Ex his intelligimus, veram non esse opinionem Specularioris præcitato in loco, quæst. 59. num. 75. supra relata: dum loquitur de hæredibus emphyteutæ, negantibus rem aliquam emphyteuticam, vt scilicet iudex pro suo arbitrio iudicet quæ illa sit. Hæc sane opinio veranon est.

Cæterum obseruandum est hoc in casu, in quo emphyteuta & vasallus coguntur ostendere rem emphyteuticam vel feudalem, satis dicuntur demonstrare, si ostendunt prædium aliquod, ex quo commode annuus canon, vel seruitium præstare potest. Ita scribunt Specul. in tit. de emphyteusi, quæst. 60. n. 76. quem retulimus supra Afflict. in c. 1. §. illud, numer. 22. de prohib. feud. alienat. per Feder. Bosius in tractatu causarum criminalium, in tit. de Principe, num. 257. Roland. in consil. 66. num. 2. lib. 3.

Tertius est casus, quando emphyteuta vel vasallus domino agente, & petente, negat rem aliquam ex multis a se possessis, esse emphyteuticam, vel feudalem. Hoc casu dominus ipse tenetur ostendere & probare rem illam esse talem. Ita Speculator in d. §. nunc aliqua, quæst. 61. num. 78. quem secuti sunt Socin. Senior in consil. 167. num. 21. lib. secundo. Cæphalus in cons. 508. num. 6. lib. 4. Idem respondit Rolandus in d. cons. 66. num. 15. lib. 3. Idem Baldus in cons. 107. versic. nam nisi sic, lib. 4.

Et recte quidem iudex iudicet, cum in dubio res præsumatur libera & allodialis: & ob id, qui vel emphyteuta vel feudalem asserit, probare id debet: sicuti copiose scripsi in Comment. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 91. & ibid. latissime differui quibus certis probationibus & coniecturis probetur res feudalis, & illis accedunt nonnulla quæ in specie nostra scripsit Bald. in d. cons. 107. Et primum quidem probari rem emphyteuticam instrumentis, ac postea testibus: quemadmodum & ego ipse in d. præsumpt. 91. num. 68. scripsi, testibus probari rem feudalem. Et idē docuit

Alciat. in l. pactum, quod bona fide, nu. 5. C. de pact. Cæterum in hac vrbe Mediolani extat statutum 88. in ciuilib. quo sancitum est, rem emphyteuticam vel feudalem testibus probari non posse. Quod quidem statutum indirectam probationem non tollit: vt si ostendo inuestituram, quæ concessum est mihi castrum vna cum eius pertinentijs castri, ita Dec. in cons. 51. n. 6. qui Marfil. in rub. C. de probat. & A sin. in praxi. §. 19. c. 5. limit. 8. Ita dicimus, quod licet aduersus præsumptionem iuris & de iure non admittatur probatio, vt scripsi in d. lib. 1. de præsumpt. quæst. 60. attamen admittitur illa, quæ per indirectum venit, vt dixi in d. lib. 1. quæst. 65. Non etiam habet locum statutum prædictum, quando quis vult probare testimonio quinque testium rem esse emphyteuticam, vel feudalem. Ita in specie d. statuti scribit Bosius in tract. causar. criminal. tit. de Principe, n. 253. sic etiā dicimus, aduersus præsumptionem iuris & de iure admitti probationem testimonio quinque testium, sic sane scripsi in d. lib. 1. de præsumpt. q. 63. vbi n. 1. retuli alios idem affirmantes, in casu statuti reiicientis probationes per testes. Verum testes isti debent esse integræ opinionis & famæ, vt scribit Bosius præcitato in loco, qui subiungit, senatum Mediolani admittere noluisse Comitem Camillum Somaliam ad probandum bona quædam feudalia testimonio quinque testium: atque ita in hac opinione senatum perseverasse. Demum locum non habet hoc statutum, quando probatio esset mixta, testibus scilicet, & instrumentis. Ita declarat Bosius in loco præallegato, Kursus & tertio (inquit Bald. in d. cons. 107. versic. si autem non apparet, lib. 4.) quando deficient instrumenta & testes, admittitur probatio per famam, præsertim in antiquis. Et idem scribit Bos. in loco sup. alleg. & alij, quos retuli in comment. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 91. num. 65. Præterea quarto loco, quando deficient & instrumenta, & testes & vere ignoratur, quæ res data antiquitus fuerit in emphyteusim. Hoc sane in casu locus est coniecturis, vt inquit Bal. in d. cons. 107. qui refert coniecturam, vt iudex consideret quantitatem præij seu pensionis, pro qua emphyteusis fuit concessa.

Idem scripsit Specul. in d. §. nunc aliqua, q. 9. nn. 75. Qua de re diximus supra.

- 19 Est etiā hoc casu obseruandum, † quod si hic vasallus, vel emphyteuta negans rē aliquam esse feudalem, vel emphyteuticā si deinde de mendacio conuincitur, rem ipsam amittit, cap. 1. §. vasallus, si de feudo fuer. controuers. inter dom. & agnat. vasal. & ibi Bald. ac reliqui, & multos refert Roland. in d. cons. 66. nume. 15. lib. 3. & accedunt Iacobin. in loco supra alleg. num. 16.

## CASVS CCCCLV.

Satisfactio competens, quam facere debent exactores excommunicati ob id, quod indebite gabellas a clericis exigerunt, quæ dicatur.

## SVMARIA.

- 1 Gabellas & collectas ab Ecclesiasticis exigentes, quomodo puniantur.
- 2 Satisfactio præstanda ab excommunicatis propter exactas ab ecclesiasticis gabellas, qualis.
- 3 Gabellæ & collectæ quibus ecclesiastici grauari non possunt, remissive.



## REGORIVS

- X. in c. quanquam, in fin. de censibus, in 6. & Clemens V. in Clement. vlt. in fin. cod. tit. declararunt, excommunicatos † & interdictos esse eos, qui indebite gabellas & collectas exigunt ab ecclesiasticis: constitueruntque etiam, prædictos non esse prius absoluendos, quam exacta plenarie restituerint: & de transgressione latisfecerint competenter. Dubitari autem contingit, † quæ dicatur hæc competens satisfactio? Cardinalis Zabarella in d. Clem. vltim. in 12. notab. scriptum reliquit, iure hoc definitum non esse, & ob id iudicis arbitrio relinqui, & Zabarellæ traditionem probarunt Roland. in cons. 71. nu. 13. lib. 4. Ignatius Lopez in addit. ad præf. cri-

minalem Bernard. Diaz cap. 55. col. penu. versu. si tamen publicauit.

- 3 Quæ vero dicantur gabellæ † & collectæ quibus grauari non possunt clerici, abunde scripsi in responso hac de controuersia reddito.

## CASVS CCCCLVI.

Episcopum non publicantem excommunicationem a lege indictam aduersus indebite exigentes gabellam a clericis, puniri.

## SVMARIA.

- 1 Excommunicationes in quas inciderunt a clericis exigentes gabellas, a locorum Diœcesanis publicandæ sunt.
- 2 Episcopus non publicans sententiam excommunicationis ab exigente gabellas ab ecclesiasticis incursum, puniuntur arbitrarie.



## LEMENS V.

- Pontifex Max. cuius in initio superioris casus meminimus, in eadem constitutione Clem. vlt. de censib. iussit locorū Diœcesanis, vt † publicent vel publicari faciant censuras & excommunicationes, in quas ipso iure inciderunt publicani, alijque gabellarum exactores, qui a clericis indebite eas exegerunt. Quæ sane Põtificis cõstitutio obligat ipsos Diœcesanos (vt scribunt ibid. glo. 1. & reliqui interpretes.) ex præcepto, cuius transgressores puniri debent. Verum † quia nulla certa pœna indicta est, pro iudicis arbitrio erunt plectendi: quemadmodum post Laud. annotauit Cardinal. Zabarella in d. Clem. vlt. in 1. notab. sic dicimus, quod quādo lex pro aliquo delicto statuit, in delinquentē esse animaduertendum: pœnā iudici arbitriam esse indicendā, cum nulla certa sancita sit pœna: sicuti diximus supra in casu 541. in fin. & similia explicabimus in subsequenti casu.

CA-

## CASVS CCCCLVII.

Pœnam esse arbitriam, quando legislator pro delicto nullam certam indixit, & quam pœnam animaduersionis verbum significet.

## SVMARIA.

- 1 Pœna certa non expressa, indicitur arbitrarie, nisi subiecta materia suadeat etiā iudici pœnam mortis, nu. 2.
- 3 Pœna grauissima, vel animaduersione seuerissima, intelligitur de pœna mortis naturalis.



## VANDO

- legislator † mandat aliquem certo, pro delicto puniri, & certam non indicit pœnam, iudicis arbitrio plecti debet: sicuti diximus in præcedēti casu. Quocirca recte & doctè scribit Francisc. Pegna in commentarijs ad Directorium Inquisitorū, in 2. p. cõmentario 71. col. pen. in fin. quod quando lex statuit in delinquentem esse animaduertendum: id quod nil aliud significat, quam illum puniendum esse: puniri debet pœna iudicis arbitrarie: simile scripsi supra in casu 541. in fin. ex sententia Mariani Socin. Sen. in c. sacro, n. 306. de sent. excom.

- Cæterum casus iste declaratur primo non habere locum, † quando subiecta ipsa materia suadet debere intelligi etiam de pœna mortis a lege determinata: sicuti in casu 1. congruit, in princ. ff. de offi. Præsidis. cuius verba hæc sunt: [Congruit bono & graui præsidis curare, vt pacata atque quieta prouincia sit, quam regit. Quod non difficile obtinebit, si sollicitè agat, vt malis hominibus prouincia careat: eosque conquirit, & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet: & prout quisque deliquerit, in eum animaduertere: receptoresque eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non potest.] Hactenus Vlpianus: qui animaduersionem illam varie intelligit,

nempe pro pœna arbitrarie: sicuti indicant illa verba: [ & prout quisque deliquerit: ] quæ iuncta verbo [ animaduertere, ] significant aliquando pœnam arbitriam, aliquando ordinariam a lege ipsa definitam: sicuti delicti expostulat qualitas. Nam interdum sacrilegi, plagiarij, latrones, fures, quorum meminit Vlpianus, puniuntur pœna mortis naturalis; aliquando arbitrarie: quemadmodum de singulis diximus supra suis in locis.

- Declaratur secundo his casus, quando † lex indicit pœnam grauissimam, vel animaduersionem seuerissimam. Nam tunc de pœna mortis naturalis intelligitur: sicuti declarant gl. in l. nemo, C. de summa Trinit. & fide Catho. in verb. seuerissimis in l. 2. C. de Eunuch. & in rub. C. ne liceat signū Saluat. Bar. in c. prudentiā, §. adijcimus, n. 11. de offi. deleg. Ant. Corfe. in singulari, in verb. pœna. x. incipit: Vbi quæ Fel. in c. ex literis, n. 22. de cõstit. sensu. Anchar. in cõf. 15. n. 3. & Francisc. Pegna in loco supra allegato, qui sic intelligunt l. si quis ad declinādam, & l. vlt. C. de Epif. & cler. l. 1. C. de seditione, l. secundū, C. de donatio. l. si quādo, in fine, C. de bonis vacant. lib. 10. l. per diuinam, C. de specta. lib. 11. & l. per omnes. C. de collat. fundi patr. lib. 11. sic intelligi & declarari potest l. vltim. ff. de offic. Præsid.

## CASVS CCCCLVIII.

Rei pars maxima, aut magna, quæ sit & dicatur.

## SVMARIA.

- 1 Pars maxima & minima quæ dicatur, iudicis arbitrio relinquitur, n. 2.



- DICITUR aliquando solet, quæ sit & dicatur pars maxima, † vel magna bonorum, quam testator relinquit in pauperes erogandam, atque distribuendam? Pet. Rebuff. in l. nomen, §. portionis, col. 4. vers. nono limitatur, ff. de

N 2

verb.


verb. signi. scribit, iudicis esse arbitrium æstimare, an dicatur ultra dimidiam, iuxta l. qui lucem. ff. de auro & argent. legat. & ex sententia Luc. de Penna in l. 2. C. de meta. & epide. libro 12. Idem est (subiungit Rebuffus) cum fit mentio minima partis. Nam tunc, quæ dicatur minima, iudicis arbitrio relinquatur: et si Lucas de Penna præcitato in loco opinatus est, intelligi debere de quarta, iuxta l. ult. C. quando & quibus quarta pars, lib. 10.

## CASVS CCCCLIX.

Res magna, vel parua principatus & dominij quæ dicatur, vt eam Princeps alienare possit, vel non.

## SUMMARI A.

- 1 Princeps non potest, nec debet ea, quæ sibi successoribus, & subditis, magnum afferunt detrimentum, alienare.
- 2 Pars principatus vel res magna quam Princeps alienare non possit, quæ dicatur.
- 3 Res magna quæ dicatur, vt eam nobilis donasse præsumatur, remissive.
- 4 Princeps vnã ex præcipuis ciuitatibus alienare non potest, nec præcipuum ex castris, num. 5.
- 6 Princeps distrahere non potest omnem superioritatem: nec eius partem, num. 7. nec principatum seruituti subijcere, num. 8. nec aliquid facere quo honor principatus minuitur, num. 9.
- 10 Princeps secularis Ecclesiæ concedere & donare potest, castrum, oppidum, & ciuitatem sui principatus.
- 11 Res parua & modica in principe, quomodo dicitur, vt possit eam alienare, n. 12. 13. & seqq. vsque ad fin.



**T** S I Princeps & dominus multa potest & vult, attamen nec velle, nec posse iure debet ea, quæ & sibi, successoribus, ac etiã subditis magnũ affer-

re solent detrimentũ: sicuti est sui principatus & dominij partem, vel rem aliquam magnam alienare: atq; distrahere, c. intellecto, de iureiuran. & scribunt Oldrad. in conf. 94. num. 23. Bartol. in l. prohibere, §. plane, n. 6. ff. quod vi aut clam. Bald. in l. cũ multa, n. 7. C. de bonis quæ liberis. Præpos. in c. 1. in princ. col. 6. qui feudũ dare possunt. Iaf. in præludij. feudorum, n. 77. Fel. in c. ad audiẽtiã, col. 1. & 2. de præscrip. & alios refert Claudius Seyfel. in speculo feudorũ, pag. 122. ver. limita secundo, & c. iuxta parua in impressione Basileæ, copiose Neuiza. inter consilia Brunii, in cõf. 12. num. 66. & nu. 71. & accedunt alij quos infra commemorabo.

Ceterum dubitari solet, quæ dicatur hæc pars Principatus, vel res magna, quam Princeps alienare non potest. Et quidem Claudius Seyfel. in speculo feud. pag. 124. tit. quæ dicatur res magna: scriptum reliquit, esse iudicis arbitrium, arg. gl. in l. sed & si §. 1. ff. de iud. & in §. sed ex his legib. in verb. facultates. Instit. de Atilia. tutor. confert quod scripsi supra casu 88. num. 52. iudicis arbitrio relinqui, quæ dicatur res magna, vt eam nobilis & diues donasse præsumatur.

Ceterum iudex prudens ac bene circũspectus arbitrari poterit, rem magnam magisque esse detrimenti, si Princeps vnã ex præcipuis ciuitatibus sui principatus alienat & distrahat: sicuti affirmant præcit. DD. & idem scripsit Petrus Belluga in speculo Principum, rub. 9. n. 7. 8. & 9. Idẽ si Princeps t̄ habet solũ castra, & vnũ ex illis præcipuũ alienat. Quo in casu defendi potest respõsum Neuizani in d. cõf. 12. n. 66. dum respondit, regem Galliarũ tanquam comitem Aftensẽm donare non potuisse quãdam castra ipsius comitatus. sic etiam res magna principatus dicitur, quando Princeps distraheret omnem iurisdictionem & superioritatem: sicuti scribunt Bald. Marr. Laudens. quos referunt & probant Alex. in l. filio, quem pater, num. 7. ff. de lib. & posthum. Iafon. prælu. feudor. n. 77. & Claudius Seyfel. in præcitato speculo feudor. pag. 119. tit. Princeps infeudando nõ potest a se abdicare omnẽ superioritatẽ, qui subiungit: nec quidẽ superioritatis t̄ partem alienare, & alteri conce-

- 8 concedere posse. Idem t̄ quãdo Princeps subijceret totum principatum seruituti, vt respondit Oldrad. in cõf. 231. in fin. sic
- 9 & cum t̄ honor, & dignitas principatus minuitur, cõsuluit Bald. in cõf. 771. lib. 1. & secuti sunt Socin. Jun. in cõf. 60. nu. 53. lib. 3. & Crauet. in cõf. 999. col. 2. ver. rursus damnũ. Non habet locum hæc traditio & sententia fauore ecclesiæ, cui t̄ Princeps secularis alienare, concedere & donare potest castrum, oppidum & ciuitate sui principatus: quemadmodum Constantinum Imperatorem donasse Syluestro Pontif. Max. multa castra, oppida, & vrbes, scribunt quamplurimi longa admodum serie congesti a Burfa. in cõf. 24. lib. 1. & in specie nostra sic declarat Claud. Seyfel. in d. speculo feudor. pag. 125. ver. sic prædicta tamen, qui quidem pag. subsequ. ver. sic secundo restringi potest declarat pariter, Principem posse magnam, quæ non est sui Principatus, sed aliunde sibi obuēnit, dummodo non fuerit ipsi Principatus incorporata.
- 11 Rem parua t̄ & modicam æstimare atque arbitrari poterit iudex, si magnus Princeps dominus multarum ciuitatum, oppidorum, ac castrorum, alienat oppidum aliquod vel castroruũ, reseruato sibi directo dominio, vel saltem superioritate: sicuti docuit Alber. in §. discipuli, colum. 4. in proœ. ff. de iur. em. cum dixit, donationem t̄ aliquorum castrorum factam a rege Aragonum filijs secundæ vxoris in præiudicium primogeniti in regno successuri valuisse: ex quo non afferebat multum detrimenti ipsi regno, & de hac donatione Regis Aragonum sic respondit Oldrad. in cõf. 94. num. 23. Ita etiam respondit Ioan. de Anã. in cõf. 81. Ducem t̄ Mediolani donare potuisse quãdam castra & oppida sita in territorio Aftensicũ magnũ quidẽ dici non poterat: quo ad Ducem ipsum, qui dominus erat multarum ciuitatum, castrorum, & oppidorum. Et prædictos secuti sunt Felin. in cap. ad audiẽtiã. col. 1. & 2. de præscrip. & Claud. Seyfel. in præcitato speculo feudor. pag. 122. ver. limita secundo. sic etiam respondit Oldrad. in cõf. 139. num. 10. & 11. Principẽ Achaie t̄ donare potuisse castra & oppida sui principatus: ex quo nõ dicebatur res

magna respectu qualitatis personæ ipsius Principis, & Oldradum secuti sunt Decius in cõf. 498. num. 11. R. uin. in cõf. 25. n. 16. lib. 2. qui Oldradum, Albericũ, & Geminianum citatos supra secutus est Alba in cõf. 64. n. 37. Ita etiam prædictos secutus respondit Craue. in cõf. 999. col. 2. lib. 6. rem parua & modicam esse, quando t̄ Princeps donat vtilẽ dominiũ castruũ, & oppidi, illa infeudandõ, & quando retinet superioritatem.

Ita quoque t̄ res modica & parua est, quãdo Princeps separat oppidũ aliquod a ciuitate: si uti respondit Iaf. in cõf. 1. in 2. dub. lib. 1. cum dixit, Ducem Mediolani potuisse separare oppidum Burgi Franchi a ciuitate Papiæ: Idẽ de separatione oppidorum Viqueris, Valentiæ & Saritanæ respondit Alba. in cõf. 111. n. 14. in cõf. 113. n. 2. & in cõf. 114. n. 2. lib. 1.

## CASVS CCCCLX.

Fructus, seu commoditas perceptio- nis fructuum feudi, quando & pro quo tempore alienari, & pro sententiæ executione capi possit.

## SUMMARI A.

- 1 Feudi proprietates alienari non potest in præiudicium domini, & aliorum in inuestitura vocatorum, in sui & hæreditatis potest. num. 3 & 7.
- 2 Vtus fructus in feudo constitui nõ potest.
- 4 Fructus feudi percepti alienari possunt, pendentes tantum quo ad sui præiudicium, n. 6. & 8.
- 5 Fructus decimæ percepti alienari possunt, percipiendi, scilicet ad modicum tempus, num. 11.
- 9 Fructuum feudi percipiendorum commoditas vendi potest ad modicum tempus, sicut & locari, num. 12.
- 10 Alienatione rei prohibita, non cõsentur etiam alienari prohibiti fructus percipiendi.
- 13 Tempus modicum quod dicitur.
- 14 Fructuum feudi percipiendorum alienatio quibus præiudicet.

- 15 Feudi fructus an capi possint in causam iudicati. siue percepti, siue perdentes, num. 16. & quid de fructibus nascituris, num. 17. & 18.
- 19 Heres censetur eadem persona cum defuncto.
- 20 Feudi fructus quando demum, & quatenus in executionem rei iudic. capiuntur, num. 21. & 22.
- 23 Vasallus debitor a quo capti sunt feudi fructus, an creditor cui ad iudicati sunt, debeat domino seruitium prestare, numer. 24.



**D**UBITATIO

hæc frequens & egregia est, in qua versatur iudicis arbitrius: cum iure definitum minime sit, quod dicatur modicum tempus intra quod fructus, seu commoditas perceptionis fructuum permittitur, sicuti tradit Afflict. in comment. ad constit. Neapol. lib. 1. rubr. 97. de poena contumaciæ, in ciuilib. cap. si quis post litem, num. 9. vers. item. fuit dubitatum, quantum, &c. Hac in re dicendum est prius, si feudum, hoc est feudi proprietatem sui natura alienari minime posse a vasallo in præiudicium domini, & aliorum in investitura vocatorum, cap. 1. de alien. feudi, & cap. imperialem, de prohib. feudi alien. per Freder. & illis in locis scribentes.

- 2 Non etiam alienari, seu constitui potest ius usufructus in ipso feudo, sicuti scribunt Præpos. in c. imperialem, colum. 4. nu. 11. vers. quæro an vasallus possit. Alexand. in conf. 18. lib. 4. Afflict. in comment. ad constit. Neapol. rub. 5. de reuocand. aliena. feudorum, c. constitutione diuæ memoriæ, num. 12. vers. concludo ergo, Præpos. in d. cap. imperialem, colum. 4. vers. quæro an vasallus possit. Cremenf. in sing. & 5. Iason in conf. 123. colu. 1. vers. sed præmissis non obstantibus. lib. 4. copiose. Iacobus in investitura feudali, in verb. ita etiam quod ipsi, num. 43. Tiraquel. de retract. consang. §. glo. 7. nu. 47. Paris. in conf. 98. num. 4. lib. 2. Ripa in c. cū ecclesia Surina, nu. 122. de caus. possess. & proprie. & late Neuzia in conf. 9. nu. 2.

qui intelligunt, quo ad præiudicium domini, non autem proprium & hæredum. Cæterum ambigitur, quid de solis ipsius feudi fructibus dicendum sit? Et quidem distinguendi atque constituendi sunt tres casus, quemadmodum sunt & tres fructuum statutus, nempe, percepti, pendentes, & nascituri.

Quod attinet ad primum casum, res caret probabili dubitatione: cum sine contumelia alienari possint fructus ex bonis feudalibus percepti. Hoc habent omnes pro absoluto, & in specie Camera rius in d. cap. imperialem, de prohib. feudi alienat. per Freder. pag. 121. vers. prima igitur conclusio, secundum paruam impressionem Basiliensem. Et ratio quidem manifesta est: quia ij fructus percepti, a soloque separati non dicuntur feudales, vt scripsit Isernia in c. 1. §. si vero violaram, colum. 2. numer. 5. de pace tenend. Anton. Capicius in investitura feudali, in verb. feudorum fructus, colum. 1. Boer. q. 199. num. 7. sensu Afflict. in decis. 26. n. 2. sic dicimus, quod licet decima Ecclesiæ debita alienari non possit, tamen possunt tamen fructus, cap. vestra, de locato, & vbi Abb. & reliqui, & lausimæ comprobatur Tiraquel. de retractu consanguineorum, §. glo. 7. num. 51.

Secundus casus est, de fructibus feudi pendentibus. Hoc in capite dicendum est alienari posse, quo scilicet ad sui ipsius vasalli alienantis præiudicium, sicuti in specie sensit Camerarius in d. cap. imperialem pag. 124. vers. quid dicemus. Ea est huius sententiæ ratio: quod sicuti vasallus alienans feudum sui natura inalienabile, quo ad sui præiudicium valet alienatio, vt tradunt a me, congeſti in conf. 89. nu. 66. lib. 1. qui dixerunt, vasallum alienantem feudum ex pacto etiam & providentia, non posse amplius alienationem ipsam reuocare: sicque facto suo contrahere, ita etiam valet fructuum pendentes sunt pars fundi, l. fructus. ff. de rei vend.

Quo vero ad præiudicium domini, vel agnatorum, ad quos mortuo vasallo alienante, feudum deuolueretur, nullum afferretur præiudicium, quin eis liceret ita consequi fructus, vt & ipsum feudum.

Ter-

Tertius est casus, de fructibus nascituris. Hoc in casu dicendum est, hos fructus si sicque hanc fructuum percipiendorum commoditatem vendi posse: ad modicum tempus tamen, non autem ad longum. Ita in specie venditionis scribunt ultra viginti Doctores.

- 1 Ardizon. in summa feudorum, rub. Quib. mod. feud. amit. §. item queritur, an vè dere possit ius percipiendi.
- 2 Alberic. in l. monumenta, in fin. C. de legat.
- 3 Bald. in l. usufructu, colum. ultim. vers. non quid. ff. solut. matr. l. voluntas, nu. 6. C. de fideicom. & idem in cap. imperialem, num. 4. de prohib. feud. alien. per Freder. idem in cap. donare, qualiter feud. alien.
- 4 Isernia in d. cap. imperialem, in princ. num. 3.
- 5 Martin. Laudens. in cap. 1. colum. 2. vers. item nota, quod agnatis, in titu. agnati vel filij, & in d. c. imperialem, n. 13.
- 6 Præpos. in d. c. imperialem, colum. 4. vers. quæro an vasallus possit.
- 7 Ioan. Raynand. in cap. 1. §. habitio, vers. quæro, nunquid vasallo, de prohib. feud. alien. per Freder.
- 8 Ioan. Fabri in §. item Seruiana, Instit. de actio.
- 9 Alexand. in conf. 165. num. 6. lib. 2. & in conf. 18. num. 5. lib. 4.
- 10 Iason in l. filius fam. §. diu. in 2. lectur. num. 84. vers. duodecimo limita, ff. de leg. 1. & in §. item Seruiana, num. 15. Inst. de actio.
- 11 Ruin. in conf. 17. nu. 12. & in conf. 176. num. 13. & in conf. 213. num. 3. lib. 1.
- 12 Afflict. in d. cap. imperialem, in princ. num. 12. & 13. & 14. & in comment. ad constit. Neapol. rubr. 97. de poenis contumaciæ, in ciuilibus, c. si quis post litem, num. 9. vers. in contrarium.
- 13 Ant. Capic. in invest. feudali, in verb. feudorum fructus, colum. 1.
- 14 Iacobus in investitura feudali, in verb. ita etiam quod ipsi, num. 43.
- 15 Curt. in tract. feudorum, 4. par. principi. quæst. 15. num. 106. in fin.
- 16 Zasius in epitome feudorum, part. 10. numer. 104.

- 17 Tiraquel. in tracta. de retract. consang. §. glo. 7. num. 47.
- 18 Martin. Frec. in tract. de subfeud. in tit. qui incipit: Pluribus autem modis, num. 43.
- 19 Rolandus in conf. 80. num. 35. lib. 1.
- 20 Iulius Clarus in §. feudum, q. 31. vers. successive quæro.
- 21 Aurelius Corbulus in tract. de causis et quibus emphyteuta iure suo priuatur, tit. de causa priuat. ob alienationem, sampl. 49. num. 19.

Et huius quidem sententiæ manifesta est ratio: quia prohibetur alienare feudum, non tamen prohibetur alienari fructus ex fundo percipiendos, l. codicillis, §. instituto, de leg. 2. Ita de emphyteusi dicitur, cuius proprietates alienari non potest: fructus tamen possunt, sicuti militum autoritatibus tradit Tiraquel. in d. glo. 7. num. 48. sic & t fructus decimæ ad modicum (vt dixi supra) tempus vendi possunt: cap. vestra, et 2. de locat. Describunt multum congeſti a Tiraquel. in d. glo. 7. n. 51. & præter illos idem affirmant Afflict. in comment. ad constit. Neapol. rub. 5. de reuocat. alienationis feudor. cap. constitutionem, num. 12. vers. sic etiam decimæ, & Claud. Syluest. in specul. feudor. pag. 361. vers. secundo limita.

Quod de venditione diximus, multo magis de locatione t ipsorum fructuum percipiendorum dicendum est: vt scilicet locari possit perceptio ipsa ad modicum tempus: sicuti inter alios in specie annotarunt Isernia in d. cap. imperialem, n. 3. & ibidem Camerarius pag. 125. vers. nos autem, & pag. 126. vers. alteram, & Afflict. in d. c. constitutionem diuæ memoriæ, num. 88. Cæterum dubitari contingit, quod indicatur hoc modicum tempus. Vna fuit opinio eorum, qui opinati sunt, esse quinque annos. Ita Azoum summa, lib. 1. de usufruc. & Alber. in l. monumenta, in fin. C. de legat. Secunda est opinio, de septennio, sicuti refert & probat Camerarius in d. cap. imperialem, pag. 125. vers. nos autem. Quæ opinio improbari posse videtur ex his, quæ scripsimus supra in casu de locatione honorum Ecclesiæ ad modicum tempus. Tertia est opinio Martin. Frec. in loco supra allega. modi-



modicum tempus dici, vsque ad decennium, exclusiue: & Freccian. secutus est Corbul. in d. ampl. 49. num. 20. Quarta probabiliior est opinio, hoc relinqui iudicis arbitrio, cum iure definitum non sit, quod sit modicum hoc tempus. Ita Afflict. in comen. ad constit. Neapolit. rubr. 97. de pœnis contumaciæ in ciuilibus, cap. si quis post litem, num. 9. ver. item fuit dubitatum, quantum erit, &c.

14 Quæ sane sententia intelligitur, quo ad præiudicium domini, vt scilicet sine eius assensu sic alienari, & locari possint fructus percipiendi ex feudo. Sed quo ad eos, qui in feudo sunt successuri, distinguendum est inter feudum ex pacto & prouidentia, & feudum hæreditarium. Cum enim est ex pacto & prouidentia, durat alienatio solum uiuente ipso alienante, ex quo eius factam obligare non potest prædictos successores. Diuersum est in feudo hæreditario, in quo succedens tanquam antecessoris hæres, eius factum tenetur approbare, l. cū a matre. C. de rei vend. & in specie scripti in consi. 89. libr. 1. & distinctionem hanc confirmabimus infra, dum agemus, de sententia exequenda in fructibus nascituris. Et in specie sic distinguit. Afflict. in c. imperialem, in prin. num. 15. de prohi. feud. alien. per Freder.

15 Ex prædictis explicatur & illa dubitatio, an fructus feudi capi possint in causam iudicati, sicque pro executione sententiæ? & quidem quo ad fructus perceptos res satis est clara, capi possent sicut in specie affirmant Rubeus in consi. 164. nu. 10. ver. aut vero quærimus.

16 Idem quo ad fructus pendentes spectantes ad ipsam vasallum debitorem, vt tradunt viginti quinque Doct.

17 Speculator in tit. de primo decreto, §. restat. ver. item de vasallo, & in tit. de exec. sent. §. sequitur. in fin.

18 Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 5. ver. sed quæro, quod frangatur ff. de damno infecto.

19 Bald. in l. usufructu, colum. 2. versic. ita ex prædictis patet, ff. solut. matr. in c. contingit, colum. penult. de dolo & contumaciæ, in c. imperialem, versic.

quæro quid si ex consuetudine, de prohib. feud. alie. per Feder. & in consi. 182. Petr. de Firmo lib. 3.

4 Angel. in l. pro herede, §. si. quid tamen, ff. de acquire. hered. & in l. eorum, ff. de damno infecto.

5 Castrens. in d. §. si quid tamen.

6 Iacob. Ardizo. in summa feudor. rubr. An pignus iud. contrahi possit.

7 Ifern. in d. ad constitutiones Neapolit. libr. 1. rub. 97. de pœnis contumaciæ, in ciuilibus, c. si quis post litem.

8 Roman. in d. l. eorum, ff. de damno infecto.

9 Imola in d. l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de dam. infecto.

10 Franc. Aret. in d. l. pro herede, §. si quid tamen, nu. 7. ff. de acquiren. hered. & in consi. 14. col. 7. ver. sed quid opus.

11 Alex. in d. §. si de vectigalibus, nu. 16. & in consi. 124. num. 9. lib. 4. & in consi. 11. num. 3. lib. 5.

12 Aluarot. in c. imperialem, de prohib. feud. alie. per Feder. & in cap. 1. §. quid ergo, in fin. de inuest. de re aliena facta.

13 Præpos. in d. §. quid ergo.

14 Iason in l. cetera, §. sed si separauit, de legat. 1. & in l. commodis, num. 3. ff. de re iud.

15 Ruin. in consi. 72. n. 12. lib. 5.

16 Afflict. in commentarijs ad constit. Neapolit. libr. 1. rub. 97. de pœnis contumaciæ in ciuilibus, c. si quis post litem, n. 9. ver. in contrarium, & in decis. 26. & in consi. 240. colum. ultim.

17 Ripa in l. 1. num. 13. & 37. ff. de pignor.

18 Curt. Iun. in tract. feud. in 4. par. principali, q. 12. num. 102.

19 Iohan. Lupus in rubr. extr. de donat. inter virum & vxor. §. 12.

20 Brunus in consi. 37.

21 Rubeus in consi. 164. n. 10.

22 Tyraquellus de retractu consang. §. 1. glos. 7. num. 49.

23 Martinus Freccia in lib. 2. de subfeudis, titul. qui incipit. Pluribus autem, n. 43.

24 Camerarius in cap. imperiale, pag. 132. ver. tertia conclusio.

25 Roland. in consi. 80. numer. 34. libro. 1. & hos sum. secutus in commentarijs de Recupen. possess. remed. 9. numer. 260.

His constat hanc esse receptissimam sententiam, etsi de ea dubitauit Salic. in auth. ei qui colum. 14. versic. Quarto videndum est, quid in C. de bon. auctor. iud. possid.

22 Ceterum ambigitur, an exequi possit sententia in prædictis fructibus nascituris in præiudicium eorum, qui successuri sunt in feudo? His distinguo duos casus: quorum primus est, quando feudum est ex pacto & prouidentia. Hoc sane casu dicendum est, non posse exequi: cum fructus pertineant ad ipsum successorem, non ex persona antecessoris, sed ex propria: ita in specie scribunt Ifern. in comment. ad constit. Neapol. rub. 97. de pœnis contumaciæ in ciuilibus, cap. si quis post litem. & ibidem Afflict. num. 10. Ruin. in consi. 176. num. 12. & 13. lib. 1. Rubeus in consi. 164. num. 10. ver. aut quærimus, de fructibus spectantibus, & Camerarius in c. imperialem, pag. 135. vers. primo casu quando.

23 Secundus est casus, quando feudum est hæreditarium. Hoc sane casu exequi potest sententiam in prædictis fructibus nascituris post mortem ipsius vasalli debitoris. Ita tradunt præcita, nempe Ruin. & Rubeus, & præter eos Ifern. in d. c. si quis post litem, & ibid. Afflict. num. 9. & in decis. 240. num. 10. & manifeste Camerarius in d. cap. imperialem, pag. 137. vers. contrariæ vero parti. Et huius sententiæ ratio est: quia (vt diximus supra) volens succedere in feudo hæreditario, debet esse hæres antecessoris: sicuti manifestum est, & scripti in comment. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 92. Qui quidem hæres censetur eadem persona cum defuncto, §. 1. in authen. de iureiur. a morie. præst. & propterea tenetur hæres satisfacere pro ære alieno a defuncto contracto.

24 Verum prædicta executio fit in subsidium tantum, quando scilicet non extant alia bona libera, in quibus fieri possit executio, ita tradunt Bart. in l. commodis. ff. de re iud. & ibid. Imol. num. 2. Alex. n. 3. & Iaf. num. 3. Rube. in consi. 164. num. 10. Tyraquellus de retractu consang. §. 1. glos. 7. num. 50. & Camerarius in d. c. imperialem pag. 134. vers. & ultimo semper.

25 Præterea sententia exequenda non est in totum ita, quod vasallus indigeat: sed tantum referuari ei debet, quantum possit

viuere, sicuti scribunt Afflict. in d. constit. Neapol. cap. si quis post litem, n. 9. vers. in contrarium. & Camerarius in c. imperialem, pag. 149. vers. prima, si huic.

Rursus executionem hanc fieri posse solum pro modico tempore iudicis arbitrio tradit Afflict. in comment. ad constit. Neapol. lib. 1. rub. 97. de pœnis contumaciæ in ciuilibus, c. si quis post litem, num. 9. ver. item fuit dubitatum, quantum erit.

26 Dubitari etiam contingit: quis teneatur præstare seruitium domino debitum an vasallus debitor, a quo capti sunt fructus, vel creditor, cui adiudicati illi fuerunt: & vasallum debitorem teneri præstare seruitium domino, affirmarunt Spec. in tir. de primo & secundo decreto, §. restat. ver. videndum. Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 15. ff. de dam. infecto. vbi Imol. num. 20. Rom. in l. eorum, ff. eo. Ruin. in consi. 37. Afflict. in d. cap. si quis post litem, num. 9. ver. item fuit dubitatum. Camerarius in d. c. imperialem, pag. 144. vers. quid dicendum, pag. 148. & pag. 152. ver. aut & secundo. Non enim licuit huic debitori aliquid facere in præiudicium domini, ne ipse dominus alium habeat vasallum quam elegit.

27 Et hæc quidem opinio verior est & probabilior illa Angel. in l. eorum, ff. de dam. infecto. Salic. in authen. ei qui, C. de bon. auctor. iud. possid. & Alexan. in d. §. si de vectigalibus, qui dixerunt, æquitatem suam deret, quod creditor, qui fructus est consecutus, teneatur præstare seruitium domino: cum iuris & naturæ sit regula, cum sequi debere incommoda, quem commoda secuta sunt, l. secundum naturam, ff. de reg. iur. quæ sane ratio vera non est, cum creditor nullum sit consecutus commodum, sicque lucrum: sed quod suum est. Nec ad rem quidquam facit, quod vasallus facile posset relinquere hanc fructuum commo ditatem, & non seruire. Nam responderetur, fraudem, vel collusionem nocere minime posse domino feudi.

CASVS CCCCCLXI.

Vestitu habituque alieno quando quis vti possit, & quando non: & de pœnis eorum, qui habitu vtuntur alieno.

## S V M M A R I A.

- 1 Vestitus pro conditione hominum varij.
- 2 Oratores vsi sunt toga.
- 3 Aduocatorum vestis toga.
- 4 Iurisconsulti magistratus munere fungentes, toga utebantur.
- 5 Magistratus Romani vestis toga purpurea.
- 6 Clericorum & secularium habitus distinctus.
- 7 Vestitu clericorum vel regularium vtens laicus, qua pœna puniatur iure Cæsareo & Pontificio, &c.
- 8 Vestitus clericorum quotidianus distinctus ab eo, quo in diuinis vtuntur.
- 9 Vestes & ornamenta sacra, quæ, & quid significant, remissive.
- 10 Sacerdos celebrando non vtens vestibus sacris, quomodo puniatur, nu. 11.
- 11 Moniales habitu distincto a reliquis mulieribus vti debent.



VEMADMODVM varix sunt hominum artes, & conditiones: sic & varij & diuersiq. sunt eorundem habitus & vestitus: quod egregie significasse mihi videtur Cicero in 1. de Oratore his verbis: [Moderabor ipse, ne vt quidam magister atque artifex, sed quasi vnus e toga torum numero atque ex forensi vsu homo mediocris, neque omnino rudis.]

- 2 Togatos appellat Cicero non quidem plebeios artifices: sed eos, qui in foro agendis causis descendebant: nempe oratores, quos toga fuisse vsos scribit Claud. Suetonius in Augusto, cap. 40. in fin. his verbis: Negotium ædilibus dedit, neque posthac patenter in foro circove, nisi positis lacernis togatū consistere. [Et Quintilianus in lib. 11. cap. 3. instit. orator, ita habet: [Cultus non est proprius oratoris aliquis, sed magis in oratorem conspicitur. Quare (sic in omnibus honestis debet esse) splendidus & virilis. Nam & toga, & calceus, & capillus, tam nimia cura quam negligentia sunt reprehendenda.] Et egregie Policarpus in lib. 8. cap. 14. cuius verba Albericus in l. ornamentorum, ff. de

aur. & argent. legat. & in l. vnica, colum. penult. ver sic. C. de suffragio. ita refert. De mosthenes antequam virtus innotuisset, cultus operosioris dicitur apertissime nitorem: sciens quod purpura caudicium vendit. At postquam famam & notitiam ascutus est eloquentiæ, toga contentus fuit, dicens se velle sibi a se potius, quam a nitore vestium ac cultu exquisito constare gloriam, & malens vestē ex viro cognosci, quam virum ex veste. Quem enim proprias attollit honor, vilitas vestium non deprimit. Emendicatumque videtur laudis esse suffragium, quod ab extrinsecus pendet. ] Hæc ille. Sic & hodie causarum & patroni, quos aduocatos appellamus, togam foro vti, colligitur ex l. 3. & in l. quid quid. C. de aduocat. dinerf. iud. & tradit Speculat. in tit. de Aduocatis. §. sequitur videre, de vestib. aduocat. Albericus vbi supra. Togati & quoque incedere, & pro tribunali sedere debent Iurisconsulti, Magistratus munere fungentes. Apud Romanos & toga purpurea vsos fuisse magistratus scribit Lazarus Baysius ex sententia Martialis, qui ita habet.

Diuisit nostras purpura vestra togas.

Quare scriptum reliquit Lampridius in Alexandri Seueri vita, Alexandrum statuisse singulis magistratibus certas distinctasque vestes ordinare, & alia ad rem annotauit Petrus Fabr. in libro 2. semestrium, cap. 10.

- 6 Sic clericorum & tam secularium, quam regularium habitus atque vestitus longe diuersus ab illo laicorum est, semperque fuit: sicuti manifestum est. Quocirca laicus & qui clericorum, vel regularium vestitu habituque vtitur, iure Cæsareo exilij pœna, ac etiam corporali plectitur, vt statuit Iustinianus in §. penult. in authent. de sanctis. Episcopis, quæ autem sit pœna illa corporalis, non definit Iustinianus, ob id iudex suo arbitrio eam imponet. Iure pontificio altam esse pœnam scribit Fabius Monteleo in praxi arbitrali, in 4. part. num. 961. qui num. 962. subiungit, quod cum hodie non obseruentur pœnae indictæ a iure Cæsareo & Pontificio, & iure illo suo Regni Neapolitani nulla indicta sit pœna, arbitrio iudicis hunc puniendū esse.

Ita

## S V M M A R I A.

- 8 Ita etiam distinctus est habitus & quotidianus prædictorum clericorum ab eo, quod clerici ipsi in diuinis celebrandis hodie vtuntur, ac olim etiam vsi sunt: sicuti egregie scribunt Hugo de Sancto Victore in lib. 1. de mysterijs Christianæ fidei, parte 4. & in lib. de mysterijs ecclesiæ, c. 6. Rabanus in lib. 1. de instit. cler. cap. 14. Dominic. Soto in 4. senten. distinct. 13. quæst. 2. art. 4. Conradus, Brunus in lib. 4. de cæremonijs, cap. 4. qui docte & copiose explicant quid sibi velint atque significant singulæ illæ vestes & ornamenta, vt amictus, Alba, talares, cingulum, stola, manicipulus, & casula, quibus in celebrandis sacrificijs Missæ vtuntur sacerdotes. Multa etiam ad rem tradit Onofrius Panuinius in tract. de interpretatione vobiscum obliqua ecclesiast. His vestibus & ornamentis & si non vtantur sacerdotes celebrando, excommunicationis pœnam incurrunt: vt scribunt D. Antoninus in summa, in 3. parte, tit. 13. cap. 6. §. 6. Caietan. in ptima secundæ, quæst. 69. art. 4. Bernardus Diaz in pract. criminali, cap. 38. in fin. & Ignatius Lopez ibid. in addit. in fin.
- 1 Punitur & etiam sacerdos sic celebrans pœna extraordinaria iudicis arbitrio, sicuti annotauit Diaz in d. cap. 38. nu. 2. Quæ de viris diximus, idem de mulieribus dicendum est: cum & hæc distinctum inter se habitum atque vestitum habeant. Virgines & Deo dicatæ, quas moniales appellamus, distincto ac valde diuerso, vt norunt omnes, vtuntur habitu ab illo, quem vel virgines seculi, vel alix mulieres gestant. Sic & inter mulieres pudicas & impudicas distinctus est habitus, sicuti diximus supra in casu 535. vbi de meretricibus differimus.

## CASVS CCCCCLXII.

Priuilegium fori, vel immunitatis, concessum dominis, an & quando comprehendat, vel extendatur ad eorum seruos, famulos, colonos, & similes.

- 1 Priuilegia aliqua realia, aliqua personalia.
- 2 Priuilegium fori clericis competens, ad quos pertineat.
- 3 Famuli, serui, & coloni, clericis & ecclesiæ perpetuo obligati, eodem cum ipsis priuilegio fori vtuntur. Et quid si ad tempus tantum obligati seruiant, num. 4. 8. & 11.
- 5 Priuilegia non debent extendi, nisi ad personas connexas priuilegiato, n. 6.
- 7 Clericus laicum coram iudice seculari conuenire debet.
- 9 Iudex suspectus quo ad dominum, censetur etiam suspectus quo ad totam familiam.
- 10 Argumentum ab vno priuilegio ad aliud non valet.
- 12 Seruitio famuli, serui, & coloni, quando dominus impediatur propter non concessum ipsi priuilegium fori, iudicis arbitrio iudicatur.
- 13 Episcoporum famuli, serui, ac similes, fori priuilegio gaudent, nisi dietim seruiant. num. 14.
- 15 Priuilegium fori a quibus concedi, & concessum in quibus locis valeat.
- 16 Priuilegium fori Ecclesiæ vel clerico concessum, seruo suo & similibus prodest, vbi ipsi veniunt ad eorum defensionem.
- 17 Clerici habent priuilegium immunitatis ab oneribus.
- 18 Priuilegium immunitatis concessum clericis personale, ad famulos & colonos eorum non extenditur, nisi sint obligati perpetuo inferuire clerico vel Ecclesiæ, num. 21.
- 19 Priuilegium personale vel reale quando dicatur remissive.
- 20 Priuilegia personalia non extenduntur ad alium.
- 22 Emphyteuta ecclesiæ vel clerici, an gaudeat immunitatis priuilegio reali ipsi concessa, num. 24. 30. & seq.
- 23 Dominium vile a dominio directo emphyteuseos ecclesiasticæ separatum ac profanum, & laicum est.
- 25 Emphyteuta fisci, gaudet immunitate concessa ipsi fisco, n. 28.

26 Fisci

- 26 *Fiscus & ecclesia à pari procedunt, numer. 27.*
- 29 *Nemo debet duplici onere prægruari.*
- 33 *Intellectus l. priuata, C. de excusat. mun. lib. 10. num. 28. & 53.*
- 34 *Munera sordida que.*
- 36 *Colonus Ecclesie partiarus pro parte quam præstat Ecclesie, immunis est: & pro ea parte que ipsius propria est, non: si immunitatis priuilegium personale fuerit, nu. 36. quid autem si reale, num. 37. & 46.*
- 38 *Priuilegia sunt stricti iuris.*
- 39 *Fructus a solo separati, sunt proprii ipsius coloni.*
- 40 *Colonus pro parte sibi spectate præstat decimam, & gabellam præstandam pro fructibus, num. 41.*
- 42 *Collecta & gabella potest imponi pro negotiatione & mercimonio etiã ipsis clericis, num. 43.*
- 44 *Emptor fructuum ex prædijs ecclesie, non est immunis à gabella, sicut ipsa Ecclesia.*
- 45 *Conditione persone mutata, censetur etiã mutata conditio bonorum.*
- 47 *Ecclesia quando dicitur, & quando possit ladi per indirectum.*
- 48 *Collecta imponitur persone pro rebus.*
- 49 *Res eadem diuerso iure non debet censeri.*
- 50 *Collecta soluitur pro prædijs, non pro fructibus.*
- 51 *Conductores prædiorum fiscalium vel Cesaris, à quibus oneribus sunt immunes, num. 52.*
- 52 *Intellectus l. i. C. de priuileg. domus Augusti lib. 10.*
- 54 *Colonus ad que onera tenetur, aut non.*
- 55 *Immunitas Ecclesie prodest eius colonis, si aut ipsis grauatibus Ecclesia grauaretur consequenter, aut pacti sint coloni cum Ecclesia, quod & sua portio sit immunis, num. 57.*
- 56 *Consuetudo præiudicialis Ecclesie que dicatur iudicis arbitrio relinquitur.*
- 58 *Priuilegium fori quibusdam laicis concessum non competit eorum colonis & famulis, nisi necessarijs, num. 59.*
- 60 *Priuilegium immunitatis competens ipsi principi vel fisco, quatenus extenditur ad alios: & ad quos, num. 61.*

- 62 *Priuilegium immunitatis Scholasticorum, extenditur ad famulos ipsorum. Idem in priuilegio immunitatis concessio Doctoribus, num. 63.*
- 64 *Priuilegium portandi arma, quibus competat, & ad quos se extendat, numer. 65.*



## DISPUTATIO

est celebris & egregia, frequens in foro & iudicij: an serui, famuli, coloni, & similes, frui & gaudere possint & debeant ipso priuilegio suis dominis concessio? Priusquam huic dubitationi satisfaciam, præmitendum est: taliqua esse priuilegia concessa personæ, quæ appellatur personalia: aliqua rei, quæ dicuntur realia: sicuti post alios scripsi in cõfil. 276. nu. 7. & 8. lib. 3. & in comment. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. Præmitto etiam secundo, aliquando concedi priuilegia clericis, sicque ecclesiis: aliquando laicis & secularibus, ut manifestum est: His præmissis, duo capita sunt constituenda, quorum primum est de priuilegijs clericorum: secundum vero de priuilegijs laicorum. Et quod attinet ad primum caput obseruandum est, clericis multa esse à legislatoribus tributa priuilegia, sicuti duo & quadraginta recenset Ioan. Ant. Niger, in extrauag. vnic. de vita & honest. cler. a num. 70. vsque 380. de duobus tantum fori scilicet & immunitatis, hic agendum est: cum reliqua non satis seruorum, famulorum, & colonorum personis videantur posse adaptari.

Primum itaque est priuilegium, quod fori appellatur, ne scilicet clericus conueniri possit coram alio iudice, quam ecclesiastico, cap. 1. 2. & 3. cap. continua, & cap. nullus, 11. quæst. 1. cap. 2. & cap. cum contingat, de foro compet. & his in locis scribentes copiose disserunt: Hoc priuilegium an extendatur ad seruos, & famulos, & colonos clericorum, ambigi solet: Existimo distinguendos esse duos casus.

Primus est, quando famuli, serui, & coloni sunt perpetuo clericis & ecclesie obligati. Hoc sane casu recepta est omnium senten-

sententia, priuilegium ad hos extendi. Itaque gloss. in c. iudicatu 89. dist. & in c. clericum 11. quæst. 1. Felin. in c. 2. n. 2. de foro compet. Io. Antonius Niger in d. extrauag. vnic. num. 80. Prosper Catauita in comment. ad ritus magnæ curiæ, ritu 66. n. 27. & Thesaurus in decis. 22. n. 5.

Secundus est casus, quando famulus, seruus, colonus & similes seruit ad tempus annua, vel mensura, vel diurna mercede conductus. Hoc in casu sunt opinioniones: Prima fuit eorum qui opinati sunt, hoc priuilegium non comprehendere hunc famulum, seruum, vel colonum, ita decem & septem DD. quos ex ordine numerandos esse putauit.

- 1 *Speculator in tit. de compet. iudicis additione, §. 1. num. 27. versic. Vigessimus septimus.*
- 2 *Archid. in c. clericum, 11. quæst. 1.*
- 3 *Albericus in l. i. C. de epis. & cler.*
- 4 *Abbas in cap. non minus, num. 14. in fin. de immun. eccles. cap. 2. num. 5. de foro compet. & ibid.*
- 5 *Butrius n. 4. qui dixit hanc esse regulam.*
- 6 *Aretinus in d. c. 2. n. 8.*
- 7 *Præpositus in cap. quod clericus, nu. 14. & in c. clericum, n. 5. 11. q. 1. & in cap. iudicatum, in fin. 89. distin.*
- 8 *Marian. Socin. senior in c. declaratione §. num. 8. versic. inde fit conclusio, de foro compet.*
- 9 *Felin. in d. c. 2. n. 2. versic. generaliter. cod. tit. de foro compet.*
- 10 *Io. Ant. Niger in extrauag. vnic. nu. 91. de vita & honest. cler.*
- 11 *Aufreer. de potestate seculari super ecclesiast. personis, reg. 2. num. 36. qui ait ita seruari. Gutierrez, præst. quæst. lib. 1. quæst. 4. num. 2.*
- 12 *Capiculus in decis. 12. num. 2.*
- 13 *Grammat. in cons. 102. n. 14. in ciuilib.*
- 14 *Natta in cons. 576. n. 3. 6. & 17.*
- 15 *Didacus libro præst. quæst. c. 35. num. 2. versic. quanto non video.*
- 16 *Iulius Clar. in præst. crimin. §. fin. q. 35. versic. quero, num. quid familiares.*
- 17 *Thesaurus in decis. 22. versic. verum, & c. visus est probare hanc sententiam, secundum quam dixit, ita sepius iudicasse senatum Taurinensem: et, eodem iudic.*

loco scripsit ipse Thesaurus, contrariã opinionem forte de iure veriorẽ.

Primo ea ratione & argumento iustitiam sunt, quod priuilegia tanquam stricti iuris non debent extendi, cap. priuilegia, de regul. iur. in 6. Priuilegium ergo fori concessum clerico extendi non debet ad eius seruum, famulum, & colonum. Verum responderi facile potest, & priuilegium extendi seu comprehendere personas connexas ipsi priuilegiato: sicuti videmus priuilegium concessum emptori, dici concessum & venditori: cum vnum sine altero esse non possit, ex quo sunt duo correlatiua: ita, Roma. in cõfil. 80. n. 4. & Iaf. in l. nõ tantum, n. 12. ff. de re iud. Sic etiam de priuilegio concessio marito, intelligitur comprehendere uxorem, quæ ipsi marito conexa dicitur, ut in specie tradit Bald. in sua Margarita, in verbo, priuilegiũ. Secundo arguit Thesaurus in d. decis. 22. nu. 2. quod coloni clericorum & monachorum non liberantur a collectis, licet ipsi clerici & monachi sint immunes, sicuti decidit ipse Thesaur. in decis. 116. Ceterum respondetur, id contingere, quia clerici & monachi non læduntur in seruitio sibi a colonis præstando, cum coloni solum grauentur pro fructibus eorum proprijs, eorumque negotiatione, sicuti infra suo loco dicemus.

Tertio argumentatur Thesaurus præcitato in loco: quod si clericus agit contra laicum rei vindicatione, vel actione personalis super re ecclesie aut ipsius clerici, debet illum coram iudice seculari conuenire, c. si clericus laicum, de foro compet. & late tradit Aufreer. in tract. de potestate seculari in clericos, reg. 4. n. 9. respondetur vno verbo, argumentum non concludere, nil que ad rem facere.

Secunda est opinio eorum, qui affirmant priuilegiũ fori clericis concessum extendi imò comprehendere eorum seruos, famulos, & colonos, qui mercede promissa ad tempus seruiunt, ita sane affirmant duodecim ij iuris interpretes.

- 1 *Glossator in c. eos. 32. distin. in c. 1. & c. clericum, 11. quæst. 1. & in c. generaliter, §. nouarum. 12. quæst. 2.*

- 2 Archidiaconus in d. c. clericum. l. 1. nu. 3. qui tamen dubitare videtur.
- 3 Bald. in l. 1. nu. 2. & in l. 2. nu. 4. C. de episc. & cler.
- 4 Albericus in l. si quis. C. ubi causa fiscalis.
- 5 Castren. in ead. l. si quis.
- 6 Barbat. in c. 2. de foro compet.
- 7 Roman. in l. cum quedam puella. nu. 5. ff. de iurisd. omn. iud.
- 8 Iason in eadem l. cum quedam. n. 7.
- 9 Aquensis ibidem.
- 10 Cagnolus ibidem. n. 30.
- 11 Petr. Rebuff. in tract. de priuileg. scholarium. priuileg. 166. nu. 1. & 2.
- 12 Grammat. in voto 33. nu. 20.

Primo adducitur text. l. 1. C. si quacunque præd. potest. ibi. [cum sua suorumque domo iurisdictionem eius euitare, &c.] Verum nil ad rem nostram facit, cum ob delictum ius dicentis sancitum sit, ipsum ius dicentem non solum esse suspectum domino, quem læsit, sed etiam toti familiae. Est enim regulare, & iuri ac æquitati consentaneum: quod si iudex est suspectus quo ad dominum, censeatur etiam suspectus quo ad totam eius familiam: sicuti scribit Innoc. in c. insinuante. de offic. deleg. & Bald. in l. 1. nu. 2. vers. hoc præmissio. C. de episc. & cler.

Secundo afferri solet argumentum ductum a fortiori ex auth. habita. C. ne filius propatæ. ubi fori priuilegium concessum scholasticis, comprehendit etiam eorum famulos & seruos, qui ad tempus seruiunt: sicuti annotarunt ibid. Bald. col. 2. Salic. n. 7. Rebuff. in d. priuileg. 166. & Horatius Lucius in tract. de priuileg. scholarium, ad fin. tit. de his qui gaudent priuilegijs scholarium, n. 2. Ergo & fori priuilegium clericis concessum, competere debet multo magis & eorum seruis: cum magis fauendum sit clericis quam scholasticis. Cæterum posset responderi scholasticis & eorum seruis fuisse expressim concessum hoc priuilegium, quod propterea non debet extendi ad alios.

Tertio allegatur text. cap. cum olim, de arbitr. responderetur, ibi non agi de aliquo fori priuilegio: sed solum de priuilegio seu lege & regula illius Hospitalis, ut fratres, seu administratores ipsius Hospi-

talis vna cum ipsa familia eligere deberent rectorem.

Quarto perpenditur, l. 2. C. de episc. & cler. qua sancitum est, quod sicuti collectis & alijs oneribus grauari non possunt clerici, ita nec eius serui & famuli. Ergo idem dicendum est de priuilegio fori. Responderi vno verbo potest, non licere argumentari ab vno priuilegio ad aliud, ne multiplicentur, contra l. 1. C. de dot. promiss. cum simil.

Quinto viget magis ratio; quod ij famuli, serui & coloni, non propter se, sed ob domini personam frui volunt hoc fori priuilegio: & propterea nulla est differentia inter seruum perpetuum & ad tempus quantum sit causa & respectu ipsius temporis: cum pro eo tempore dicantur ij famuli & serui quid accessorium ad ipsos dominos, qui sine eis stare nequeunt, & ideo priuilegiū ad eos extenditur, iuxta c. licet, de priuileg. in 6. Decius in l. in omnibus causis, n. 8. de reg. iur. & late Matfil. in sing. 17. incipit: Plura, &c.

Tertia est opinio & forte probabilior ita posse distingui, aut dominus impeditur vti seruitio serui, famuli, & coloni, si ij priuilegio fori frui nequeant. Et tunc priuilegium ipsam fori concessum domino, comprehendit etiam seruum, famulum, & colonum. Aut ipse dominus non patitur damnum & incommodum, vel saltem leue. Et hoc casu priuilegium fori non comprehendit prædictos. Ita Felin. in ca. 2. num. 2. vers. tene istam conclusionem, de foro compet. & a fortiori sic dicimus de seruis & famulis laicorum, ut explicabimus infra in 2. cap. huius disputat. in 1. casu, post Io. Anto. de Nigris, in extrauag. vnic. n. 93. vers. aduerte tamen, de vita & honestat. clericorum, quæ secutus est Prosper Caraita in præcitatæ Commen. ad ritus magnæ curiæ, ritu 66. n. 28. qui eiusdem opinionis recensent Oldr. in cons. 11. Thema tale est, Bartol. in tract. Repræsentationum, quæst. 7. principali, num. 8. Baldū in l. serinarios. C. de testam. milit. & Lucam a Penna in rubr. C. de apparitor. Præfecti vrbis, qui secundam opinionem proximè relata absolute affirmare videntur, reddentes rationē, quia domini seruis, famulis & colonis carere non possunt.

Cæte-

12 Cæterum, quando dicatur dominus impediti seruitio famuli, serui & coloni, si fori priuilegio vti non possint, iure definitū non est, nec definiti potuit, ob id iudicis arbitrio relinquitur: qui considerabit qualitatē causæ & personarū, locorumque distantiam. Hac ratione dicimus, quod quando aliquis inseruiens clerico, habet generalem administrationē rerū ecclesiæ, frui debet hoc fori priuilegio: sicuti scribit Abb. in d. c. 2. n. 6. vers. fallit in duobus, de foro compet. & Thesaurus in d. decis. 22. num. 7. vers. fallit quarto. Est ratio, quia non nisi magno cum clerici in eodem modo seruis & famulis iste extra forum suum trahi potest.

13 Declaratur primo hic casus, & ut locum non habeat in seruis, famulis & similibus Episcoporum, ij enim fori priuilegio ipsius Episcopi frui debent. Ita Abb. in d. c. 2. n. 6. vers. in familia vero Episcopi, de foro compet. Capic. in decis. 12. n. 1. Burs. in cons. 25. n. 13. qui dixit, hos seruos & famulos Episcopi frui etiā priuilegio immunitatis onerum, Thesaur. in d. decis. 22. n. 6. Calcan. in cons. 61. n. 2. cui subscripsit Io. de Moresperello ibid. cons. 72. & Io. Anto. Niger in extrauag. vnic. nu. 89. de vita & honestat. cler. Ea ratione ij vsi sunt, quod multa conceduntur Episc. quæ alijs non sunt permilla, ut tradit Aufter. in d. trac. de potestate secularis in ecclesiasticos, reg. 2. n. 36. Cæterum Niger in d. extrauag. vnic. n. 90. in fin. post Alberic. & Soc. Seni. intelligit, hanc declarationem non habere locum, & quando ij serui & famuli seruiunt dictum tantum.

14 Declaratur secundo non procedere quando priuilegiū fori fuisse his seruis, & famulis concessum a Principe laico, ut ab Imperatore, ita Abb. in d. cap. 2. n. 6. de foro compet. Niger in d. extrauag. vnic. n. 92. de vita & honestat. cler. Bursat. in d. cons. 25. n. 9. 10. 11. Thesaur. in d. decis. 22. nu. 7. qui dixit: quod si huiusmodi priuilegiū concessum est solummodo a Pontifice Max. nil prodesset, nisi in terris & iurisdictione ecclesiæ, & inquit, se ita vidisse iudicare a senatu Sabaudia. Imo nil etiam operaretur in oppidis & ciuitatibus ab ecclesia infu-

Castren. in cons. 287. Primum dubium, n. 3. lib. 1. Curt. sen. in cons. 65. n. 15. & Alciat. in respon. 201. Quia priuilegium, n. 22. secundū impressionem antiquam Lugdun. qui sic de Duce Ferrariæ loquitur.

16 Declaratur tertio, ut non procedat, quando clericus vel ecclesia veniret ad defensionem serui, vel coloni: & his hoc respectu intentaretur contra ecclesiam. Nam tunc priuilegium fori prodest ipsi seruo, & colono, ita Præpos. in c. clericum, l. 1. n. quæst. 1. Ripa in cap. discernimus, nu. 22. & 4. de iud. & Thesaur. in d. decis. 22. in fin. vers. fallit septimo.

17 Secundum est priuilegium concessum clericis, quod dicitur immunitatis ab oneribus, ne scilicet gabellas, collectas, & similia soluant, iuxta c. ecclesiarum. 12. quæst. 2. cap. non minus, de immunit. eccles. c. graue de sent. excom. & c. 1. de immunit. eccles. in 6. & l. 1. l. de his. C. de Episc. & cleri. Hoc priuileg. an extendatur ad seruos, famulos, & colonos ecclesiæ dubitatur? Distinguo 18 atque constituo duos casus. Primus est, & quando priuilegium immunitatis est personale. Hoc sane casu non extenditur ad famulos, seruos & colonos, ita gl. in Clem. 1. de decim. & ibid. Zabarella q. 22. Imola & Vitalin. n. 31. ibi. Bal. in cons. 31. statuto ciuitatis Astenfis, col. vlt. ver. vnde colonus, lib. 1. Rotā decis. 4. tit. de priuileg. in antiquis. Abb. in c. ex parte, l. 1. n. 4. de decimis, & in cons. 9. in cons. 268. n. 4. vers. ite si simpliciter, & in cons. 297. nu. 6. libr. 2. Ruin. in cons. 157. n. 9. lib. 3. Bertach. in tractatu de Gabellis, par. 7. n. 16. Boerius q. 213. col. vlt. Io. Baptista Ferretus in cons. 123. n. 6. Egidius Bolsius in tractatu causarum crim. in tit. de Principe & eius priuilegijs, nu. 174. Ripa in tractatu de pelle, in tit. de remedijs ad conseruandam veritatem, nu. 124. Parisius in cons. 69. num. 6. lib. 1. qui ita a sensu contratio sensit Berous in cons. 173. num. 67. lib. 1. Et hos sum & ego secutus in cons. 276. num. 7. & 8. vsque ad finem, ubi declarauit, quando dicitur priuilegium personale, & quando reale, & latius scripsi in comment. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103.

19 Et huius quidem casus & sententiæ ratio est: quia priuilegia personale non extenduntur ad aliam personam,

O 2 l. quia

1. quia tali, ff. solut. matr. Ex his intelligimus, quod et si concessum est privilegium personis clericorum, ne teneantur hospitari militibus seu Beruarios, l. 1. vbi Bald. in 3. notab. C. de episcop. & cler. & Ioan. Anton. Niger in extrauag. vnic. nu. 324. de vita & honest. cler. non tamen eorum famuli & coloni sunt ab hoc onere immunes.

21 Declaratur hic casus, vt locum non habeat, et quando seruus, famulus, & colonus, sunt perpetuo obligati inseruire clericis & ecclesiis. Nam tunc & ij fruuntur immunitate hac ipsi clerico & ecclesie concessa. Ita scribunt Baldus in l. 1. nu. 2. & in l. 2. nu. 4. C. de Episcop. & cler. Feder. de Senis in cons. 111. n. 10. Abb. ind. c. non minus, n. 14. de immunitate eccl. Ripa in tractatu de peste, in tit. de remedijs ad conseruandū vbertat. n. 128. & in libro 2. Responsorū, cap. 22. in fin. secundum impressionem Lugdunensem. Ioan. Anton. Niger in extrauagat. vnic. n. 88. de vita & honest. cler. Grammat. in cons. 102. n. 15. in ciuilib. & Tesaurus in decis. 116. nu. 12. Et hic quidem casus probatur ex l. 2. C. de Episcop. & cler. c. continua. 11. q. 1.

Secundus est casus, quando privilegium reale concessum est clericis, ne scilicet eorum pradia teneantur soluere gabellas, collectas, & similia onera, iuxta c. non minus de immū eccl. & c. 1. eod. tit. in 6. c. graue, de sentent. excomm. l. sacrosancta C. de sacrosan. eccl. & l. de his. C. de Epif. & cler. & scribunt Zabarella in cons. 12. n. 2. & latissime Duenas in reg. 100. num. 1. an hoc casu coloni, & emphyteute ipsorum clericorum, sicque ecclesiarum frui possint hac immunitate? De emphyteutis differamus primū, deinde de colonis. Et

22 quidem quo ad emphyteutas, et quatuor sunt interpretum opiniones. Prima est eorum, qui dixerunt: emphyteutam ecclesie causa & respectu sui utilis dominij, frui non posse hoc immunitatis privilegio. Hanc opinionem probant Isernia in c. 1. in verbo, Plaustrorū, n. 56. & 57. quæ sint regalia. Luc. a Penna in l. vnic. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. Ludo. Bologni. in cons. 54. col. 2. vers. quo dato. Et vno verbo idē docuit Iaf. in l. 1. n. 12. C. de in dicta vid. tollēd. Et si Iaf. huius opinionis refert Feder. de Senis in cons. 111. n. 10. qui (vt in

fra referam.) loquitur de solo colono. manifeste Alex. in cons. 101. n. 11. lib. 1. Roehus Curtius in tract. de consuetudine, sectione 6. n. 3. Brunus in tract. Quod stantibus masculis foeminae non succedat, arti. 8. n. 109. & 110. qui eiusdem opinionis refert Socin. sen. in cons. 216. lib. 2. quod est cons. 217. alias duplicatū, in cons. 119. lib. 1. qui tamē Socin. non loquitur in specie nostra. Hanc quoque opinionem probant Bertan. cons. 4. lib. 1. Ripa in lib. 2. Responsorū c. 22. in fine, & in tract. de peste, in tit. de remedijs ad conseruandā vbertatē, n. 124. iusto n. 128. vers. non obstat decisio Bartoli. Roland. in cons. 18. n. 28. Ioa. Ant. Niger in extrauag. vnic. n. 306. de vita & honest. cler. Pet. Auend. in tract. de exequēdis mandatis, c. 15. n. 33. & copiosius Aluar. Vallas. in tract. de iure emphyt. q. 17. n. 11. vers. verū ipse contrariā. Et hos alias secutus sum supra in casu 180. n. 8. vbi solum Rolandū retuli. Ea ratione ij moti sunt, quod dominium utile emphyteutæ est quid separatum a dominio directo ipsius clericis & ecclesiis. Nam etsi dominium ipsam directum dicitur ecclesiasticum: attamen dominium utile est mere laicum & prophanum: & ob id subiectum statutis & legibus principum secularium: sicuti scribunt Ancha. in cap. ea quæ, col. 17. de regul. iur. in cons. 115. colum. 2. vers. & per prædicta tollitur, & in cons. 433. n. 3. Barbat. in cons. 14. in fin. lib. 1. Curtius senior in cons. 73. in fin. Brunus in d. artic. 8. nu. 106. & similibus, comprobatur Aluarus Vallasus in dicta q. 17. numer. 12. 13. & 14. Et scripsi ante eum in dicto casu 180. numer. 9. & multis sequentibus.

24 Secunda est opinio eorum, qui opinati sunt immunitatis privilegium concessum clericis & ecclesiis, prodesse etiam eorum emphyteutis. Hac in opinione fuerunt Bart. in l. Priuatæ C. de excusat. muner. lib. 10. & ibidē Ange. & Ioa. Platea, Iaf. in auth. quas actiones, n. 42. C. de sacrosan. eccl. Tyraq. de retract. consang. §. 1. gl. 13. n. 10. Parpalea in l. placet, n. 74. C. de sacrosan. eccl. Chassan. in comment. ad consuet. Burg. rub. 4. §. 6. n. 6. vers. & intellige, Remigius Gonnij. in tractatu de charitatiuo subsidio, quæst. 61. n. 29. Duen. in reg. 100. ampliat. 3. Syluan. in cons. 9. num. 9. vers.

his tamē non obstantibus, & nu. 171 qui etsi vsus est permultis argumentis: attamen duo, vel tria tantum vrgere videtur. Et illud quidem, quo motus est & Barr. in 25 d. l. priuatæ, nempe emphyteutam et filii gaudere immunitate concessam ipsi fisco, d. l. priuatæ, & l. pen. C. de excusat. muner. lib. 10. vbi etiā annotauit Lucas a Penna. 26 Atqui fiscus & Ecclesia a pari procedunt, præsertim in solutione & solutionis cessatione gabellæ & collectæ: sicuti scribunt gl. & Sali. in l. 1. C. si propter public. pens. Bar. in l. licitatio. §. vlt. ff. de publican. & vectiga. dum allegat. l. 1. C. de priuileg. dom. August. lib. 11. & Bal. in tract. de præscript. in 5. part. principali. ergo & emphyteuta Ecclesiæ frui debet immunitate concessa ipsi Ecclesiæ. Verum respondet Brunus in d. art. 8. num. 110. vers. nec enim. Ecclesiam & fiscum æquiparari solum in casibus a lege expressis: non autem regulariter & in omnibus. Quam quidem responsionem non admittit Syluan. in d. consil. 9. num. 11. cum verius sit, fiscum & Ecclesiam regulariter & in omnibus æquiparari: sicuti copiose disserat Eucard. in centuria legal. in loco, a fisco ad ecclesiam, nu. 2. Rectius itaque responderi potest, d. l. priuatæ, & d. l. penult. C. de excusat. muner. lib. 10. loqui solum de oneribus, et sordidis: non autem de alijs non sordidis, sicuti latius declarauimus.

28 Secundo adducitur, quod sicuti clerici sicque Ecclesia grauari non potest collectis & oneribus, vt supra diximus: ita nec eorum emphyteuta, quia alioquin Ecclesia ipsa per indirectū pateretur damnū, atque ita eius libertas tolleretur, ita hoc argumentum ad rem nostram late deducit Syluanus in d. cons. 9. num. 12. Verum dissolui facile potest ex his, quæ in specie scribit Vallasus in d. q. 17. nu. 15. vers. quæ vero ad suadendum. Et quæ nos dicemus infra de colono, in responsione ad argumentum.

Tertio sic arguitur, bona hæc Ecclesiæ sunt libera, antequam in emphyteusim concedantur. Est ergo necesse dicere vel durate adhuc hæc libertate, vel docere, vnde procedat hæc obligatio, cum obligationes descendant ex contractu vel quasi, vel ex delicto, vel quasi, sed hoc in casu

nulla est materia, quæ hanc producat obligationem, ergo non erit obligatio: sicuti nec filia sine matre, licet §. ea obligatio, ff. de act. & obligat. Ita arguit Syluanus in d. cons. 9. vers. quarto loco confirmatur. Cæterū vno verbo responderetur, quod tamen respectu utilis dominij res in emphyteusim concessa putet conditionem ob personam, in qua transit, quæ pro omnibus rebus suis tenetur, ita hoc utile dominium dicitur tanquam quid proprium ipsius emphyteutæ laici suppositum his collectis & oneribus.

29 Quarto vrgere videtur, quod et tunc debet pro eadem re publico onere gratuari, l. nauis onusta, §. cum autem in actus, ff. ad l. Rhodiam de iactu, l. 1. §. interdum, ff. ad legem Falcidiam, & l. 1. C. de muner. & in quo loco conferri l. Titia, §. qui inuita, de legat. 2. & tradunt Bald. in l. 1. ff. quod cuiuslibet, vniuers. nom. Alex. in cons. 88. n. 10. lib. 6. Dec. in cons. 285. col. pen. & Paris. in cons. 25. nu. 84. illi alios scilicet omitto. Arguit si emphyteuta ecclesiæ posset collectas & gabellis grauari, duplici a faceret onere, nempe pensio nis, quæ domino directi præstare debet, & hoc onere gabellæ & collectæ. Ergo ne sequatur, hoc in conueniens & absurdū, dicendū est, collectas & gabellis grauari non posse. Hoc argum. post Bart. in d. l. priuatæ, vsi sunt reliqui, præsertim Syluanus in d. cons. 9. n. 13. Verū facile responderetur, negando minorem illam propositionem: non enim hic emphyteuta grauatur duplici onere, sed vno tantum: quia soluit solummodo pro utili dominio: atque ita solum pro fructibus & redditibus, quos ipse percipit. Et si aliter diceremus, opus esse fateri, nec quidē emphyteutam laici posse his collectis & oneribus grauari. Et propterea in caractro & æstimo bonorum emphyteuticorum habetur ratio pensio nis, quæ præstatur domino directi, vt tantominus ipse emphyteuta soluat pro æstimo: sicuti tradunt Luc. de Pen. in l. vltim. colum. 2. C. de fundis limotroph. lib. 12.

30 Tertia est opinio eorum, qui sic distinguunt, aut pensio quam præstat emphyteuta domino directi, non correspondit ipsi fructibus, sed pro recognitione præstatur quid minimū & tunc emphyteuta

gruari potest onere collecta, & gabella, cum sit proprie emphyteuta, & non dicitur gravari duplici onere, ex quo domino dicitur nihil se se prestat. Hoc in casu loci habet prima illa opinio. Aus vero pensio quam prestat emphyteuta domino dicitur correspondere fructibus, & tunc emphyteuta gravari non potest: tum quia alioqui duplici onere gravaretur: tum etiam quia dicitur potius colonus, quam emphyteuta, qui sane colonus gravari non potest. & hoc in casu procedat secunda opinio. Hac distinctionem facit Brunn. in d. trac. Quod stansibus masculis foemina non succedat. art. 8. num. 109. ubi dicitur igitur, qui n. 111. scripsit, arbitrio expertorum, vel veritas iudicis relinqui, quae dicatur magna pensio, ut correspondeat fructibus. Ceterum distinctio haec recipienda non est, cum secundum illud membrum sit falsa. Est enim admittimus praedictam emphyteutam dici potius colonum, quam emphyteutam. Non tamen inde fit, quin possit his collectis gravari, & vere colonus ecclesiae pro fructibus quos pro sua portione percipit, gravari possit, sicuti statim dicemus.

31 Est itaque retinenda prima illa opinio, quae prior est, acque recepta magis.

32 Declaratur praedicta communis opinio ut locum non habeat, + quo ad munera & opera sordida, ad quae cum non teneatur emphyteuta fisci & Principis, l. penul. C. de excusat. muner. lib. 10. ita etiam non possit eorum causa gravari emphyteuta ecclesiae. Et intelligi sic debet, l. priuata, sicuti etiam visus est intelligere Bart. in d. l. pen. & hanc declarationem manifeste probarunt Parpalea in l. placet, num. 16. C. de sacrosanct. eccles. Ioan. Mauritius in l. vnic. C. de militib. & in quo loco, lib. 11. pag. 287. Pet. Diacon. in leg. 100. ampliat. 3. Vallasc. in tract. de iure emphyte. q. 17. num. 17. vers. posto a muneribus, & in speculo de hominibus clericis, inseruientibus, statuit Constantia in l. 2. C. de Episc. & clero.

34 Munera autem sordida late nomenclantur in l. maximarum, C. de excusat. muner. lib. 10. ubi Bart. Ioan. a Platea & Lator. Pen. alia refert Spe. in tit. de cler. contig. & Parpal. in l. placet, num. 20. C. de sacrosanct. eccles.

De colonis nunc dicendum est: quia in re prius dicendum, + colonum partiarium pro ea fructuum parte, quam ecclesiae praestare tenetur vere immunem esse: cum non dicantur fructus ipsius coloni, sed ecclesiae, sicuti manifestum est, & in specie sic tradunt congesta Marcabrun. in conf. 18. n. 35. qui sic est interpretatus loqui Feder. de Senis in d. conf. 11. num. 10.

35 Pro ea vero parte fructuum, + quae propria est ipsius coloni, dubitatio est non leuis inter Doct. an ipse colonus sit immunis, vel potius teneatur soluere collectas, gabellas, decimas, & similia onera. Hac in disputatione distinguo duos casus, sicuti & de emphyteuta distinximus supra.

36 Primus casus est, quando privilegium immunitatis est concessum personae domini, atque ita personale est. Hoc sane casu immunitas non extenditur ad colonos pro eorum fructuum portione, ita glo. in Clem. 1. de decim. quam secuti sunt ibid. Zabarel. quest. 22. Anchar. & Imol. & manifestius Abb. in cap. ex parte, num. 4. de decimis, qui sic intelligit & declarat textum illum. Et ratio est, quia personale, &c.

37 Secundus, + quando privilegium immunitatis tributum est bonis ecclesiae. Hoc in casu tres sunt opiniones, an extendatur ad colonos pro portione sua fructuum? Et quidem prima est opinio magis recepta, non extendi, sed eos posse collectari. Ita scriptum reliquerunt sex & viginti Doctores, quos ex ordine sic enumerare statui.

1. Federicus de Senis in conf. 11. num. 10.

2. Innoc. in cap. non eo minus, numer. 3. de v. immunecolof.

3. Abb. in cod. cap. non eo minus, numer. 14. vers. vel secundo.

4. Gemina in cap. quamquam, in fin. de cen. ca. v. s. in 6.

5. Salicet. in l. vniuersi. C. de vectigal. & in d. l. commissis, in 1.

6. In Arretin. in l. placet, colum. 3. vers. capio, in v. glo. in verb. extraordinarium, C. de sacrosanct. eccles.

7. Fernia in cap. numer. 57. que sint re. in v. galia.

8. Benedictus Capra in regula 96. nu. 85.

9 Ioan. a Platea in l. senatorum. C. de dignit. lib. 12.

10 Felin. in c. ecclesia sanctae Mariae, n. 99. de constitut.

11 Bertach. in tract. de gabellis, part. 7. quest. 7.

12 Guido Papa quest. 208.

13 Lucas a Penin l. vnic. colum. 2. vers. unde sit res ecclesiastica, C. de imponen. lucr. descript. lib. 10. & in l. 3. quest. 17. C. de quibus muner. vel presta. lib. 10. qui idem esse dixit de colono, qui immunis coll.

14 Brunus in tract. quod stantib. masculis foem. non succed. art. 8. nu. 110.

15 Aegid. Boss. in tract. causar. criminal. in rubr. de Principe, num. 121.

16 Parpalea in l. placet, num. 73. C. de sacrosanct. eccles.

17 Ripa in tract. de peste, in tit. de remedijs ad conseruandam veritatem, in 128. & in lib. 2. respon. cap. 22.

18 Iulius Ferret. in tracta. de gabellis, numer. 57.

19 Remigius Gonnius in tract. de charitativo subsidio, q. 61. num. 20.

20 Roland. in conf. 66. num. 29. lib. 1. & in conf. 61. num. 15. lib. 4.

21 Hieronymus Gabriel in conf. 73. num. 5. lib. 1.

22 Theaurus in decis. 116. num. 8. qui dixit opinionem hanc esse receptiorem & veritiorem.

23 Marcabrunus in conf. 18. nu. 54.

24 Bursatus in conf. 25. num. 3. vers. quia primo respondetur, est num. 6. aliter visus sit sentire. & apertius in conf. 42. num. 16. lib. 1.

25 Ioan. Ant. Niger in extraudg. vnic. in 307. de vita & honest. cler.

26 Syluester Prier. in summa, in verb. excommunicatio, in l. 9. num. 48.

38 Primo ea ratione & argumento ij moti sunt, quod + privilegium immunitatis est stricti iuris, & ob id non extenditur, cap. privilegia, de privileg. in 6. Non ergo a clericis dominis ad eorum colonos extendi debet. Ceterum facile posset haec argumentatio euitari, si diceremus, hoc immunitatis privilegium non esse tributum personae, sed praedij: & ob id comprehendere

re quemcumque ipsorum praedij possessorum.

Secundo & rectius adducitur argumentum, quod ij fructus + sephat a solo sunt quid proprium ipsius coloni, qui eos pro suo labore & opera acquirat, & in eius dominio transiunt, l. 1. C. de agrie. & censit. lib. 11. vbi Bart. & alij, quos statim referam. Et hac ratione dicitur, omnes praestandi decimam pertinere etiam ad colonum pro fructuum portione sibi sephante: vt scribunt Innoc. in cap. cum non sit, de decimis. Zabarella in c. tra nos, eod. tit. Ripa in d. lib. 2. resp. cap. 22. num. 10. Ita gabella & collecta, quae + pro fructibus praestatur, praestari debet a colonis percipiente fructus, ita Alba. in conf. 40. n. 7. Roland. in conf. 66. num. 29. lib. 1. & Crauet. in conf. 497. num. 5.

41 Tercio suffragatur, quod pro negotiacione + & mercimonio collecta & gabella potest & debet imponi, sicuti scribunt Lucas a Penin in l. vniuersi, in 171. C. de quibus muner. nem. liceat se excusa. lib. 11. & l. vltim. C. de fundis limitoph. lib. 10. & copiose scripsit in conf. 9. lib. 1. pro qua quidem negotiacione tenentur etiam + ipsi clerici praestare ipsam collectam & gabellam, cap. vlt. de vita & honest. cler. & scribunt Archid. Ioan. Arid. & Franc. in cap. quamquam, de censib. in 6. Ripa in d. cap. 22. num. 17. & vbi dicit, 4. declarat, Theaurus in d. decis. 116. num. 10. & late Marcabrun. in conf. 18. num. 37.

42 Ergo multo magis tenentur clericorum coloni, qui dicuntur negotiari, conducendo ipsorum clericorum praedia: Et dicuntur quodammodo suis laboribus & impensis emere hanc fructuum partem: ea propter dici non possunt immanes a decimis collectis & gabellis, in v. traditione Bart. in l. licitatio, vltim. ff. de public. & vectig. dicitur aliter, quod haec ecclesia sit immunis a solutione gabellae pro fructibus a se proprijs in praedij percipientibus non tamen + immanes sunt ipsorum fructuum emptores. Et Bart. secuti sunt Archid. in cap. vltim. de censib. in 6. & alij, quos infra referam.

43 Quarto accedit, quod mutata + personae conditione censetur etiam mutata conditio honoru, & consequenter extinguitur dicitur

dicitur privilegium, l. Paulus, alias: pro procuratore, ff. de acquiren. bared. l. cum quidam. §. si debitores, ff. de public. & ve-

Quinto & ultimo suffragatur, quod si dominium vile emphyteutice ecclesie est laicum, temporale & prophanum, ut diximus supra, & tradit Alvarus Vallasus in tract. de iure emphyt. quest. 17. num. 12. multo magis dominium fructuum, quod est dominium proprium tam directum quam vile ipsius coloni. Et consequenter ita est, ut aliquo ecclesie privilegio frui minime possit.

Secunda est opinio, quod si coloni sint immunes pro sua portione fructuum, ita sane, quindecim ij. Doctores affirmant,

- 1. Bar. in repet. l. placet, in fin. C. de sacrosanct. eccles.
- 2. Abb. in cons. 9. vers. ad secundum, lib. 1. & in cap. ex parte, num. 4. & 5. de decimis.
- 3. Zabarella in Clemen. 1. quest. 22. & 23. eod. tit. de decimis.
- 4. Gratius in cons. 130. lib. 1. cui subscripserunt ibid.
- 5. Alciatus.
- 6. Berous.
- 7. Vincentius Salviolus.
- 8. Augustinus Tannetus.
- 9. Aegidius Thomatis in tracta. de collectis, §. videndum, num. 8. & 19.
- 10. Festus in tract. de estimo, in 4. par. c. 2. num. 50. & 54.
- 11. Portius in cons. 184. num. 9.
- 12. Pet. Quen. in regul. 100. in 2. ampliat.
- 13. Bursatus in cons. 25. num. 6.
- 14. Osasus in decis. 39. num. 19.
- 15. Coninus in tract. de privilegijs rustic. lib. 1. par. 1. cap. 22.

Primo ea ratione ij. moti sunt, quod cum ecclesia pro suis prædijs immunis sit, ut diximus supra, ita etiam immunes esse debent eius coloni, alioqui per indirectum læderetur ipsius ecclesie immunitas quod iure permissum non est, c. vlti. de immu. eccles. lib. 6. & fieret fraus legi. Verum respondetur, dici non posse ecclesiam lædi per indirectum nam tunc diceretur lædi, quando ij. coloni ultra modum gravarentur, & plus quam coloni laicorum, ut in specie scribunt Feder. de Senis in dict. cont. nr. num. 10. & Felin. in cap. ecclesia S. Mariæ, num. 99. de constit. & dicemus infra. Præterea & secundo respondetur, argumentum procedere, quando onus imponitur colono, & in consequentiam ecclesie, quæ non tenetur. Nam hoc casu nec ipse colonus collectari potest, & statum contrarium non valet, l. 1. §. exceptio nes, ff. quar. rer. act. non datur, secus est, quando onus imponitur colono causa fructuum, qui dicuntur ipsius coloni: & ratione obligationis fundatæ in personam ipsius coloni: quo sane casu valet statutum, licet per indirectum auferatur commodum aliquod ipsi ecclesie, l. si venditor. §. vlti. ff. de seruis extraord. Ita in specie respondit Ripa in d. lib. 2. respon. cap. 22. num. 20. versic. non obstat tertia, post Bald. in cõsi. 496. Punctus questionis talis est, lib. 4. quem secutus est idem Ripa in tracta. de pelle, tit. de remedijs ad conservan. vbert. num. 128. qui dixit, hic non inferri damnã ecclesie: sed impediri aliquod lucrũ. Rursum respondetur, admissio, quod damnũ inferatur ecclesie: attamen id provenit secundario, quod non est considerabile, ut in specie tradit Alvar. Vallas. in tracta. de iure emphyt. quest. 17. num. 15. versic. sed hoc obiectum.

Secundo adducitur, text. cap. ecclesiarum seruos, 12. quest. 2. vbi exactores prohibentur compellere seruos ecclesiarum ad onera. Et confert cap. generaliter, §. novarum, 16. quest. 1. Ceterum respondetur, prædicta iura loqui de seruis, qui sunt sub ecclesie dominio: secus vero in colonis non seruis, ita respondet Feder. in dict. cons. 111. numer. 10. quem secuti sunt alij, quos retuli supra in vltima declaratione tertij casus.

Ter-

Tertio affertur argumentum, quod 48 + impositio collectæ & gabellæ solet imponi personæ pro rebus, l. rescripto. §. vlt. ff. de muner. & honor. Atqui nostro in casu persona ipsius clerici est immunis, & res ipsius clerici, seu ecclesie sunt immunes, ut diximus supra, ergo gravari non possunt coloni pro portione ipsa colonica: quia alias immunitas ecclesiastica non conservaret clericos ipsos immunes, nisi pro dimidia, hoc est pro parte dominicali. 49 Et tamen + eadem res non debet diversio iure censer, l. eum qui ædes, ff. de vlticap. Ceterum respondetur, quod hæc sunt separata, colonus, & ecclesia, seu prædia & persona ecclesiastica: sicut scribunt Feder. in d. cons. 114. numer. 10. & alij supra relati. & licet coloni graventur: non tamen gravatur ipsa ecclesia in suis prædijs vel personis, sed fructus ipsorum colonorum, ut tradunt Doctores, supra relati. Ita in specie respondet Thesaurus in d. decis. 216. num. 12. vers. ad quartum, & c. Nec repugnat regula illa, l. cum qui ædes, quia respondetur, illam locum non habere, quando diversi sunt respectus & rationes, sicuti in his terminis respondet Thesaur. in d. decis. 116. num. 11. declaravi post alios in tract. de Recuper. poss. redmed. 1.

Quarto vigere videtur, quod coloni etiam laicorum compelli non possunt solvere gabellas & collectas pro portione ipsa colonica: quia solutio & præstatio collectarum non est pro fructibus, sed pro ipsis prædijs. Ita Bart. & Bal. in l. colonos, C. de agric. & censit. lib. 11. & ibid. Lucas de Pen. Ioan. a Plat. Bald. in l. 1. colum. 2. C. de iure emphyt. Alex. in cons. 37. colu. pen. lib. 4. & in cons. 4. lib. 5. Curt. Sen. in cons. 36. Bellon. in cons. 27. num. 8. 9. Natta in cons. 409. numer. 5. Respondetur verum esse, quod coloni non tenentur solvere collectas pro prædijs dominorũ: sed pro sua negotiatione, & rata fructuum suorum: sicuti auctoritate quamplurimum demonstravimus supra. Ita huic argumento in specie respondit Thesaurus in d. decis. 116. num. 10.

Quinto suffragari videtur text. l. semper, §. conductores, ff. de iure immun. & l. 1. C. de priuil. domus August. lib. 11. vbi conductores prædiorum + fiscalium vel

Cæsaris, fruuntur immunitate concessa fisco & Cæsari. Ergo fortius coloni & conductores prædiorum ecclesie, argum. cap. duo sunt 96. distin. Respondetur d. l. semper, §. conductores. loqui de muneribus personalibus civilibus, ut puta decurionatus, tutelæ, & similibus, a quibus conductores prædiorum arcentur favore publico. Nam ob conductionem, in qua sunt impliciti, hæc officia eis non conveniunt. ita respondet Ripa in d. lib. 2. respon. cap. 22. num. 19. vbi patiter post Salic. in l. vniuersi. C. de vectig. & commissi. scribit, nil + obstat d. l. 1. C. de priuileg. domus August. lib. 11. cum loquatur de oneribus, quæ causa ipsius proprietatis imponuntur. Ita etiam loqui + text. l. priuatæ. C. de excus. muner. lib. 10. respondit Ripa in d. c. 22. in fin. Nos vero loquimur de his, quæ fructuum causa imponuntur: & hæc comprobantur responso Natte in cons. 209. num. 3. lib. 2. distinguentis inter onera realia, quæ pro fructibus dicuntur imponi: & onera mixta, quæ imponuntur personis pro rebus. Primo causa + loquitur Federicus de Senis in d. cons. 111. num. 10. & qui cum securi sunt, quos retuli supra in prima opinione. Secundo vero casu, quando onera imponuntur personis pro rebus, non tenentur (inquit Natta) coloni. & Natta huius opinionis refert Abbat. in cons. 9. in fin. libr. 1. & idem sentit Marcabrunus in cons. 18. num. 20. & 26. Ea ratione si sunt Abb. & Natta: quia huiusmodi onera, quæ indicuntur pro possessionibus sunt patrimonialia tantummodo, l. rescripto, §. patrimonialia, ff. de muner. & honor. ideo dominis & rerum possessoribus tantum indicuntur, colonus autem non est dominus neque possessor prædij: & propterea ratione & causa ipsius proprietatis gravari non potest, sed ipse dominus tantum: sicuti (refert Natta) scribunt Bart. & Io. a Plat. in l. 1. de anno. & trib. lib. 10.

Declaratur prædicta communis sententia, ut locum non habeat, + quando coloni ecclesie nimis gravarentur, adeo quod ecclesia ipsa ferret non leue detrimentum. Ita declarant Federic. de Senis in d. cons. 111. num. 3. Capra in regula 96. num. 86. Felin. in cap. ecclesia S. Mariæ, numer. 99. de constit. Ioan. de amicis in consi

confi. 18. nu. 3. Siluanus in confi. 9. n. 7. & Bursatus in confi. 42. nu. 16. lib. 1. Quando autē dicatur ij coloni nimis grauari, non satis recte Frederic. & Felin. explicat: cū solum dicat nimis hos grauari, quando ij ecclesiæ coloni plus grauantur, quam coloni laicorum. Crediderim rectius iudicis arbitrio relinquendum, iuxta ea quæ tradit Rochus Curt. in tract. de cōsuetudine; sectio. 5. nu. 24. & nu. 48. in fin. dum scribit, iudicis arbitrio relinqui, quæ cōsuetudo + dicatur multum præiudicialis ecclesiæ. Non enim hæc iure definita sunt.

57 Declaratur secundo ut non procedat, quando colonis pacifceretur cum ipsa ecclesia & clerico, quod etiā sua hæc portio fructuum esset immunis. Ita Marcabrun. in confi. 18. n. 39.

De secundo capite huius disputationis nunc disserendum est, an scilicet priuilegium concessum domino laico & seculari comprehendat personam eius serui famuli & coloni. Hoc etiā in capite cōsideranda sunt multa priuilegia, quæ etiā laicis solent cōcedi.

58 Primum est illud fori, quod cōcessum videmus legatis l. non alias. ff. de iudic. Hoc in casu priuilegium fori + non competit famulis, seruis & colonis, ita Alberic. & Castren. in l. 1. C. de episcop. & cler. Baldi in l. 1. n. 4. C. de vxor. milit. qui dixit, familiares militum necessarios frui priuilegio ipsius militis, scitens aliter esse quando non sunt ex necessarijs. Ita etiā de seruis & famulis non necessarijs scholariorum scribunt Bal. in auth. habita, n. 9. C. ne filius pro patre. Felin. in c. 2. colum. 2. versi. tene istam conclusionem, de foro compet. Ita etiā de seruis & famulis armigeri Principis cui concessum fuerat priuilegium citandi suos aduersarios in magna curia, non comprehendere, dicit Anton. Capic. in decis. 12. Ita etiā de seruis & famulis aulicorum, quibus fori priuilegium concessum est, tradit Prosper Caraita, in Comment. ad ritus magnæ curiæ, ritu 66. num. 27. & 28. Ita etiā de seruis & famulis similibus tradit Io. Ant. Niger in extrauag. vnic. num. 93. de vita & honest. cler. Est enim (scribunt prædicti) speciale in priuilegio concessio cle-

ricis, vt comprehendantur eorum serui & famuli, non autem in laicorum priuilegio.

59 Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat in seruis + et famulis necessarijs, sine quibus priuilegiatus frui non potest commode suo priuilegio. Nam tunc priuilegium eos comprehendit, vt in specie docuit Niger in d. extrauag. num. 93. vers. aduerte tamen, quæm securus est Prosper Caraita in comment. ad ritus magnæ curiæ, ritu 66. num. 28. quos retuli etiā supra in r. huius disputationis in 2. casu.

Secundum est priuilegium quod aliquando etiam laicis conceditur, nempe immunitatis ab oneribus: & dubitatur an priuilegium ipsius domini secularis & laici proficiat etiam seruis, famulis & colonis.

60 Exemplum afferri potest in Principe & fisco, cuius prædia & bona aliquo onere grauari non possunt aliquo gabellæ onere, l. licitatio, §. vlti. ff. de public. & vectigal. Non enim Princeps ipse statutis suorum subditorum ligari potest: sicuti latissime disserui in confi. 250. lib. 3. Priuilegium hoc comprehendit + etiam colonos & emphyteutas ipsius Principis, quemadmodum sancitum est in l. priuata, & l. pen. C. de excusat. muner. lib. 10. & ibid. Bart. & reliqui, qui (vt supra retuli) intelligunt, quo ad onera & munera sordida: non autem quo ad alia, causa & respectu vtilis dominij ipsorum emphyteutarum: & respectu fructuum partis colonicæ ipsorum colonorum, vt supra declarauimus.

61 Non etiam hoc Principis & fisci priuilegium prodest mercatoribus + qui fructus vel prædia ipsa fisci et Principis emerunt. Nam ij non sunt a gabellis & vectigalibus immunes, sicuti respondit Paul. in d. l. licitatio, §. vltim. vbi Bart. declarat, & secuti sunt Bertachin. in tract. de gabellis, part. 7. quæst. 7. Iason in confi. 20. nu. 2. lib. 1. R. uin. in confi. 143. nu. 18. lib. 3. Ripa in tract. de peste, in tit. de remed. ad conseruand. vberta. num. 127. Roland. in consil. 61. num. 16. & 17. lib. 4. & ego ipse post alios in confi. 136. num. 5. & ibid. nu. 19. declarauimus, lib. 1.

Secundum est exemplum in priuilegio scholaribus concessio, ne gabellas, & pedagia soluant, auth. habita, C. ne filius pro patre,

parte, vbi Bald. & reliqui. Rebuffus in tracta. de priuilegijs scholarium, priuileg. 165. & 166. & copiosius Horatius Lucius in tracta. de priuilegijs scholarium, priuileg. 53. & multis sequentibus. Hoc sane priuilegium comprehendit etiam seruos & famulos ipsorum scholasticorum, sicuti scribunt omnes in d. auth. habita, & abunde Horatius Lucius in d. tract. in fin. in tit. de hls, qui gaudent priuilegijs scholarium, numer. 2. & Rebuff. in d. priuileg. 166. quos & supra commemorauimus.

62 Tertium est exemplum in priuilegio immunitatis concessio Doctoribus, iuxta ea quæ scribit post alios Festasius in tract. de æstimo, parte, 4. cap. 3. numer. 2. Hoc priuilegium extenditur + ad seruos, famulos & colonos ipsorum Doctorum, cum eadem si ratio, quæ & in scholaribus: sicuti scribunt interpretes in d. auth. habita. Nō refero hic alia exempla, quæ legi possunt apud Festasium in d. c. 3.

63 Tertium est priuilegium, quod laicis aliquando conceditur, vt scilicet possint ferre arma, sicuti permissum est magistris, & militibus, vt post alios scripsi supra in casu 394. num. 65. & 67. Hoc sane casu dicendum est, priuilegium extendi ad eorum seruos et famulos, qui tamen eis personaliter inseruiunt, ita de familia magistratum scripsi in d. casu 394. num. 65. et idem et concludendum de + seruis et famulis militum: cum eadem sit ratio, vt dominum tueri et defendere possint eueniente casu.

## CASVS CCCCCLXIII.

Dolum probari coniecturis iudici arbitrijs.



INTER multa quæ de præsumendo, & probando dolo scripsi in Commentar. de præsumptio. libro 1. quæstio. 58. & in libr. 5. præsumptio. illud annotatur in dict. quæstio. 58. numer. 20. iudicis arbitrio relinqui.

## CASVS CCCCCLXIII.

Dignitates, honores, Magistratus, sacros ordines non nisi gradatim esse cōcedendos: & de temporis intervallo, quod in promotionibus ad ordines sacros adhiberi debet.

## SVMARIA.

- 1 Dignitates, honores, & Magistratus gradatim concedi debent.
- 2 Ordines non per saltum, sed gradatim cōferri debent.
- 3 Episcopi non debent fieri laici, qui tantum sunt ad minores ordines promoti.
- 4 Ordines quomodo conferri debeant secundum statuta Concilij Tridentini.
- 5 Ordines minores vna die conferri non possunt.
- 6 Ordo sacer quanto tempore post minores suscipiendus, & quantum tempus inter ipsos sacros ordines intercedere debeat, num. 9.
- 7 Ordines sacri duo, vel vnus cum vltimo minore eadem die conferri non possunt sub pœna suspensionis.
- 8 Ordines minores cum subdiaconatu conferendi consuetudo, an hodie valeat.
- 10 Episcopus promouens aliquem ad sacros ordines, non expectatis legitimis interstitijs, an censeatur cum ordinato dispensasse quo ad hoc.



NON modo legibus omnibus tam Cæsareis quam pontificijs: sed etiam honestati & decori conuenit, vt in concedendis + dignitatibus, honoribus, magistratibus, ac sacris ordinibus gradatim procedatur. Ita sane iure ipso Cæsareo sancitum est, sicuti respondit Modestinus in l. vt gradatim, in prin. ff. de mun. & hon. cuius verba adscripsi: [Vt gradatim honores deferatur edicto, & vt a minoribus ad maiores perueniatur epistola D. Pij ad Titianum exprimitur.] Hæc Modestinus, cui subscribit eod. in tit. Callistratus, in l. hono.



§. gerendorum. his verbis: [Gerendurū honorū nō promittenda facultas est: sed ordo certus huic rei adhibitus est. Nam neque prius maiorem magistratū quisquam nisi minore suscepit, gerere potest: neque ab omni aetate, neque cōtinuare quisque honores potest.] Sic & M. Tullius Cic. in lib. 3. de legib. ita scriptū reliquit: [Sunto aediles curatores vrbis annonę ludorumque solenniū, illisque ad honoris amplioris gradū primus accessus esto.] Idē sensit ipse Cic. in partit. orator. his verbis: [a minoribus ad maiora ascendimus.] legimus etiam apud Cassiod. lib. 1. epist. 4. Theodoriciū regem senatui Romano ita rescripsisse: [Hinc est, quod Cassiodoro illustri & magnifico viro, p̄cipua in reipub. claritate notissimo, Pattiatus dedimus pro remuneratione suggestū, ut honore magni nominis declarētur merita seruientis, qui nō fragili felicitate prouectus, fortunę ludo ad apicem Fasciū repētinis successibus euolauit: sed ut crescere virtutes solēt, ad fastigiū p̄conij conscendit gradibus dignitatū.] Quinimo constituit aliquando Iustinia. per saltum (ut dicitur solent) promotos dignitate frui non debere. Ita sane Iustinia. in l. nemo. C. de aduoc. diuers. iud. rescripsit Archelao Præfecto Prætorio: [Nemo, excepta Menandri filii patroni persona, speret de cætero permutationū saltibus, superiore gradu captato, fructurum se beneficijs, quę patronis ararij, seu dum officium exhibent causis fiscalibus, aut post impletum agnē imperitia monstrantur.] Hactenus Iustinianus.

2 Iure Pontificio idem t̄ sancitū esse legimus in c. vnic. de clerico per saltū promotō, neminem per saltū a subdiaconatu ad sacerdotium, omisso diaconatus ordine promoueri debere. Imo. furtive ordines suscipiētē, ac etiā qui eadem die ad quatuor minores, & deinde ad subdiaconatū promouetur, puniri, c. 2. & c. vlt. de eo, qui ord. furt. suscepit. & scribunt Host. in summa, in d. tit. de eo, qui ord. furt. suscepit. & Bernard. Diaz in pract. criminal. c. 25. in fin. & Zozimus pontifex Max. in epist. ad Ipsychiū Salonitanū. Episcopū relata in c. 2. dist. 59. ita rescripsit: Qui ecclesiasticis disciplinis per ordinē non est

imbutus, nec temporum approbatione diuinis stipēdijs eruditus: nequaquā ad summum sacerdotiū ecclesię aspirare vel p̄sumere debet; & non solum in eo ambitio inefficax habeatur: verū ordinatores eius careant eo ordine, quē contra p̄cepta crediderant p̄sumēdū.] Hęc Zozimus, cui subscribit Urbanus in c. seq. multis his verbis: [Si officia secularia principalem locum non vestibulū actionis in gressis, sed per singulos gradus examinatis deferunt: quis tam imprudens inuenitur, qui in celesti militia quę propēsius pōderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret, cum Tyro ante fuerit, & prius velit docere quā discere: allueat in domini caltris in lecto- rum primitus gradu diuini rudimenta seruij. nec illi vilescat exorcistam, acolytū subdiaconū, & diaconum. per ordinem fieri: nec hoc saltu, sed statutis maiorū ordinatione temporibus. Iā vero ad presbyteri fastigiū talis accedat, ut & nomē ætas impleat, & meritū probitatis stipētia antea tētentur, inde summi Pontificis iure locum sperare debeat. Facit hoc nimia remissio, confacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putāt ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa pluralitas etiā in his locis vbi solitudo est, talium reperitur, dum per paræcias extendi cupiunt: aut quibus aliud p̄stare non possunt, diuinos ordines largiuntur: quod oportet districti semper esse iudicij. Rarum enim est omne quod magnum est.] Hactenus Urbanus, cui accedunt Gregorius & Celestinus in duobus alijs subsequēt. cap. qui statuerunt, laicos t̄ ad minores ordines promotos, ad Episcopatus apicem non esse p̄uehendos, Alia nonnulla ad rem hanc scribit Maiolus in d. tract. de irregularit. lib. 4. cap. 11. & 12. Hodie maior adhibenda est diligentia in his conferendis ordinibus: nam sacrosanctō Concilio Trident. sess. 23. cap. 11. de Reformatione ita sancitum est: [Minores ordines ijs, qui saltem latinam linguam intelligunt, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopō expedire magis videretur, conferantur: ut eo accuratius, quantum sit huius disciplinę pondus, possint edoceri: ac in

vnoquo-

vnoquoque munete iuxta p̄scriptum Episcopi se exercent: idque in ea, cui adscripti erunt, ecclesia, nisi forte ex causa studiorum absint, atque ita de gradu in gradum ascendant, ut in eius cum gr̄ate vitę, & bonorum meritum, & doctrina maior accrescat, quod morum exemplum & assiduū in ecclesia ministerium, atque maiores erga Presbyteros & superiores ordines reuerētia, & crebrior quam antea corporis Christi communio maxime cōprobabunt. Cumque hinc ad altiores gradus, & sacratissima mysteria sit ingressus, nemo ijs initietur, quem non scientiæ spes maioribus ordinibus dignum ostendat. Hi vero non nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros ordines promoueantur: nisi necessitas aut ecclesię utilitas iudicio Episcopi, aliud exposcat.] Hęc Concilium: quo (ut etiam recte aduertunt Simon Maiolus in tract. de irregularit. lib. 4. cap. 11. num. 1. & Ignat. Lopez in additi. ad pract. crimina. Bernard. Diaz, cap. 25. in verb. vna eadem die.) sancitum est, minores t̄ ordines non vna die conferri posse: nisi aliud Episcopō expedire videatur: & quod susceptis minoribus t̄ annus interponendus sit, priusquā ad primum sacrum, qui subdiaconatus est, ascendat, nisi necessitas, aut ecclesię utilitas, iudicio Episcopi aliud exposcat. Quod quidem arbitrium (subiungant doctissime Ignatius & Maiolus.) ut ex mente Concilij dignoscitur, Episcopō concessum est, ad hoc, ut hęc interstitia abbreviari possint, non autem ut eadem die sacros t̄ ordines duos conferre possit, vel vltimum minorem cum primo ex sacris. Quod adeo scribunt Maiolus, & Ignatius.) verum est, quod si sabbatho vnum sacrum ordinem conferat alicui, & continuato ieiunio, alterum eidem conferat in Dominica, suspensus esset Episcopus a collatione ordinum, & ordinatus ab executione, donec Apostolica sedes dispensationem indulgeat, c. literas, de temporibus ordina. & hoc idem repetit Maiolus in eodē tractatu de Irregularitate, lib. 3. c. 24. num. 13. vers. Quod arbitrium.

8 Cæterum dubitari solet, t̄ quid hodie obseruandum sit illis in locis, in quibus extat vsus & consuetudo, ut mino-

res ordines cum subdiaconatu conferantur? Nauartus in manuali confessorum, cap. 15. nume. 71. ex Diui Antonij sententia scriptum relinquit: seruandam esse consuetudinem illam, cui non dicitur ab ipso Concilio derogatum: Rectius (ni fallor) sensit Ignatius Lopez in loco supracit. post Simonem Maiolum in tractatu de irregularitate, lib. 4. cap. 11. n. 1. Concilium ipsum abrogasse omnem consuetudinē contrariam. Illud præterea obseruandū est, quod non modo sacrosanctō ipso Concilio in d. cap. 11. sancitum est: annuum intercedere debere ab vltimo minori suscepto ordine, vsque ad subdiaconatum, sed etiam a t̄ subdiaconatu ad diaconatum, ut in eadem sessione 23. cap. 13. ibi: [Promoti ad sacrum subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiore gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur, &c.] Idem a diaconatu ad presbyteratum, in cap. 14. & illis quidem verbis, [nisi aliud Episcopo videatur,] significare arbitrium, scripserunt præcitati Maiolus & Ignatius. Et si antiquo iure quinquennij interstitium requirebatur inter subdiaconatum & diaconatum: ac etiam inter ipsum diaconatum & presbyteratum, sicuti statuerat Zozimus in cap. in singulis 77. dist. in. Gelasius vero trimestre tantum ab vno aliud statuit, c. monachus, eadem dist. 77. & scribit Maiolus in d. libr. 3. de irregul. cap. 24. num. 13.

Dubitari etiam solet, an Episcopus, t̄ qui dispensandi habet facultatem in his temporum interstitijs auctoritate dicti Concilij Tridentini, si tacite aliquem promoueat, non expectatis anni temporibus, quę de vno ordine ad alium desiderantur, censetur dispensare? Et quidem Simon Maiolus in tract. de irregularitate, lib. 3. cap. 24. nume. 14. & cum eo Ignatius in d. cap. 25. col. pen. vers. opportune tamen, &c. scribunt, se interrogatos respondisse. Quod si Episcopus ignorans fecerit, non dicitur dispensare: secus vero si nondum esse lapsum tempus sciens promouit. Cum omne Canonicum impedimentum, quod est in potestate Episcopi dispensandum, semper dicatur dispensari, si Episcopus sciens promoueat, sicuti scribunt

P Abb.

Abb. in c. veniens, de filijs presbyter. & Felin. in c. prætere, nu. 7. 8. & 9. de testibus cogen. & quam plurimus similibus comprobati in commentarijs de præsumptionib. lib. 2. præsumpt. 20. nu. 7. & multis sequentibus.

## CASVS CCCCCLXV.

Vicinus locus, seu prouincia quæ dicatur, vt aduocatus eo accedere debeat, vt pro cliente causam agat.

## SVMARIA.

- 1 Aduocatus qui constituto salario alicui patrocinari promisit, an patrocinij causa teneatur exire prouinciam, n. 2.
- 3 Prouincia remota quæ dicatur vt ad eam teneatur exire aduocatus clienti suo patrocinandi causa.



**A**DVOCATVS, qui mercede salarioque præstituto, pro cliente postulare & patrocinari promisit, an illius & promissionis causa exire teneatur prouinciam, vel in alium locum abire, vt causam prosequatur & defendat? Vlpian. in leg. sed & hæ. §. non solum, ff. de procuratore. respondit, durum esse, quod prouinciam exire debeat. Recte Accurs. illo in loco in glo. in verb. tribunali. in fi. distinguit, quod & aut prouincia est remota aut vicina sentiens, quod primo casu non tenetur in eam ire: secundo vero casu tenetur.

- 2 Cæterum dubitatur, quæ prouincia & locus dicatur remotus, vel vicinus in casu nostro? Albericus, Rosat. in l. 1. n. 3. in fi. C. de suffragio, docuit, hoc iure diffinitum non esse, & ob id iudicis a arbitrio relinqui.

## CASVS CCCCCLXVI.

Confidentia simoniaca, quibus probationibus, & coniecturis detegatur.

## SVMARIA.

- 1 Simoniaca quibus coniecturis probetur, num. 2. 3. & 8. & quibus non num. 4. 5. 6. 7. & 8.
- 7 Resignarius aliquo tempore post potest aliquid resignanti donare.



**D**E graui hoc crimine scripsi multa in commentar. de præsumptionib. lib. 5. præsumpt. 9. quo loci col. vl. vers. est etiã, & c. retuli Nauarrũ in manuali confessorũ, c. 23. nu.

10. affirmantem certis in casibus ibidẽ relatis iudicis arbitrio relinqui, cõiecturas & illas: quas tamen ego dixi nõ esse arbitrarias: sed iure definitas. Non negauerim tamen quin aliæ, quæ a lege expressim approbatæ nõ sunt, iudicis arbitrio relinquuntur, sicuti de alijs coniecturis & præsumptionibus in aliqua non scriptis, affirmant in lib. 1. de præsumptionib. quæst. 4. 4. & præter coniecturas ad probandum hanc confidentiam, quas congessi in d. præsumpt. 9. accedit illa, cuius meminit Verallus in decis. 200. part. 1. quando & quis resignauit beneficium ad fauorem fideiusforis, qui fideiussit pro resignante, qui vel nolebat, vel non poterat creditori soluere quod debebat. Et rursus refert Verallus in decis. 201. eiusdem primæ partis confidentiam hanc detegi ea coniectura, quando & conuentum fuit, quod beneficium a me infirmo resignante tibi, restituitur mihi, si conualuero. Idem vero Verallus in decis. 202. eiusdem primæ partis refert, confidentiam ex eo non probari, & quod resignans & resignarius essent amici: Cum hæ resignationes non nisi inter amicos fieri soleant. Non etiam & resignatio cum retrocessione statim facta arguit confidentiam: sicuti idem Verallus in d. decis. 202. num. 1. vers. secunda de resignatione scriptum reliquit. Sic etiã Nauarr. in consil. 66. titul. de simonia. lib. 5. ostendit, confidentiam illam & non dici, nec probari, quando resignarius post aliquod tempus per modum elemosinæ aliquas pecunias resignanti dedit. & ibidem

- ibidem num. 5. subinngit Nauarrus constitutiones Pontificum prohibentes has simoniacas confidentias non prohibere, quo minus & aliquo tempore resignarius possit aliquid donare resignanti. Et nu. 6. addit Nauarrus, quod et si promissio facta & de retrocedendo, vel de dando fructus alteri arguit confidentiam, iuxta constitutionem Pij V. non tamen confidentia arguitur ex promissione dandi fructus ipsi resignario.

## CASVS CCCCCLXVII.

Carcerem priuatum exercetis pœna, quæ & quanta sit.

## SVMARIA.

- 1 Carcer priuatus prohibitus.
- 2 Carcerem priuatum habens quibus pœnis puniatur iure ciuili, & canonico, numer. 3.
- 4 Magistratus non puniens exercentem priuatum carcerem pœna criminis læsæ maiest. puniatur.
- 5 De carcere priuato remissione.



- P**RIVATVM carcerem & exerceri prohibuerunt Constantinus in l. 1. C. de cohortalibus, 12. & Zeno. in l. vnica. C. de priuatis carcerib. in lib. Capitist pœnam indixit Constantinus: Zeno. autem in d. l. vnica. in fin. vltimum supplicium Iustinian. vero in §. vltim. in authe. vt nulli iud. adiunxit, amissionem crediti eius, qui debitorem priuato inclusit carceri.
- 3 Iure & Pontificio nullam certam pœnam esse impostam aduersus hos delinquentes, & ob id esse arbitrariam iudici, scriptum reliquit Fabius Monteleo in praxi arbitrari, in quarta parte, num. 870. Quinimo pœna & criminis læsæ Maiestatis puniuntur magistratus, qui pœnis non affecerunt, quos sciebant exercere priuatum carcerem: quemadmodum statuit idem Zeno. in dict. leg. vnica. Plura de priuato & carcere scribunt Fabius

præcitato in loco, Gigas in tracta. de crimine læsæ maiestatis in 1. parte, quæstio. 35. Boer. in quæstio. 275. Bossius in tractatu, causarum criminalium, titul. de carcer. num. 26. & copiosius Decian. in tracta. criminali, lib. 7. cap. 10.

## CASVS CCCCCLXVIII.

Damnum ab animalii irrationali datum, quando & quomodo animalis dominus emendet.

## SVMARIA.

- 1 Damnum datum ab animali irrationali emendatur pro arbitrio iudicis.
- 2 Ioculatores & mimi ducentes animalia fera per urbem, quomodo puniantur.



**D**ICTO Edictum cautum ita fuit, [ Ne quis canem, verrem, vel minorem a prum, lupum, vrsum, pantheram, leonem, aliudve quod noceret animal,

sive soluta sint sive alligata, vt continerentur vinculis, quo minus damnũ infertant, non possint. ] Hoc edictum recensent Vlpia. & Paulus in l. hi enim. & l. seq. ff. de ædil. edicto. & Iustinian. in §. cæterum. Instit. si quadrupes paupe. fecisse dicatur. Qui quidem Iustinian. ex eodem Vlpiano in l. qui vulgo. ff. eo. de ædil. edict. commemorat eodem edicto sancitum fuisse, damnum & ab his animalibus libero homini datum sic emendari, vt animalis dominus tanti condemnatur, quanti bonum & æquum iudici videbitur. Cæterarum vero rerum quanti damnum datum sit dupli. Est ergo iudicis arbitrio tributum condemnare dominum animalis erga hominem liberum, qui damnum passus est. Id quod manifeste annotauit Iodocus in pract. crimin. c. 124. n. 10. Qua ex re intelligimus male sensisse Romanum in singu. 712. incipit. Quæro a te, & Cæpol. in d. l. hi qui. n. 3. & Didac. in Clem. 1. par. 2. §. 5. n. 11. de homicid. Ioculatores & Mimos ducentes animalia fera per

urbem puniri pœna ducentorum solidorum, idest, aurcorum, si illud animal aliquem occidit. Verius est iudicis arbitrio puniri. Id quod probat & l. ultim. ff. de extraordinar. crimin. sicuti explicavi supra in casu 366. post Ripam in tracta. de peste, tit. de remedijs præseruatijs contra pestem, num. 89.

## CASVS CCCCLXIX.

Monopolij crimen quod sit, & quibus in casibus committatur, & de eius pœna.

## SVMARIA.

- 1<sup>a</sup> Monopolium quid sit, num. 3. 4. 5. & seqq. pluribus.
- 2<sup>a</sup> Dardanarij qui.
- 3<sup>a</sup> Mercatores conuenire non possunt vt merces certo pretio vendantur.
- 4<sup>a</sup> Artifices inuicem pacisci non possunt, ne quis eorum opus ab altero inchoatum perficiat.
- 5<sup>a</sup> Visualia & merces vt in forum deferantur impedire non licet, num. 6. & que impediens pœna, num. 7.
- 6<sup>a</sup> Visualia caritatis tempore efferre non licet, & que pœna efferentis, n. 9.
- 7<sup>a</sup> Opificum inter se leges ne locent operam aut donum, nisi statuto pretio non valent.
- 8<sup>a</sup> Laniones monopolium vetitum quomodo contrahant.
- 9<sup>a</sup> Pistorum, coactorum, & similibus monopolia vetita.
- 10<sup>a</sup> Monopolium est, si qui conueniunt, quod homines talis municipij non deferant frumentum, vel alias merces in proximum municipium.
- 11<sup>a</sup> Rusticis conuenire non licet vt nullus operam præstet ciui urbis vel ville ipsius.
- 12<sup>a</sup> Artifices an inter se pacisci possint, ne quis eorum alios instituat in arte præter filios vel nepotes eorum, aut vt non nisi certo pretio vel tempore instituat, num. 17.
- 13<sup>a</sup> Tabellionum conuentio non valet vt nemo scribere possit, nisi ex tali factione vel familia natus.

- 18 Molendinũ vnus accedere an aliquis ex communi pacto aliquorum cogi possit.
- 19 Doctorum statutum vt nemo cooptetur in collegium, nisi ex nobili familia vel ciuitate natus.
- 20 Aromatariorum statutum, vt nemo eorum vendat ceram heredibus defuncti, nisi prius alijs aromatarijs soluat, nõ valet.
- 21 Factiones & partialitates statuto permitti nõ debent, nec vt nobiles per se, & plebei per se aliquid statuunt, n. 22.
- 23 Monopolium exercentes qua pœna puniantur, & qua iudices hoc crimine dissimulantes, n. 24. aut Notarij has pactiones scribentes, num. 25.
- 25 Notarius prohibita instrumenta scribens qua pœna puniatur.
- 26 Monopolium exercere an liceat Principi, & an lege permittere possit, numer. 27.



**MONOPOLIUM**  
 ¶ appellamus primum quando apud aliquem solum potestas est vendendi alicuius rei speciem: sicuti statuit Zeno in l. vnica. in princ. C. de monopolijs. cuius verba hæc sunt. [Iubemus, ne quis cuiuscumque vestis, vel piscis, vel pectinum forte, aut Echini, vel cuiuslibet alterius ad victum, vel ad quemcumque vsũ pertinentis specie vel cuiuslibet materiæ pro sua auctoritate vel facto iam elicito, aut in posterum eliciendo rescripto; aut pragmatice sanctione, vel sacra nostræ pietatis annotatione monopolium audeat exercere.] Hactenus Zeno. Et scribunt Conrad. in tracta. de contractibus illicitis, quest. 51. Decian. in tract. criminali, lib. 7. cap. 21. num. 18. & Pet. Gregor. in libr. 36. syntagm. cap. 30. numer. 6. qui scribit, hos appellari Dardanarios, ¶ de quibus scripti supra in casu 384. Hoc crimen admisit aliquando Thales Milesius: [Cui cum obijceretur (verba sunt Aristotelis in libr. 1. Politicorum, cap. 7. in fin.) Philosophiæ studium propter inopiam, quasi inutile & infructuosum, prospexisse illum ferunt per Astrologiã, oliuarum vbertatem futu-

futuram. Cumque coegisset paucillum pecuniarum hieme adhuc vigente emptio nem olei fecisse in Mileto, & in Chio pro paruo admodum pretio, vt pote nemine plus offerente, arthasque dedisse. Cum itaque postea tempus venisset, multis subito quærentibus, vendidisse oleum, quanti ipse voluit, ac magnam vim pecuniarum inde superlucratum, ostendisse amicis, per facile esse philosophis ditari, si vellent.] Hæc Aristoteles. Idem de ipso Thalete scriptum reliquit Diogenes Laertius in ipsius Thalecis vita. Simile de Siculo quodam refert idem Aristoteles in d. c. 7. in fine. his verbis. [In quadam cum apud eum pecunia reposita esset, ferri quidquid erat ex ferarijs emittebat postea vero mercatoribus illuc accedentibus vendebat solus, non magnũ excessum pretij faciens, sed tamen ita vt pro quinquaginta talentis, centum conficeret. Hoc itaque sentiens Dionysius, pecunias quidem illi non abstulit, sed amplius Siraculis morari vetuit, vt qui reditus reperijset rebus suis inutiles. Iste vidit aliquid tale, quale Thales viderat.] Hactenus Aristoteles.

¶ Secundo monopolium ¶ committunt negotiatores illi, qui conueniunt, ne merces vendantur, nisi certo pretio: sicuti fanciuit idem Zeno in dict. l. vnica. versicul. ne ve quis. C. de monopolijs. cuius verba adscripti. [Neve quis illicitis habitis conventionibus, coniuuret, aut paciscatur, vt species diuersorum corporum negotiationis, non minoris quam inter se statuerint, vñundentur.] Hæc Zeno. & ex nostris tradunt Iodocus in practica criminali, capit. 132. numer. 2. Decian. in tracta. criminali, lib. 7. cap. 21. numer. 7. & Virginius Boccatius in tractatu. de interd. vti possidetis, cap. 18. num. 183.

¶ Tertio monopolium ¶ perpetrant artifices, qui inuicem paciscuntur, ne eorum quis opus ab altero inchoatum perficiat alter. Ita sane statuit idem Zeno in dict. l. vnica. §. Aedificiorum. C. de monopolijs. Zenonis verba hæc sunt. [Aedificiorum quoque artifices, vel Ergolabi, aliorumque diuersorum operum professores, & balancatores penitus ar-

ceantur pacta inter se componere, vt ne quis quod alteri commissum sit, opus impleat, aut iniunctam sollicitudinem alter intercipiat: data licentia vnique ab altero inchoatum & derelictum opus per alterum sine aliquo timore dispensari implere, omniaque huiusmodi facinora denunciandi sine vlla formidine, & sine iudiciarijs sumptibus.] Hactenus Zeno, qui prædictas tres monopolij species commemorat. Nos alias addemus.

¶ Quarto itaque monopolium ¶ committunt etiam qui actu quodam efficiunt, vt agricolæ visualia necessaria ad forum non deferant: sed ipsi eo turmatim conuolent, & ab ipsis agricolis ibidem in vilis omnia coemant: quæ ipsi tum ad ædes suas deferunt, & paulatim tantifere communibus ciuibus vendunt quanti velint. Ita scribit Iodocus in d. capit. 132. num. 4.

¶ Quinto monopolium ¶ committunt, qui dolo & malitia efficiunt, ne vllæ merces vsui nostro necessaria ad forum prorsus deferantur. Ita Iodocus in dict. cap. 132. num. 5. qui ex l. 2. ff. ad legem Iuliam de annon. scribit, hoc monopolium puniri ¶ pœna viginti aureorum. Grauiorem indixit pœnam Zeno, sicuti dicemus infra. Hos committentes huiusmodi monopolium, Recatores appellamus hic Mediolani.

¶ Sexto monopolium ¶ admittunt pariter illi, qui caritatis penuriæque tempore studet pecunia, aut alias callide ciuitatibus ac regionibus efferre clam rem frumentariam; aut victualem (non obtante interdictione) vt eam jalibi carius vendant, sicuti tradit Iodocus in d. cap. 132. numer. 9. qui subiungit, hunc pœna iudicis arbitrio puniri. Hunc Mediolanenses, ac reliqui huius Dominij appellant srosatore, cuius crimen apud nos punitur aliquando ¶ pœna mortis naturalis, aliquando banno, aliquando pœna trremium, & interdum pœna pecuniaria pro principis, & magistratus arbitrio. Apud Græcos fultibus cædebat, qui penuriæ tempore annonam exportasset, sicuti scribit Petrus Gregorius in lib. 36. syntagmat. capit. 39. num. 6.

10 Septimo monopolium + etiam committunt opifices, qui inter sese quasdam leges statuunt, quibus eam operas suas locent, & operam non perficiant minori pretio, quam inter se constituto, idq. pretium sit iniustum. Ita Iodocus in d. c. 132. num. 10. Idem de his, qui conueniunt, ne domus, vel apotheca minori pretio locetur quam a se statuto. Ita Decia. in tract. criminali. lib. 7. cap. 21. num. 17. post Conrad. quem refert.

11 Octauo monopolium + committunt & Ianiones, qui coniunctis buris & crumenis omnia circum emunt, apud se seruant, & certam tantum quantitatem ad Macellum deferunt, vt castus vendant: Deinde qui certas leges inter se constituunt, vt omnem carnem inflent, vt frusta grauiora & maiora ac elegantiora tantum appareant: idque ea de causa, vt carius distrahant, sic scribit Iodocus in d. c. 132. num. 12.

12 Nono monopolium + quoque committunt pistorēs, coctores, caupones & similes negotiatores, qui clam inter se multis collatis ad hoc consilijs procurant & statuunt ac quidpiam ordinant, quod ad proprium commodum spectare videtur in detrimentum & perniciem Reipub. sicut tradit Iodocus in d. cap. 132. num. 13. Et accedunt Archidiaconus in c. constitutione. de verbo signific. in 6. Innoc. in cap. 2. de schismat. Guido Papæ in consil. 211. num. 1. & Decian. in tract. criminali. lib. 7. cap. 21. num. 11. qui scribunt, monopolium committi in quavis illicita conuentione ad damnum publicum & quæstum priuatum.

13 Decimo monopolium + committunt, qui conueniunt, quod homines talis municipij non deferant frumentum, vel alias metes in proximum municipium, vt dominus illius loci, vel incolæ carius vedat. Ita ex sententia Socin. sen. in consil. 272. col. 3. vers. quarto principaliter, lib. 2. tradit Decian. in d. c. 21. num. 12.

14 Undecimo monopolium + committunt rustici, qui conueniunt, quod nullus præster operas cui habitanti in vrbe, vel villa ipsa. Ita Alueric. in rubric. C. de monopolijs, & Decia. in d. cap. 21. num. 13.

15 Duodecimo monopolium + committunt etiam artifices, si inter se paciscantur,

ne quisquam eorum in arte illa instruat alios præter filios, vel eorum nepotes: sicut post Azonem, Bartol. & Conradum scribit Decian. in d. cap. 21. nu. 14. Quod locum non habet in his artificibus, quibus vel priuilegio, vel vsu antiquissimo permittitur est ita pacisci, seu obseruari: quemadmodum obseruant artifices illi ex oppido Altaris in Liguria, qui vasa vitrea faciunt, ij antiquissimam (vt audio) habent inter se obseruantiam, vt neminem eam doceant artem quam suos municipes.

16 Decimotertio monopolium + committunt etiam tabelliones, quos notarios appellamus, qui inter se contenerunt, vt nullus scribere possit, nisi ex tali factione, vel familiaribus natis: vt respondit Iason in consil. 122. colum. 2. & 3. libr. 4. & Decian. in d. cap. 21. num. 15. Quæ de re memini aliquando Patavij fuisse hanc controuersiam inter notarios aliquarum familiarum & alios.

17 Decimoquarto monopolium + committunt pariter artifices, qui paciscuntur inter se, quod nemo doceat artem illam, nisi tanto pretio, vel minori tempore quæ triennio, vel quadriennio: cum ars illa minori doceri possit. Ita Decia. in d. c. 21. num. 16.

18 Decimoquinto monopolium + quoque committunt ij, qui statuunt, ne quis accedere possit ad aliud molendinum quam ad illud talis domini. Ita Socin. sen. in consil. 272. colum. 3. vers. quarto principaliter, lib. 2. & Decian. in d. c. 21. n. 21.

19 Decimosexto monopolium + committunt Doctores collegij, qui statuto ordinantur, quod nullus cooptetur in collegium, nisi sit ortus ex nobili familia, vel ex ciuitate. Ita respondit Bald. in consil. 183. lib. 2. Felin. in c. Rodolphus, num. 19. de rescriptis. Bossius in tracta. caularum criminalium: ritu. de vnionibus. numer. 7. & hos secutus est Decian. in d. cap. 21. nu. 25. Quibus accedunt Virginius Boccatus in tracta. de interdicto vt possidetis, c. 18. num. 185. & alij multi, quos congesti in consil. 227. n. 1. lib. 3. quo loci retulimus rationes, quare predictum statutum intelligi, & interpretari debeat benigne largeque.

20 Decimoseptimo monopolium + committunt etiam aromatarij, qui statuto ordina-

dinarunt, quod pro exequijs defuncti, nullus eorum possit vendere ceram hæredibus defuncti, nisi prius soluerint, quod alijs aromatarijs debent. Ita Salicet. in l. 2. C. de constitut. pecun. Cacialup. in repetit. l. omnes populi, nu. 13. & ibidem Cror. num. 19. ff. de iust. & iur. & Decian. in d. c. 21. num. 29.

21 Decimooctauo monopolium + committunt & ciues, qui statuto cauerunt, quod factiones & partialitates foueantur. Ita Cacialup. in d. l. omnes populi, n. 23. & Decian. in d. cap. 21. num. 31. Existimo ego non modo esse crimen monopolij, sed etiam impij, & fidei Christianæ valde repugnans.

22 Decimonono monopolium + committunt ciues, qui permittunt, quod nobiles per se & plebei pariter per se aliquid statuunt: sicut docuit Bald. in l. 2. num. 13. ff. de orig. iuris, & sequitur Decian. in d. c. 21. num. 32.

23 Pœnæ aduersus eos, + qui monopolium faciunt varix sunt. Etsi enim Zeno in d. l. vnica. §. si quis autem. C. de monopolijs. sancit, exercentes monopolium priuari bonis, & perpetuo damnari exilio: attamen non semper tam grauis pœna indicenda est: cum fieri possit, quod de re tenui & vili factum sit monopolium quod non mereretur tam acriter puniri. Quare prudens iudex considerare debet facti & personarum qualitatem: Et quibus de rebus monopolium iniuerint, & tunc indicare pœnam, vel priuationis bonorum, vel perpetui banini, vel tritemium, vel pecuniaria pro suo arbitrio: sicut recte scribunt Iodocus in d. cap. 132. num. 5.

24 Quintimo idem Zeno in d. l. vnica. §. vltim. C. de monopolijs, pœna pecuniaria plecti voluit non solum artium primates, qui monopolijs consenserunt: sed etiam iudices, + qui dissimulato crimine, delinquentes ipsos pœnis non affecerunt: Et ex nostris annotarunt Iodocus in d. c. 132. in fin. Petr. Gregor. in lib. 25. syntagmat. cap. 14. num. 6. in fine. Ioan. Hugo in tracta. de officio quatuor prælatorum, titul. de tuendis subditis, num. 6. & Decian. in d. c. 21. n. 33. qui nu. 35. subduxit notarios, + qui has factiones scribunt, puniri pœna

publicationis bonorum, argumen. text. l. 1. C. vt nemo ad suum patro. libro. 11. quo sancitum est, tabelliones conficientes instrumenta fictæ alienationis, quam facit rusticus, vt euitet publicam functionem, puniri pœna publicationis bonorum. Ita etiam punitur tabellio conficiens instrumentum alienationis serui, vt possit castrari punitur graui pœna, sicuti statuit Imper. Leo in l. vlt. C. de Etnuicis.

26 Cæterum lex hæc lata contra eos, qui monopolia faciunt, locum non habet aduersus + Principem, qui compellit subditos certo pretio emere frumentum, vinum, oleum, saleem, & similia ipsius Principis: Cum sit lex iuris positui, qua princeps non ligatur. Ita in specie respondit Alciat. in respon. 117. num. 20. vers. tertio, quia cum sereniss. secundum impressionem antiquam Lugdunensem. Crediderim rectius dici posse, principem & si monopolium exercet: non tamen eius legem, + qua monopolia conficiantur valere: sicuti post Baldum scribit Socin. sen. in consil. 272. num. 7. & num. 8. in fin. & Decian. in d. c. 2. num. 5.

## CASVS CCCCLXX.

Castrans aliquem, qua pœna puniendus sit.

## SVMARIA.

- 1 Castrans hominem quibus pœnis puniatur num. 2. 3. 4. 6. & 16.
- 5 Castrandum seipsum exhibens, capite puniatur.
- 7 Dominus loci vbi aliquis castratus fuerit id sciens dissimulans, eius dominio priuatur.
- 8 Castratos homines emens vel vendens, quæ pœna puniatur. Item tabellio huiusmodi contractus instrumentum conficiens, aut qui ex eo vestigal. exigit. num. 10. & 11.
- 9 Pœna grauissima quæ sit.
- 12 Castrans alicuius seruum, quomodo teneatur domino.
- 13 Castrati serui in delictis habiti.
- 14 Clericus seipsum castrans sit irregularis,

ris, dispensante tamen Papa etiam ad  
Episcopatum promoveri potest. nu. 15.



VM impium & publicæ utilitati maxime repugnans sit, castrare homines siue liberos, siue seruos, leges permultæ latæ fuerunt ad coercendam audaciam eorū

qui facinus hoc admittunt, & magistratus ipsos, qui horum improbitatem ferunt. **Lege si quidem Cornelia**, de sicarijs sancitum est, vt refert Marcianus in l. 3. §. item is, ff. ad legem Cornelianam, de sicar. cum, §. qui vel libidinis vel promerij causa castrauerit hominem, puniti pœna illius legis, quam (subiungit Marcianus) fuisse olim deportationem in insulam, & bonorum ademptionem: Hodie vero aliquando esse capitis, aliquando subiectionem bestijs, aliquando etiam ipsam deportationem. **Qua ex re intelligimus** veritati hic arbitrium, iudicis, vt pro facti & qualitate personarum alterum ex prædictis pœnis imponat. Domitianus veruit, ne quis castraretur intra fines Imperij Romani, auctores sunt Xiphil. ex Dione in Nerone Ammia. Marcell. lib. 8. histor. & Suetonio in Domitiano, cap. 8. cum vero nullam certam indixerit pœnam, Domitianus, dicendum est pariter, illam fuisse iudici arbitriam. Idem statuit Cocceius Nerua, §. vt in eius vita scribit Xiphilinus. **Diuus vero Adrianus** teste Vlpiano in l. 4. §. idem Diuus eod. titu. ff. ad legem Cornel. de sicar. constituit, liberum hominem castrantem aliquam pœnam illa legis Corneliæ puniti cum bonorum publicatione: seruos autem castrantes aliquem ultimo supplicio esse afficiendos. Imo & capitis pœnam indixit idem Hadrianus in eos, qui sponte se castrandos exhibent, ac etiam aduersus medicos, & quos chirurgos appellamus, aliquem castrantes. Eandem pœnam indixit Constantinus in l. 1. C. de eunuchis, qui addidit, dominum & loci, in quo facta fuerit castratio, loci ipsi dominio priuari, si sciens dissimulauit.

Leo vero Imperator in l. 2. C. eod. tit. §. de eunuchis, statuit, pœna grauissima &

puniendos esse ementes & vendentes castratos homines: & licet nod declarauerit, quæ sit grauissima hæc pœna: attamen ex ultimo intelligi oportere, de pœna & ultimi supplicij, quæ grauissimam esse omnes sciunt. Addidit etiam Leo eandem pœnam aduersus tabelliones & conficientes instrumenta emptionum horum castratorum, ac exigentes & aliquod ve stigial ex his contractibus. **Lege Aquilia** succursum est etiam & ei, qui ex serui castratione datum passus est: si vero castratus seruus effectus est pretiosior agitur vel actione iniuriarum, vel ad quadruplum ex edicto Aedilium, sicuti respondit Vlpian. in l. si seruus seruum. §. etsi puerum. ff. ad legem Aquilianam. Pretiosior interdum dicitur factus castratus seruus, propterea quod serui ipsi castrati & habiti sunt in delictijs, & vt mulierum custodes essent: id quod & nostra & patrum ætate obseruare Turcarum Principem non semel accepi.

Iure Pontificio sancitum est, irregularem & effici clericum, qui se ipsum castrauit, cap. maritum. 33. distict. & cap. vltim. 87. distict. cap. ex parte. & c. significauit. de corpor. vitiat. Hanc tamen & irregularitatem sua dispensatione tollunt summi Pontifices, vt ij sic castrati ad episcopatum etiam promoueantur. **Qua de re copiose** scribunt Villadiego in tracta. de irregularitate, c. de corpore vitiatis. Petr. Plaga in epitome delictorum, cap. 25. nu. 12. & copiosius Simon Maiolus in lib. 1. de irregularitate, cap. 15.

Nullam tamen pœnam & hoc iure indictam esse legimus aduersus castrantes, vel clericum, vel laicum: & propterea pœna erit pro iudicis arbitrio indicenda: sicuti in specie annotauit Fabius Monteleo in praxi arbitrarij, in 4. parte, num. 952. quo loci quid iure Regni Neapolitani sancitum sit, commemorat. Et ad rem hanc scribunt Plaga in d. c. 25. & Petr. Gregor. in lib. 7. syntagmat. cap. 2. num. 12. vsque ad fin. & lib. 36. cap. 16.

#### CASVS CCCCCLXXI:

Negligentia officialis & Magistratus suo in mouere & officio commissæ, qua pœna puniri possit, & debeat.

SVM

#### SVMARIA.

- 1 Diligens laudari & præmijs affici, negligens autem puniri, num. 2.
- 3 Magistratus & Iudices ob negligentiam suam syndicare possunt.
- 4 Officialis negligens in causis ciuilibus quomodo puniatur, & quomodo in criminalibus, num. 5.
- 6 Negligentie causa nemo affici debet pœna corporali.
- 7 Iudex negligens punire hæreticum, qui seruis proprijs orthodoxos ad suum baptisma deduxit, punitur pœna capitali.
- 8 Iudex negligens punire sacrificantem idolis, qua pœna puniatur.



**V E M A D M O D V N** diligens & laudari & præmijs donari solet: sic contra damnari & pœnis afficitur negligens. Respondit Scæuola in l. pupillus: in fin. ff. de his, quæ in fraudem creditorum iura subuenire vigilantibus, non autem dormientibus. Et Solon lege lata, sancit, ne gligentes & multandos esse, auctor est Plutarchus in ipsius Solonis vita. Sic & apud Romanos lege censoria cautum fuit, pœnis feriendos esse eos, qui minus diligenter agros coluissent suos, sicuti Aulus Gellius in lib. 4. noct. attica. cap. 12. scriptum reliquit. Et si quis negligens meretur pœnas, is certe dignus est, qui officio, magistratus, aliove publico fungitur munere: cum in eo pertractando & administrando inuigilare eum valde oporteat. Quocirca magistratum & iudicem de ipsa negligentia syndicare posse, si modo magna illa sit. scribunt Bald. in l. nec quidquam. §. proficisci. quæst. 9. ff. de offic. præcon. & leg. Amodeus in tracta. de syndicato, nu. 69. & 70. qui multos commemorat casus, in quibus tenetur de negligentia. Cæterum, illis de industria prætermisissis, dubitari nunc contingit, qua pœna puniantur prædicti officiales, iudices & magistratus ob negligentiam a se admissam? Amodeus præcitato in loco, num. 87. vltimus est distinguere duos casus.

Primus est, quando officialis fuit negligens in causis ciuilibus & pecuniarijs. Hoc sane & casu (inquit Amodeus) puniatur pro iudicis arbitrio; quantum scilicet æquum videbitur ipsi iudici pro interesse partis. Sic & Paris-Puteus in tract. de Syndicatu, in verbo, contra magistratum, col. 1. vbi, numer. 5. scribit, iudicem, negligentem amittere salarium, vel eius partem, & aliquando teneri ad interesse partis, & nu. 7. affirmat, aliquando etiam remoueri ab officio, iuxta l. vlti. vbi glof. & Bald. ff. de custo. reorum, & subiungit, aliquando etiam facere litem suam.

Secundus est casus, quando officialis fuit negligens in causis criminalibus. Hoc in casu & puniatur pœna iudici arbitraria erga fiscum: cum nemo & ob negligentiam pœna affici debeat corporali, l. vlti. ff. de magistra. conuen. iuncta l. eos. eod. tit. Ita manifeste tradit Amodeus præcitato in loco, num. 83. & num. 88. in fin. qui refert casum, l. Christianis. C. de pagan. vbi iudex negligens punire Christianos vexantes Iudæos & paganos quiete in eorum sanctis viuentes; pro iudicis arbitrio puniatur. Ita etiam arbitraria est pœna in casu, l. 1. in fine. C. de susceptoribus, & aff. car. lib. 10.

Declaratur primo hic casus, vt locum non habeat in iudice, & qui neglexit punire hæreticum, qui seruos proprios orthodoxos ad suum baptisma impie deduxit. Hoc sane casu puniatur iudex iste negligens pœna exilij pecuniaria, & amissionis factionis testamenti, l. vlti. C. de sanctum baptisma reiteretur. Quam quidem pœnam capitalem appellauit Amodeus, in dicto tractatu de syndicato, num. 84.

Declaratur secundo non habere locum in iudice & negligente punire sacrificantem idolis. Hoc etiam casu puniatur iudex pœna graui pro iudicis arbitrio: sicuti statuit Constant. in l. 7. in fine. C. de paganis. vbi certa pœna non indicitur, est ergo arbitraria, quam deinde grauem pecuniariam esse declararunt Imperatores, Valentinian. & Martia. in l. penulti. in fin. C. eod. de paganis. etsi Amodeus in loco supra allegato, dixerit, pœnam esse capitalem.

CA

## CASVS CCCCCLXXII.

Negligentia eius, qui priore loco impetravit sibi de beneficio prouideri, & quomodo ei noccat.

## SUMMARI A.

- 1 Beneficium impetrans secundo loco praeferatur primo, si is sit negligens.
- 2 Beneficium impetrans negligentia an colligatur ex lapsu anni. nu. 4. an semestris. nu. 5. an iudicis arbitrio. nu. 10. & quibus casibus. nu. 11. & seqq.
- 3 Rescripta ad lites non sunt ita stricte interpretanda, sicut rescripta ad beneficia.
- 6 Ordinarijs ad conferenda beneficia datur semestre.
- 7 Patronis clericis ad presentandum, alii quem conceditur semestre.
- 8 Clericus per semestre absens, dicitur negligens.
- 9 Negligentia ex spacio semestris quando colligitur, nu. 6. & sequentibus.
- 15 Termini impetranti beneficium praefixi lapsus ei non nocet, si executoris culpa impedimento fuerit.
- 16 Terminis quo alicui beneficium vacans conferri debet, durante, non potest illud nec a Papa quidem alteri conferri.
- 17 Impedimentum iustum excusat heredem non solventem legata infra annum. Item matrem non petentem filio tutorem intra annum, nu. 18. Item Ordinarium & Patronum non conferentem beneficium vel non presentantem intra semestre. nu. 19.

**D**ISPVTARI etiam aliquando contingit, quando & quantum de trimenti afferat negligentia eius qui a Summo Pontifice impetravit sibi de primo vacanti beneficio prouideri, & sua negligentia permitit prouideri ei, qui secundo impetravit. Est enim certum, secundum

gens, sicuti probat text. c. capitulum de rescriptis. quo loci Abbas num. 5. post glos. ibi dubitat, quomodo cognoscatur atque deprehendatur haec negligentia. Hac de re esse opiniones subiunxit Abbas.

Prima fuit opinio eorum, qui opinati sunt, Negligentiam hanc cognosci ex lapsu anni, adducti textu, cap. plerumque eod. titu. de rescript. Verum Abbas in d. c. capitulum, num. 6. post Ioann. Andreæ opinionem hanc rejicit: cum text. d. cap. plerumque, loquatur de literis & rescriptis ad lites, quæ non ita stricte sunt interpretanda, ut rescripta ad beneficia, & Ioan. Andr. ac Abbatem secutus est Felin. in d. cap. capitulum, colum. 3. versic. secundus casus est.

Secunda opinio est Hostien. quem refert Abbas in d. cap. capitulum, num. 6. versic. alij dixerunt. Distinguit Hostien. quod si primus est negligens per annum, & post annum beneficium vacans alteri confertur, non potest primus reuocari facere collationem illam: secus si post lapsum anni, re integra, primus petit præbendam sibi conferri, præfertur primus iste illi secundo, nõ obstante negligentia illa annuali. Eandem opinionem vere probarunt Lupus & Butrius, quos refert Abbas ipse, & ibidem Felin. colum. 5. versic. limita secundo.

Tertia opinio considerari potest, quod si negligentia detegitur atque probatur solo cursu semestris. Hanc visus est probare Ioan. Coras. in tracta. de beneficijs, cap. 4. num. 15. quæ sane opinio vel ex eo probatur, quod solemus dicere semestre, & conceditur ordinarijs ad conferendum beneficium tam iure proprio, cap. 2. de concess. præbend. quam de iure deuoluto, c. licet, de supplen. neglig. prælat. Ita & semestre concessum est patronis & clericis ad presentandũ, alioqui dicuntur negligentes, cap. vnico, de iure patrona. in 6. Sic etiam dicimus negligentiam & clericis dici & probari, si per semestre abest, c. ex tuz, de clericis non resid. Sic & in dilationibus negligentia cursu sex mensium arguitur, l. 1. C. de dilacione. Idem de negligentia in appellationibus, l. sancimus. C. de appellationibus. Ita etiam dicimus probari & detegi negligentiam Metropolitanis & Episcopi

scopi, si intra semestre non visitat ecclesias, cap. cum venerabilis, de censibus. Sic & in ædilitio edicto cursus sex mensium negligentiam ostendit, l. cum sex. ff. de ædilitio edicto. Cæterum retinenda non est opinio hæc in casu nostro: cum ita diffinitum sit illis in casibus, alijs rationibus quæ huc non pertinent.

Quarta est opinio, quod hoc sit iudicis arbitrium, cum iure diffinitum non sit, nec diffiniri potuit, quando primus iste impetrans beneficium dici possit negligens: cum multa extare possint impedimenta, quibus negligentia excusaretur. Hanc opinionem probarunt glos. in cap. si clericus, de præbend. in 6. & in Clem. vnica, de concess. præben. Abba. in d. cap. capitulum, num. 6. versic. ego dico. & ibi Felin. colum. 3. versic. fallit primo. Eandem sententiam probarunt Zabarel. in Clem. vnica, §. vltim. quæst. 3. de præbend. Rota in decis. 21. num. 4. de concessio. præben. in antiquis. Ioan. Staphilæus in tracta. de gratijs & expectarijs in 5. par. principali, quæ incipit. Dicendum est modo, nu. 23. & Ioan. Corasius in d. c. 4. num. 15.

Cæterum prudens iudex arbitrari poterit, negligentem fuisse primum illum impetrantem, quatuor in casibus, quos post alios distinguit atque constituit Felin. in dict. cap. capitulum, colum. 3. versic. sunt autem.

Primus est, quando & primus ille impetrator non presentauit literas: secundus vero sic. Nam tunc secundus potior esse debet in literarum executione, & consequenter in consequitione præbendæ. Hoc tamen procedit (inquit Felin. post Abbatem) quando ambo ipsi impetrantes sunt Apostolici: secus si primus est Apostolicus: secundus vero Capitularis. Nam tunc negligentia apostolici nõ conuincitur per solam præsentationem literarum secundi capitularis: sed solam per collationem ipsi capitulari factam. Eandem opinionem probauit etiam Ioan. de Silua in tracta. de beneficio in 3. par. q. 15. n. 1. & 2.

Secundus est casus, quando & lapsus est annus a die impetrationis & concessiois literarum Apostolicarum, & impetrans non curauit sibi prouideri. Verum hanc casum non admittunt Felin. &

alij supra relati in prima opinione.

Tertius est casus, quando & executores literarum apostolicarum, vel ordinarijs ipse monent primum illum impetrantem, ut faciat sibi prouideri, & statuitur ei certum terminum, ut puta vnus mensis, infra quem curet sibi prouideri, si eo lapsõ termino non curauit prouisionem, negligens conuincitur. Ita Felin. in d. c. capitulum, colum. 3. versic. tertius casus est. de rescriptis, ex sententia Rotæ in d. decis. 21. in fin. de concessioe præbend. in antiquis. Et idem tradit Ioan. de Silua in d. quæst. 15. num. 4. Sic & Decius in capit. si autem, num. 4. de rescript. post Abbatem idem docuit, negligentiam probari per lapsum termini.

Quartus est casus, quando & in ipsismet literis apostolicis assignatus fuisset certus terminus, ut puta mensis, intra quem illi primo impetratorio esset prouidendum. Nam & hoc casu si primus iste impetrator non curauit intra mensem illum sibi prouideri, conuincitur de negligentia, absque alia termini assignatione. Ita glo. in Clem. vnica, de concess. præbend. vbi Anchar. & Vitalin. Geminia. in c. tibi qui, colum. 4. de rescript. nu. 6. Abba. in d. c. capitulum. & ibidem Felin. colum. 4. versic. quartus casus est.

Declaratur quartus hic casus, ut locum non habeat, quando & impetrator ille primus impedimento & executoris culpa nõ potuit consequi beneficium. Nam tunc lapsus mensis ei non imputatur, & consequenter non potest dici conuictus de negligentia. Et donec durat & mensis, nõ potest ab alio præueniri, adeo quod si alteri conferatur beneficium etiam per Papam cum clausula, si alteri non est ius quæsitum, collatio non valet: cum ipsi primo impetratorio & expectanti quæsitum sit ius, id est, acceptandi facultas. Ita post Rotam declarat Felin. d. cap. capitulum, colum. 4. versic. quartus casus, qui nonnullas alias declarationes recenset, quas de industria prætermitto, & Ioan. de Silua in d. q. 15. n. 4. in fin. & num. 5.

Ex prædictis infertur declaratio illius constitutionis Iustiniani in authen. hoc amplius. C. de fideicom. qua cautum est, heredem intra annum præstare debere legata,

gata, alioqui hæreditatis commodū priuari. Hæc sane Constit. intelligitur, vt post annum hæres dicatur negligens in soluendo legata, nisi probet iustum impedimentum, quo excusetur: sicuti in specie declaratur commemorati a Barbat. in consil. 8. colum. 3. & 4. lib. 1.

- 18 Ita dicim<sup>9</sup> quod mater mortuo marito, si intra annum non petijt tutorem dari filio suo impuberi, dicitur negligens, & ob id filij in pupillari ætate morientis successione priuatur, l. 2. §. si mater. ff. ad Tertul. & §. vltim. Inst. eod. Id quod intelligitur, nisi constet, eam fuisse impedita petere ipsum tutorem, sicuti declarat Angel. Aret. in d. §. vlti. in 4. notab. Guido Papæ in consil. 179. in 1. casu, & Gratus in consil. 83. colum. 2. lib. 2. Sic dicimus t<sup>o</sup> de semestre cōcesso ordinario, & patrono ad conferendum, & præsentandū, de quibus supra. eo enim tempore elapso arguitur eorum negligentia, nisi appareat de iusto impedimento. Commemorare hic possem alios multos casus similes, quos sciens omitto.

## CASVS CCCCCLXXIII.

Credēs occidere Caium bannitum, & occidit alium, quem Caium illū esse existimauit, an puniatur; & qua pœna?

## SUMMARI A.

- 1 Occidens aliquem, qui habebatur cōmuni fama ille bannitus, quem ipse volebat, excusatur.  
Sicut et si id a fide dignis viris audiisset. n. 8. alias si qua alia causa id eū credere mouisset, arbitrariè punietur. n. 6.
- 2 Fama cōmuni excusat a dolo, culpa & pœna. num. 3. 4. & 5.
- 7 Culpæ qualitas in facto cōsistens statuiet definiti nō pōt, & est in arbitrio Iudicis.



AVTVM est multis Italiæ statutis ac Principum edictis, permillum esse occidere bannitum, contingit autem, quod credēs occidere Caium banni-

tum occidit alium quem Caium illum esse existimabat, an homicida hic puniri debeat, & qua pœna? Hanc quæstionem post Francisc. de Aret. in l. cum seruo. ff. de iniur. proposuit Nell. in tract. de bannitis, in 2. parte secundi temporis, q. 26. nu. 26. qui distinguit atque constituit duos casus.

- 1 Primus est casus, quando t<sup>o</sup> occisus ille publice cōmuni hominum credulitate & existimatione credebatur Caius ille bannitus. Hoc sane casu, homicida nulla pœna punitur: sed omnino excusatur, arg. l. 3. ff. ad S. C. Maced. & l. Zenodorus. C. eod. vbi t<sup>o</sup> mutuo dans filio fam. qui cōmuni hominum voce & fama existimabatur pater fa. excusatur. Confert quod dicitur solemus, communem t<sup>o</sup> famam & rumorem excusare a dolo & culpa. Ita sane Barto. in l. cum quidam. §. quod dicitur, col. 2. versic. & sic facit. ff. de acquir. hæred. & in l. 1. colum. 2. ff. ad S. C. Turpill. & Guido Papæ in quæst. 301. & quæst. 446. qui ob id dixit, excusare t<sup>o</sup> a pœna iniuriatum, & alios refert Crauet. in consil. 319. num. 4. & secutus sum in commentar. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 27. Sic etiam diximus supra in casu 321. num. 29. cum t<sup>o</sup> a præsumpta calumnia excusari, qui accusauit iam de crimine diffamatum.

Secundus est casus, quando non extrabat communis vox & fama illum esse Caium bannitum: sed homicida iste ex alia iusta causa motus est adita credendū. Hoc sane t<sup>o</sup> casu & si dolo hic caret: attamen, quia esse potest in aliqua culpa puniri debet pro modo ipsius culpæ, argum. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. Ita Nellus in dict. quæst. 26. Porro cum culpæ t<sup>o</sup> qualitas tanquam in facto consistens statui & diffiniri non potuerit, iudicis erit arbitrium. Crediderim ego, nulla t<sup>o</sup> pœna affici posse eum, qui a fide dignis audiuit, illum esse Caium bannitum, sicuti dicimus a calumnia excusari eum, qui accusauit, fide habita ab honestis & fide dignis, accusatum illum deliquisse, sicuti post alios scripsi supra in casu 321. numer. 20.

## CASVS CCCCCLXXIII.

Bannitum qui occidere potest an armis, lege, vel edicto prohibitis occidere possit impune.

## SUMMARI A.

- 1 Arma portare prohibitus, si portet vt occidat eum quem alius licet, non puniatur, nisi inter occisionem & armorum portationem interuallum. nu. 4.
- 2 Considerari non debet id quod fit, sed propter quod fit.
- 3 Permissio aliquo censetur & id permissum quoad id facilius perueniri potest.
- 4 Iudicis arbitrio indicandum interuallū.



SI statuto permissum est occidere bannitum impune: altero vero statuto prohibitum est ferre arma, vt puta hastam ferratam, an occidens bannitum cum hasta ipsa ferrata puniri debeat? Hanc quæstionem proposuit Nellus in tract. de bannitis, in 2. part. secundi temporis, quæst. 48. qui dixit, hanc disputationem habitam fuisse a Thoma de Azoguidis Bononiensi. Et quidem cōcludit Nellus, hunc homicidam t<sup>o</sup> non puniri etiam pro delatione armorum. Et Nellū secutus est Maria. Socin. sen. in c. per tuas, n. 6. de senten. excōm. Inter multa argumēta eo vsus est Nellus, quod nō t<sup>o</sup> cōsideratur id, quod fit, sed id propter quod, l. illud. §. vlti. ff. ad legem Aquil. Non est ergo consideranda armorū ipsa delatio, sed causa ipsa delationis, nempe, vt occidatur bannitus. Et accedit secundum prædictos, quod quando t<sup>o</sup> aliquid est permissum fieri, dicitur etiam concessum illud, quoad id facilius perueniri potest, l. illud. & l. nec his. ff. de acquir. hæred. & confert. text. l. ad rem. ff. de procurat. cum simil.

- 4 Cæterum Nellus in d. quæst. 48. in fin. intelligit & declarat, traditionē hanc non habere locum, quando t<sup>o</sup> magnum intercessit interuallum inter armorum delationem, & banniti occisionem. Nam tunc pro ipsa armorum delatione puniri debet iste homicida. Quod vero dicatur magnū

hoc interuallum iudicis relinquitur arbitrio, secundum Nellum, qui admonet iudicē considerare debere, locorum distantiam, & facti qualitatem.

## CASVS CCCCCLXXV.

Pœnam iudici grauiorem ob certi delicti frequentiam: & ibi de eis, qui scalis conscendunt domos aliorum, vt mulieres violent.

## SUMMARI A.

- 1 Delicti pœnam ob frequentiam Iudex au-gere debet, num. 3.
- 2 Conscendens domum alicuius violandi virginem honestam, vel inhonestam causa, quomodo puniendus.
- 4 Faciem alicuius nouacula radens, quomodo puniendus.



## DELICTORVM

- 1 frequentia t<sup>o</sup> aliquando ex postulat, vt iudex is præsertim, qui supremus est, excedat iuris limites & terminos in pœnis indicendis, sicuti ex aliorū sentētia scriptum reliquit Gramm. in decil. 36. num. 7. qui ob id, n. 13. secutus est Baldum in l. vlt. in 1. lect. ff. de rerū diuis. & Angel. Aretin. in §. sanctæ quoque res, Instit. eo. tit. de rerum diuis. affirmantes, pœna mortis puniri posse cum, t<sup>o</sup> qui noctis tempore appositis scalis conscendit domum alicuius, causa violandi virginem, vel mulierem honestam. Et id quidem, secundū Gramm. ob similis delicti frequentiam. Ceterum si mulier inhonesta est & impudicia, pœna solum arbitraria indicitur, vt Bald. ipse docuit in d. l. vlt. quæ probauit & Fabius Monteleo in praxi arbitrariæ parte 5. num. 7. Ex prædictis intelligimus, recte t<sup>o</sup> & sancte agere Principes, qui ob alicuius delicti frequentiam grauiissimam indicunt pœnam quemadmodum hoc tempore, quo hæc scribo, frequens est & impium illud delictum, t<sup>o</sup> quod indies, perpetratur a scelestis quibusdam, qui

qui viris & honestis mulieribus faciē gladio tonforio, quem nouaculam appellamus, vel alio gladij genere vulnerat, & (vt vulgo dicitur) ificiant. Et si enim alicuius faciē vulnerare atrox est iniuria, vt scripsi supra in casu 263, n. 27. maior tamen efficitur eius frequentia.

CASVS CCCCLXXVI.

Tormentorū genera, quæ vel ad veritatem eruendam, vel ad mortem inferendam adhibere, & vtj solent rerum criminalium iudices.

SVMARIA.

- 1 Tormentorū ad eruendam veritatem genera iudicis arbitrio relinquuntur.
- 2 Tormentis adhibendus est modus.
- 3 Tormentorū genera remissiue.



**S**OLENT maleficiorum iudices ad eruendam a suspectis admittorum criminum vt i vario genere tormentorū quæ t cum a iure definita non reperiuntur, iudicis arbitrio relinquuntur: sicuti egregie scripant Ant. Gomez, in tomo 3. varia. resolu. c. 13, n. 5. & Franc. Pegna in comēt. ad Ditect. Inquisitor. in 3. p. comment. 110. colum. 3. vers. qualia tormentorum.

- 1 Porro est quod t prudens æquusq. iudex aduertat, ne ita nouo & inusitato tormenti genere vtatur, vt a crimine reo animā, non ex ore eius veritatē educat. [Ita enim (inquit Iuriscōf. in l. quæstionis modum. ff. de quæstio.) quæstionem habere oportet, vt reus saluus sit, vel innocentia, vel supplicio.] Et cum muneris mei non sit genera hæc tormentorum commemorare quippe qui causarum criminalium iudex nunquam extiti: satis mihi visum est, si referam auctores, a quibus quamplura commemorantur: sicuti t a Franc. Bruno in tract. de indicij & tortura, in 2. parte quæst. 2. n. 6. Paul. Griland. in tract. de quæstionib. & tormentis, quæst. 2. Mar-

fil. in l. 1. in prin. n. 27. ff. de quæstio. Gomez. & Pegna in locis supra citatis.

De grauissimis vero tormentis & cruciatibus, quæ ad mortem ducunt multa egregie scribunt Theodorit. in lib. 5. Ecclesiast. histor. cap. 38. & Cælius Rhodiginus in libr. 10. Lectionum antiqua. cap. 5. multo plura loquantur apud Surium & Vilegam in eorum de vitis Sanctorum commentarijs dum varia & innumera prope commemorant tormenta, quibus afficiebantur sancti, vt idolis sacrificarent, & saluatorem redemptoremque nostrum abnegarent. Noua tormenta inuenit impia illa Regina, vel potius tyranna Angliæ, dum multos ex Societate Iesu patres miris affecit cruciatibus, vt Ecclesiam Catholicam Romanam de-fererent.

CASVS CCCCLXXVII.

Vasallus qua forma & solennitate iurare debeat fidelitatem feudi domino.

SVMARIA.

- 1 Solemnitas præstanda a vasallo fidel. in iudicis arbitrio consistit.
- 2 Consuetudo, & vsus in præstanda fidelitate obseruari debet.
- 3 Vasallus si dominus feudi est supremus princeps genibus flexis fidelitatem iurare debet, & quomodo si sit dominus inferior, num. 5.
- 4 Principi supremo qualis debetur reuerentia.



**D**EBITARI ac quæri aliquando solet, qua solennitate & forma vasallus præstare debeat iuramentū fidelitatis domino feudi: an scilicet stans vel genibus. flexis? Et quidem recte respōdit Crauet. in consi. 517. num. 7. lib. 3. iure definitum hoc non esse: & propterea t relinquitur definiendum arbitrio iudicis: Qui quidem statuere primum poterit, obler-

SVMARIA.

- 2 uandum t esse morem & vsus, vt in specie scribunt Iacobinus in tract. de homagijs, num. 15. & Ioan Petrus Surdus in consi. 172. in fine, & idem sensit Siluan. in tract. de recognit. feudi. ca. 107. in fin sicuti motis est apud nos, vt creatus secretioris consilij Consiliarius, vel Senator, vel ad aliam similem promotus dignitatem, genibus, flexis fidelitatem iuret vel Principi, vel Senatui Præsidi. Cessante vero vsu & consuetudine, decernere poterit iudex, quod si t feudi dominus est Princeps supremus, vt Papa, Imperator, Rex præstetur ei fidelitatis iuramentum genibus flexis. His tamen t exhibenda est maior illa reuerentia, quæ exhiberi potest, vt ad rem nostram sensit Crauet. in d. consi. 517. n. 4. qui refert id, quod legitur Paralipo. cap. 19. his verbis, [Inclinauerunt se & adorauerunt Deum & deinde Regem.] & lib. 1. Reg. cap. 24. quod Dauid adorauit Saulem pronus in terra, & lib. 3. Reg. cap. 1. Natham in terram pronus adorasse Dauid Regē. Quinimo olim Imperatores & Reges adorari voluerunt, sicuti de Diocletiano his verbis scriptum reliquit Pomponius Mela [Diocletianus, inquit, post triumphum de Persis actum, adorari voluit: auro & gemmis Caecamenta exornans.] Idem de Caio Cæsare scribit Seneca in lib. 2. de benefici. c. 12. verba Senecæ hæc sunt, [Caius Cæsar vitam dedit Pompeio Pæno, si dat, qui non auferret, Deinde absolutus, & agenci gratias, porrexit ad osculandum sinistram pedem.] Hæc ille, si feudi vero t dominus erit Princeps inferior sufficere obseruare id quod scripserunt Beluisius, in cap. 1. §. vltim. per quos fiat inuestitura, Iacobinus in inuestitura feudali, in verbo, Qui quidem inuestiti, nu. 56, & Surdus, in d. consi. 72. n. 12. Dixerūt sane prædicti vasallum petere debere a domino humiliter, & curialiter iuramentum fidelitatis sibi præstari, & inuestituram deinde concedi.

CASVS CCCCLXXVIII.

Satellites an & quando, & qua poena puniantur, si eum quem præhendere voluerunt, vulnerarunt vel occiderunt.



**O**NTINGIT pericpe satellites, quos alio nomine Beruarios nostri appellat, persequentes delinquentem aliquem, & bannitum, illum vel occidere, vel vulnerare: quare solet dubitari, an poena aliqua sint plectendi? soleo hac in re distinguere tres casus.

- 1 Primus est, quando t is loquens, qui grauius deliquit, armis ita valide se defendit, vilo modo valeat præhendit, nisi vel vulneretur, vel occidatur. Hoc sane casu nulla prorsus poena afficiendi sunt satellites. Ita sine controersia intelligi & procedere potest traditio Bald. in l. 1. in 2. lect. num. 39. C. vnde vi, & manifestus in l. vlt. in fin. C. de exhib. reis. Idē scribūt Amod. in tract. de Syndicatu, n. 100. Paris Put. in tract. de Syndicatu in eo capite, quod incipit. Resistentia n. 5. Ang. in l. nec quidquam §. proficisci. q. 53. ff. de offi. proconf. & legati, Boerius in quest. 170. nu. 6. & 7. Grammat. in decis. 41. nu. 1. & 2. & Fabius Monteleo in praxi arbitral. in 4. par. in 7. quæst. num. 32.
- 2 Extenditur primo hic casus, vt locum habeat t etiam si is delinquens non se defendit, vel fugiendo præhendit volebat. Ita Baldus Amodeus, Puteus Bogtius, & Grammat. præcitatis in locis.
- 3 Extenditur secundo hic casus, vt locum habeat etiam quo ad eos t qui in auxilium satellitum conuocati fuerunt. Nam



& ij occidentes, vel vulnerantes resistentē se iuste capi, non puniuntur. Ita post Angel. in specie scribit Paris Puteus in tract. de Syndicatu. in cap. quod incipit familiaris, siue familia.

4 Secundus est casus, quando † satellites volebant prahendere eum, quem sciebāt iniuste prahendi & is se defendat. Hoc sane casu si vulneretur, vel occidatur, tenentur ipsi satellites, vt scribūt Amodeus in tracta. de Syndicatu, numer. 101. qui testatur, sic fuisse iudicatū & obseruatum in ciuitate Lucensi. Et Gram. in d. decis. 41. n. 2. ea ratione ij moti sunt: quia licet † resistere etiā iudici iniuste exequenti, l. prohibutum. C. de iure filci. lib. 10.


6 Tertius est casus, quando † satellites iuste poterant prahendere delinquentem, qui non se defendebat, nec fugiebat, sed qui iam in terram ceciderat. Hoc sane casu puniendi sunt satellites pœna extraordinaria, iudicis scilicet arbitrio. Ita sensit Gramma. in d. decis. 41. in fin. dum scribit, fuisse a consilio illo Neapolitano. decisum: vnum ex tribus satellitibus, seu Birruarijs prosequentibus delinquentem, eum cum vulnerasset, postquam in terram cecidisset, damnatū fuisse, vt per triennium remigaret.

CASVS CCCCCLXXIX.

Arbores furtim cædentes quibus afficiantur pœnis.

SVMARIA.

- 1 Arbores alienas furtim cædentes varie iure puniuntur, numer. 2. & seqq.
- 2 Lex 12. tab. aduersus cædentes alienas arbores furtim.
- 3 Actio legis Aquiliæ contra cædentes furtim alienas arbores quatenus cum act. arb. furt. cæsa. ex l. 12. tab. concurrat: & contra, quis ac quibus, ac quatenus detur.
- 4 Arbores alienas furtim cædentes an & quatenus latrones sunt, & vt tales puniuntur.
- 5 Arbores excidentis quib. casib. pœna extraordinaria puniuntur.
- 6 Cōductores bonorū fisci, qui arbores fundi cōducti cædūt puniuntur quadruplo.



**D**E DENTES † furtim alienas arbores varijs pœnis iure ciuili puniuntur. Si quidem legem † duodecim tabularum certa pœna pecuniaria, quæ damni emendationē potius quā merā continet pœnā, puniuntur. Cuius sane legis meminit Paulus. in l. 1. ff. arbor. furt. cæsa. & explicant Aymarus Riualius, in historia iuris ciuili, par. 1. num. 111. & Francis. Bal. in comment. ad leges duodecim tab. l. 18. Quibus accedit egregius locus Plinij, in lib. 17. naturalis histor. cap. 7. cuius verba hæc sunt. [Fuit & arborum cura legibus præcis cautumque est 12. tabulis, vt qui in iuria cæcidisset alienas, lueret in singulas, æris, 25. Quid existimamus, futuræne eas credidisse ad supradictam æstimationem illos, qui frugiferas tæti taxauerant?] Hæc Plinius.

3 Cautum etiam est lege † Aquilia, dandam esse actionem arborum domino aduersus eos, qui eas furtim incidissent: sicuti meminit idem Paulus, in dict. leg. 1. qui tamen subiungit: ita vtramque actionem dandam esse, vt iudex in posteriore deducat id, quod ex prima consecutus sit: & ex reliquo condemnet. sufficere enim si iustam æstimationem damni que emendationem vel ex vna, vel ex altera consequatur actione. Et cum pœnalis sit hæc actio aduersus hæredem non datur. Hæredi quidem & alijs successorib. datur: est etiam perpetua, & duplum continet: vt respōdit Vlpian. in l. furtim. §. vlt. ff. arbor. furt. cæsa. & de actione hac scribunt aliqua Speculator in tit. de iniurijs & damno dato. §. sequitur, numer. 28. Cæpol. de seruit. rustico, prædiorum cap. 81. numer. 12. & 13. & multa Petrus Gregorius, in lib. 37. Syntagm. iuris cap. 6.

4 Puniantur etiam † tanquam latrones ij furtim cædentes alienas arbores, l. 2. ff. arbor. furt. cæsa. præsertim (inquit illo in loco Gaius) si cæsa sint vites quod senserunt Imp. Valens, Theodor. & Arcad. in l. 1. C. quando liceat, vnicuiq. sine iud. se vind. dū appellant hos agrorum nocturnos de populatores. Et quāquā aduersus latrones indictæ sunt grauissimæ pœnæ.

pœnæ, vt furcarum, velut bestijs subijciantur, l. capitalium. §. famulos. ff. de pœnis, vbi Bart. & reliqui & copiose Decia. in tract. criminali. lib. 9. c. 29. At tamen existimo, hos furtim alienas cedentes arbores non puniri eadem pœna ordinaria, qua plecti solent latrones, sicuti opinatus est Petrus Gregor. in cap. 6. nu. 9. sed potius extra ordinem pro iudicis arbitrio. Cum enim Gaius, in d. l. 2. responderit, puniri tanquam latrones, constat, non esse proprie latrones: & ob id extra ordinē iudicis arbitrio puniri: sicuti auctoritate quamplurimum scripsi supra in casu, 314. numer. 7. Ita quoque † pœna extraordinaria, hoc est iudicis arbitraria punitur qui exciderit arbores, quibus aggeres fluminis corroborantur, & (vt dici solet) colligantur: sicuti olim hac plectabatur pœna excidens Sycomorum circa Nili flumen: cum eo arbore aggeres illius fluminis colligari consueuerint. sic sane respondit Vlpian. in l. pen. versic. si quis arborem, ff. de extraordinarij, crimin. Cædentes vero arbores cupressos Daphnensis luci in Syria, vel Persicis, ac etiam arbores illas vendentes emē resque certa pœna pecuniaria puniebantur, sicuti Arcad. & Honor. in l. 1. & Theodor. & Valentin. in l. 2. C. de Cupressis. ex luco Daphnensi lib. 11. constituerunt. sic certa pœna, † nempe quadrupli indicta est aduersus conductores bonorum fisci, qui arbores fundi conducti cædit, l. in fraudem. §. penult. ff. de iure fisci.

CASVS CCCCCLXXX.

Vxor res mariti subrahens an furtum committat: & qua pœna puniri possit & debeat.

SVMARIA.

- 1 Vxor subrahens res mariti cur actione furti non teneatur.
- 2 Vxor subrahens res mariti a iudice puniri non potest.
- 3 Castigatio mariti debet moderari arbitrio iudicis.



**D**E vxore, quæ mariti res & bona subtrahit, respondit Vlpian. in l. si quis vxori. §. 2. in princ. & §. 1. ff. de furtis, his verbis. [Si quis vxoris res mariti subrahenti opē

consiliumve accommodauerit: furti tenebitur. Sed etsi furtum cum ea fecit, tenebitur furti, cum ipsa non teneatur, ipsa quoque si opem furi tullit, furti non tenebitur sed rerum amotarum.] Hæc tenus Vlpianus. Ita pariter Hermogenianus, in l. pen. ff. de crim. expilatæ hæreditæ, sic respondit. [Vxor expilatæ hæreditatis idcirco nō accusatur, quia nec furti cum ea agitur.] Hæc ille, sic & Paul. in l. 1. ff. rer. amota, qui huius sententiæ † rationem reddit. Egregia Pauli verba hæc sunt. [Rerum amotarum iudicium singulare introductum est aduersus eam, quæ vxor fuit: quia non placuit cum ea furti agere posse: quibusdam existimantibus, ne quidem eam furtum facere, vt Nerua Calsio: quia societas vitæ, quodammodo eam dominam faceret alijs (vt Sabino & Proculo) furtum quidē eam facere, sicuti filia patri facit: sed furti non esse actionem constituto iure. In qua sententia & Iulian. rectissime est.] hæc Paul. Rationem aliam præter Paulum subiunxit Gaius, in l. 2. eiusdem tituli, his verbis. [Nam in honorem matrimonij turpis actio aduersus vxorem negatur.]

Cæterum dubitari solet: an vxor hæc, quæ res mariti subtrahit & amouit pœna aliqua plecti debeat? Et quidem Iodocus, in Enchirid. rerū crimen. c. no. De furto, numer. 42. scriptum reliquit, puniri debere pena iudicis arbitraria. Crediderim rectius dici posse, vxorem † hanc nulla pœna a iudice posse puniri: cum crimen non commiserit, quod apud iudicem accusari & ab eo puniri possit: sed ab ipsomet marito castigatur: vt scripsi supra in casu. 364. numer. 8. quæ quidem castigatio moderata † esse debet pro viri boni, hoc est, iudicis arbitrio: Cum Iodoco quidem sentio dum, ibidem, numer. 44. & 45. scripsit, vxorem pro furto iudicis arbitrio puniri, si res mariti subtrahit, & cum adultero aufugit.

## CASVS CCCCCLXXXI.

Medicus qua pœna feriendus sit, si sua culpa & imperitia, vel dolo ægrotus decessit.

## S V M M A R I A.

- 1 *Medicus sua imperitia necans infirmum punitur iudicis arbitrio, si vero dolo punitur morte, num. 3. idem si lata culpa, num. 4.*
- 2 *Iudex per imperitiam male iudicans punitur arbitrio iudicis.*



**D**E medico, cuius imperitia ægrotus infirmusque decessit, ita respondit Vlpianus in l. illicitas. §. sicuti. ff. de officio Præsidis. [sicuti medico cæcus mortalitatis imputari non debet: ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet: Prætextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis, in periculo hominis innoxium esse non debet.] Hactenus Vlpianus, qui etsi dixit, hoc delictum impunitum esse non debere: attamen non explicat, quæ pœna sit indicenda. Recepta magis interpretum sententia est, puniri debere extra ordinem pro iudicis arbitrio. Ita sane in d. §. sicuti, annotarunt Martin. Sillimanus, & Albetic. & ex recentioribus doctis Ioan. Coraf. & Ant. Vacca, qui omnium manifestius hoc affirmavit. Idem scripserunt Florian. in l. qua actione. §. Proculus. ff. ad legem Aquil. Augustinus Ariminensis in addition. ad Ang. de maleficijs in verb. fam. publ. q. 7. & Ripa in tract. de peste in ti. de remedijs ad curandam pestem, n. 70. Etenim quidam iudices sententiam: cum vera sit eorum sententia, qui dixerunt, pœnam esse iudici arbitriam pro delicto, pro qua certa pœna a lege non est indicta, ut diximus supra in casu 339. Ita dicimus, iudicem, qui per imperitiam iudicavit, puniri extra ordinem pro iudicis arbitrio, l. 2. ff. quod quisque iuris. & l. vlt. ff. de varijs & extraord. cognit. & scripsi supra in casu 339.

- 3 *Cæterum, si ægrotus infirmusque dolo ipsius medici decessit, pœna mortis*

puniti potest medicus: sicuti in specie tradit Ripa in loco supra citato, num. 74. qui ita intelligit & declarat Angel. in l. necessarias. §. vltim. ff. ad S. C. Syllan. de his, quibus, ut indig. & Præpos. in cap. absit, in fin. 50. distinct.

- 4 *Idem est, quando lata culpa medici ægrotus vita functus est, si modo in ciuitate extat statutum, quod aliquæ quocumque modo occidens puniatur pœna mortis. Ita Ripa prædicto in loco, num. 73. vers. quod intelligas. Quæ declaratio comprobatur ex his, quæ scripsi supra in casu 324. vbi declaravi, quæ pœna puniatur is, qui alterum sine dolo occidit.*

## CASVS CCCCCLXXXII.

Notarij conficientes instrumenta de rebus vendi & alienari prohibitis, saltem certa solennitate non obseruata, qua pœna multis in casibus in iure scriptis puniantur.

## S V M M A R I A.

- 1 *L. 2. C. de Eunuchis explicatur.*
- 2 *L. 2. C. de petit. bonor. sublat. lib. 10. declaratur.*
- 3 *L. iubemus. C. de defensor. ciuit. elucidatur.*
- 4 *Notarius conscribens instrumentum de contractu usurario, punitur, arbitrio iudicis. Idem si conscripserit instrumentum alienationis prædiorum minoris sine solennitate factæ, num. 5.*



**V**RE tam Casareo, quam Pontificio permulti actus, & contractus geri, & confici a deo prohibentur, ut etiam, pœna adiecta, prohibeantur notarij de illis conscribere instrumenta. Hos aliquot casus sic enumerare statui.

- 1 *Primus est, in l. 2. C. de eunuchis, qua sancitum est, permittum non esse eunuchos facere, & eos Barbaris vendere, pœna*

na grauisima in dicta etiam tabellionibus sicque notarijs, qui alienationum instrumenta conscripserint. Quæ sit grauisima hæc pœna non est illa constitutione definitum, & propterea esse debet pro iudicis arbitrio: modo grauisima sit, ut dicam in fra casu, §. 8. & si Lucas de Pena, in l. 1. col. 2. versu. item alias pœna. C. ut nemo ad suum patrocium, & c. lib. 11. scripsit, esse pœnam mortis. Quæ sanè interpretatio confirmari potest ex his, quæ scripsi supra in casu 577. vbi post Franciscum Pegnam dixi legem imponentem pœnam grauisissimam intelligi de pœna mortis: qua de re diximus ibi.

Secundus est casus in l. 1. C. ut nemo ad suum patrocium lib. 11. qua sancitum est, tabellionem puniri pœna publicationis bonorum, si conscripserit instrumentum quod quis potentior suscipit rusticum in sui patrocium causa fraudandi tributa Principi debita, & illo in loco annotarunt Bartolus, Iacobus Rebuffus, Lucas de Penna, Io. Platea, & Iacobus Cuiacius.

Tertius est casus in l. iubemus versu. his tabellionibus C. de sacrosanct. Ecclesijs qua pœna perpetui exilij indicta est tabellioni, qui conscripserit instrumentum alienationis bonorum ecclesiæ, non obseruatis solennitatibus a iure requisitis. Et idem statuit Iustinianus in §. quia vero, in authen. de non aliena. reb. eccles.

Quartus est casus, in l. iubemus in fine. C. de testam. qua indicta est pœna falsi contra notarium, qui recipit instrumentum testamenti, non obseruata solennitate illius constitutionis.

Quintus est casus in l. 1. C. de immunitate nemi. conced. libr. 10. qua indicta est pœna ignis contra notarium, qui falso conscripsit immunitatis instrumentum, in detrimentum Principis cui tributa præstantur, & ibi inter alios annotauit Iacobus Rebuffus, num. 1. hunc puniri tanquam auctorem delicti in filci damnus.

Sextus est casus, in §. cogel. in authen. de mandatis princip. quo sancitum est, pœna abscessionis manus puniri debere notarium, qui non conficit instrumentum ut conficere debet.

- 2 *Septimus est casus in l. 2. in fin. C. de petitio. bonor. sublat. lib. 10. quæ indi-*

cta est pœna publicationis bonorum contra memoriales, qui recipiunt instrumentum seu preces & rescripta pro eis, qui impetrant bona delata fisco. Et de notarijs loqui constitutionem illam sensit Iacobus Rebuffus, in l. 1. num. 1. versu. aut non est auctor C. de immunitat. nem. conced. lib. 10. etsi existimo Impp. Theodosium & Valentinianum, ea in constitutione loqui de quæstoribus, & eorum coadiutoribus, quorum munus est recipere bona vacatia fisco delata, sicuti rectè aduertunt ibidem Rebuffus & Doctissimus Cuiacius.

Octauus est casus in l. 1. iubemus in fine C. de defensor. ciuit. qua sancitum est, puniri debere eos, id est notarios, qui recusant recipere instrumenta & acta, quibus probetur fallitas ponderum, & mensurarum. Verum quæ sit pœna illa non explicatur ibi. Hanc esse extraordinariam, sicque pro iudicis arbitrio docuit Iacobus Rebuffus, in d. l. 1. num. 1. versu. aut delinquant contra priuatum C. de immunitate nemi. conced. lib. 10.

Nonus est casus de quo in cap. 1. §. notarium de prohib. feud. alienat. per Lotha. & in cap. Imperialem, §. calidif. de prohib. feud. alienat. per Frid. vbi pœna amissionis officij, & in famiæ punitur notarius, qui de venditione feudi prohibiti alienare, instrumentum conscripsit, & ibi annotauit Afflicus, & Ioan. Igneus in l. 1. §. im pubes num. 26. in fin. ff. ad S. C. Syllan. de his, quibus, ut indig.

Decimus est casus, quando notarius de contractu usurario conscripsit instrumentum. Hoc sane casu eum puniri scribunt Holtiens. in summa de usuris, §. 1. versu. quid de notarijs, & Lucas de Penna, in l. 1. colum. 2. in princ. versu. sexto prohibetur C. ut nemo ad suum patrocium.

Porro cum non explicentur, quæ pœna sit hic notarius puniendus, indicendum est, pro iudicis arbitrio. Et subiungit Lucas prædicto in loco, eadem ratione puniri debet notarium, qui conscripsit instrumentum alienationis prædiorum factæ a minore sine solennitate a lege requisita. Et idem tradunt Igneus in d. l. 1. §. im pubes num. 27. & Simoncellus in tract. de decreto. lib. 1. tit. 1. in fine.

## CASVS CCCCLXXXIII.

Eximens se, vel alium e manibus satellitum, ne in carcerem deducatur & conijciatur, qua poena puniri debeat.

## SVMARIA.

- 1 Eximens condemnatum e manibus satellitum reus est criminis læsæ maiestatis.
- 2 Eximens debitorem tenetur fisco pro arbitrio iudicis, & creditori ad præstationem debiti. quod verum est etiam si exceptus reuera debitor non erat, nu. 3. vel eripiens eum fecisset ire ad carceres, num. 4. & quid si fuerit occultatus vt prehendi non potuerit nu. 5.
- 3 Eximens seipsum violenter punitur arbitrio iudicis.
- 4 Satellites permittentes captum elabi quo modo puniantur.



TSI disputatio hæc magna ex parte definita dici potest ex his quæ scripsi supra, in casu. 301. dum explicavi qua poena plectendus sit is, qui e carcere fugit, vel alium ex eo curavit euadere: attamen non grauabor hoc in loco satis oportuno dubitationem hanc dissolvere, quod vt faciam commodius distinguo atque constituo quatuor casus.

- 1 Primus est, quando quis te manibus familiaræ seu satellitum eripuit eum, qui conuictus, & condemnatus fuerat poena capitali. Hoc sane in casu eripiens iste puniri debet poena criminis læsæ maiestatis, l. cuiusque, ff. ad leg. Iuliam Maiestatis, vbi Barr. num. 3. & affirmant Alexand. in l. 1. §. Prætor, ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est vi eximat, & in consi. 35. num. 4. lib. 2. Guido Papæ in quæst. 59. Lucas de Penna in l. quoties, colum. 1. vers. aut eripuit. C. de exacto. tributo. lib. 10. Iason in d. §. Præter num. 4. & in §. pœnalis, num. 104. institut. de actio. & ibidem Gomez. num. 48. Marsilius in l. 1. in princ. ff. de quæst. & in l. 1. in princ. ff. ad legē Cornel.

de Sica. Guiel. Benedi. in c. Raynūtius, in verbo. mortuo itaque testatore, il. 1. n. 180. de testam. Cagnolus in l. 1. §. is videtur, num. 27. ff. si quis ius dicenti non obtemp. Hieron. Gigas in tract. de Crimine læsæ Maiestatis, in tit. Qualiter, & a quibus crimen læsæ maiestatis, committatur, quæst. 58. num. 1. Petrus Duennas in regula, 281. incipit. Eximens aliquem, Petrus Placa in epitome delictorum cap. 38. num. 7. Borsius in tract. causarum Criminalium in titu. de captura, num. 16. & Iulius Clarus in practica criminali, §. finali, q. 68. vers. eximens de manibus.

- 2 Secundus est casus, quando quis te manibus familiaræ seu satellitum eripuit a licuius debitorem. Hoc sane casu eximens iste puniri debet duplici poena, altera versus fiscum, altera versus creditorem illius erepti: erga fiscum punitur iste pro iudicis arbitrio, vt in specie docuit Cagnolus in l. 1. §. is videtur num. 27. ff. si quis ius dicenti non obtemp. Et quidem obseruatum fuit aliquando, hunc eripientem fuisse obviolatam Principis iurisdictionem, poena mortis damnatum: quem admodum tradit Prosper Carauita in cōmentarijs ad ritus magnæ Curie Ritu, 160. num. 2. quem refert Iulius Clarus in practica criminali, §. finali quæst. 68. vers. eximens. Aliquando etiam damnatus fuit poena pecuniaria sicuti testatur Guido Papæ in quæst. 579. colum. 2. Erga creditorem vero huius erepti damnatur eripiens soluere ipsi creditori quod debebat ereptus debitor, ac etiam eius damna & interesse præstare, sicuti scribunt Guido Papæ in d. quæst. 579. Cœpolla in consi. 14. nu. 4. in criminali. Marsilius in sing. 137. & Cagnolus in d. l. 1. §. is videtur num. 27. qui testatur, hæc esse ab omnibus receptam sententiã, & Phanutius in tract. de in litem iurando in prima parte. §. cognitio, nu. 10. & ij quidem fulti sunt egregia illa constitutione l. quoties, C. de exacto. tribut. lib. 10.

Extenditur hic casus, vt locum habeat etiam, t quando debitor captus fuit seruatis quidem seruandis, sed tamen non erat vere debitor totius summæ pro qua fuit captus. Nam adhuc locus est prædictis poenis. Ita intelligo loqui post alios Phaunucium in d. tract. de in litem iurando in d.

in d. §. cognitio num. 5. atque ita declaratur text. l. si per alium, §. In eum, ff. ne quis eum, qui in ius vocabitur vi eximat, qui passim hac pro traditione adduci solet.

- 4 Extenditur secundo, vt procedat etiã t si eripiens debitorem e manibus satellitum, eum ad carcerem ire faciat: Nam adhuc punitur ipse eripiens. Ita Phanutius in d. §. cognitio, nu. 11. qui Alexandrum & alios refert, existimo hoc in casu esse locum poena erga fiscum ob læsam Principis iurisdictionem: non autem erga creditorem, cuius ius illatum manet, nisi forte aliquod damnum interim passus fuisset.

- 5 Extenditur tertio, vt t hic casus locum habeat etiam contra eum, qui in causa fuit, ne debitor iste præhenderetur: vt quia antequam ad eum capiendum accederent satellites, fuit ab illo monitus: vel ita occultatus, vt præhendi non potuerit. Nam adhuc locus est prædictis poenis. Ita post alios Boerius in quæstio. 217. Stracha in tract. de mercatura, in titu. de decoctionibus, in 2. particula vltimæ partis principalis, §. circa propositam, num. 11. & Phanutius in d. §. cognitio, num. 12. Quod intelligo quo ad poenam erga creditorem, qui impeditus fuit creditum suum consequi: secus vero, quo ad Principis iurisdictionem, quæ dici non potest læsa.

- 6 Tertius est casus, quando captus t ipse violenter se ipsum e manibus satellitum eripuit: hoc casu punitur iste pro iudicis arbitrio, ita tradit Iodocus, in practica criminali cap. 15. de citatione reali, num. 29. Idem sensit Borsius, in tract. causarum criminalium in titu. de captura nu. 20. dum dixit, se ipsum eximentem mitius puniri quam illum, qui captum exemit. Et testatur Borsius ita seruasse Senatū, dū Cremonæ sederet. Ego accepi, Senatū ipsum anno centesimo quingentesimo octuagesimo quarto, die vltima Octobris, referente Vicario iustitiæ absolutum fuisse Ambrosium Ripam, & anno centesimo quingentesimo octuagesimo octauo, die 15. Septembris, eodem Vicario referente liberatum fuisse M. Antonium Cluatum, qui e manibus satellitum exemerant.

- 7 Quartus est casus, quando t ipsimet satellites permiserunt captum ipsum manus suas euadere: Hoc sane casu Iodocus, in

practica criminali, cap. 15. de citatione reali, num. 12. distinguit: quod aut satellites neglexerunt capere, & tunc suspenduntur ab officio, & puniuntur iudicis arbitrio. Si vero dolo, & precibus vel pretio corrupti captum ipsum dimiserunt liberum, officio priuantur, & poena arbitraria puniuntur. Existimo Iodocum loqui quædo quis captus fuit pro causa ciuili, sicuti debitor, de quo diximus supra in secundo casu secus vero est, quando captus ille fuerat pro causa capitali, nam tunc crederem hos satellites puniri posse eadem poena, qua puniendus erat captus ille.

## CASVS CCCCLXXXIII.

Vasallus, & homo duorum dominorum: & ciuis duarum ciuitatum an & quando quis esse possit.

## SVMARIA.

- 1 Vasallus ligius vnus, non potest effici, ligius alterius domini.
- 2 Vasallus simpliciter potest fieri, alterius domini vasallus respectu diuersi feudi, non vero eiusdem feudi intuitu, nu. 3.
- 3 Vasallus potest inire feudum cum altero, si fiat saluo iure ipsius domini.
- 4 Ciuis quot modis quis efficiatur.
- 5 Ciuis originarius vnus, non potest fieri, ciuis originarius alterius ciuitatis. Sed bene electione fit ciuis alterius, nu. 7.
- 6 Constitutio noua. dominij. Mediolanensis, tit. de poenis. c. omnibus ciuitas, declaratur, & sub nu. 10. & 13.
- 7 Ciuis manumissione factus non potest mutare ciuitatem, sed electione potest mutare, num. 10.
- 8 Ciuis adoptione factus non potest adipisci ius alterius ciuitatis. Nisi electione, num. 12.
- 9 Ciuis electione factus potest quandocumque mutare ciuitatem.



ST non parum vtilis disputatio hæc duo habet capita: Alterum de Vasallo. Alterum de ciue.

PRIMVM caput satisfactum

satis facile explicari potest distinguendo atque constituendo aliquot casus: quorum primus est, quando quis iam effectus est vasallus + seu homo ligius vnius domini: hoc est, quando iuravit fidelitatem domino, eique promisit, se eius esse velle, & non alterius vasallus, & hominem fidelem, iuxta declarationem Io. Andreae in cap. recolentes. de statu mona. in Clement. pastoralis. §. rursus. in verbo. ligius: de re iud. & in additionibus ad speculat. in tit. de feudis. §. quoniam. Baldi. in l. i. §. in primo. C. de caducis tollendi. Afflicti in decis. 307. numer. 3. Iacobini de sancto Georgio in tractat. de homagijs, num. 12.

Hoc sane casu, vasallus & homo vnius non potest effici homo, & vasallus alterius: sicuti scribunt præcitati Doctores, Et accedunt in specie alij multi quos congesti, in consi. 32. nu. 6. & 7. li. 1. vbi dixi, nec quidem respectu & causa duarum rerum esse posse ligium duorum.

Secundus est casus, quando quis non + est vasallus, & homo ligius alterius, sed simpliciter vasallus: hoc sane casu effici potest homo, & vasallus alterius causa, & respectu alterius feudi ab eo suscepti: quemadmodum affirmant Ioan. Andreae in additionibus ad Speculat. in tit. de feudis. §. quoniam Paris. Puteus in tract. de reintegratione feudi cap. 245. in capit. Nunc est videndum aliquid, numer. 4. Guido Papa quæst. 310. Iason. in præludij feudorum numer. 107. Afflicti in d. decis. 307. nu. 3.

Tertius est casus, quando quis + est simpliciter vasallus vnius, & causa ac respectu eiusdem feudi vult esse vasallus alterius: Hoc casu iure permissum non esse scribunt Castrensis, Ruinus, Gozadinus & Grammaticus, quos retuli, & probavi in d. consi. 32. num. 11. lib. 1. & ij quidem affirmant, hunc vasallum tanquam ingratum priuari feudo, sicuti beneficio priuatur clericus ille, qui beneficium, & Ecclesiam obtinuit a superiore, deinde eam voluit sibi confirmari ab inferiore, vt docuit Abbas, in cap. cum olim, num. 18. de re iud.

Quartus est casus, quando quis + est vasallus vnius, & confederationem seu adhaerentiam cum altero facit, salvo iure ipsius domini. Hoc iure permissum esse

affirmat Baldus, in consi. 369. quæritur primo an vasallus, lib. 1. & in cap. 1. in secunda lectura, num. 9. de iudicijs, quo postremo loco scribit, Ciuitatem posse se alteri submittere vt ab ea defendatur, & Baldum secutus est Brunus, in consi. 86. nu. 2. qui respondit, Marchiones Incisæ Imperij vasallos, potuisse ad haerentiam facere cum Duce Mediolani. Et idem ego ipse scripsi & declaravi, in d. consi. 32. num. 25. & alijs subsequentibus, vbi alia de his adhaerentijs & confederationibus. Et ibi nu. 29. scripsi per adhaerentiam, & confederationem non transire iurisdictionem in eum, cum quo est facta.

SECVNDVM huius disputationis caput est, de iure, an is qui est ciuis vnius ciuitatis, effici possit & alterius?

Distinguendi atque constituendi sunt hoc in capite quatuor casus, sicuti quatuor modis + quis efficitur ciuis, nempe origine, manumissione, adoptione, & electione, vt post alios scripsi in commentarijs de præsumptionibus, lib. 6. præsumpt. 30. num. 13.

Primus itaque est casus, quando quis + est ciuis originarius vnius ciuitatis: hic sine controuersia effici non potest ciuis originarius alterius ciuitatis: cum origo ipsa tanquam quid naturale nequeat mutari, l. assumptio. in princ. ff. de municip. & origin. lib. 10. & scribunt permulti a me congesti, in d. præsumpt. 30. num. 32. Imo damnatur, & interdum poenis afficitur, qui relicta vel euentura patria, se alterius ciuitatis ciuem facit. Et primum quidem Constantinus, in l. vltim. C. de municip. & origin. lib. 10. statuit hunc sustinere debere vtriusque ciuitatis onera. Olim grauius animaduersum fuit a Crotoniatis in Asylum origine Crotoniata. De quo ita scribit Pausanias, lib. 6. [Asylus autem Crotoniata Pythagoræ opus fuit. Is olim piæ cas tres de cursu reperto palmas tulit. Et huius quidem quod Hieronis Dinomenis filij studio ductus Syracusanum se renuncians curaslet, in familiæ causâ, domum Crotoniata ad publici caeris vsam destinantur, & statuat in Lacedæmonia Junonis dedicatam euerterunt.] Hæc Pausanias.

Cæterum hoc in casu potest ciuis iste originarius

7 originarius + effici ciuis alterius ciuitatis electione, hoc est priuilegiu secundum ius ipsum commune quo non reperitur hoc prohibitum. Imo apud Romanos permissum fuit mutare ciuitatem: & si ciuis Romanus alia ciuitate in ciuium numerum receptus, ciuis desinebat esse Romanus, cum eo iure datum ciuitatum quis ciuis esse non possit: sicuti ex Cicerone in oratione pro A. Cecina scribit Carolus Sigonius, in lib. 1. de antiquo iure ciuium Roma. c. 2. in fine. Apud nos extat noua huius domini Mediolanensis constitutio, in tit. de poenis c. omnibus ciuibus, qua sancitum est ciuem vnius ciuitatis huius domini creati non posse ciuem alterius ciuitatis extra domini: in dicta poena pro principis arbitrio.

9 Secundus est casus, quando + quis manumissione factus est ciuis illius ciuitatis, in qua a domino fuit manumissus: sicuti statuerunt Imp. Diocletian. & Maximia. in l. Ciues, C. de incolis. lib. 10. & scripsi in d. præsumpt. 30. num. 19. Hoc etiam casu ciuis iste alia manumissione effici non potest ciuis alterius ciuitatis: Cum semel libertate donatus (nisi denuo in seruitute reincidat) manumitti amplius non possit.

10 Porro ciuis iste + priuilegio effici potest ciuis alterius ciuitatis, quemadmodum a fortiori ciui originario sic permissum esse diximus præcedenti in casu. Noua vero constitutio huius domini, in d. §. omnibus ciuibus. locum habere minime potest hoc in casu: etsi nulli reperitur esse potest, in hoc dominio serui, qui manumittantur.

11 Tertius est casus, quando quis + adoptione factus est ciuis: iuxta d. l. Ciues, & quæ scripsi in d. præsumpt. 30. numer. 20. quo loci post alios scripsi, hunc tandem dici ciuem, quamdiu durat adoptio. hic alia effici non potest ciuis alterius ciuitatis: cum, donec est in adoptione, in alterius potestate se conferre non possit.

12 Cæterum + priuilegio potest ciuis iste effici ciuis alterius ciuitatis: sicuti in duobus præcedentibus casibus diximus. Hoc etiam casu locum habet constitutio noua huius domini in quo an casus hic aliquando uenerit nunquam audiui.

13 Quartus est casus, quando + quis factus est ciuis electione, hoc est, priuilegio: iuxta

d. l. ciues. & quæ scripsi in d. præsumpt. 30. num. 21. Hic potest alio priuilegio ciuem se alterius ciuitatis facere, cum an eius sit facultate renuntiare illi priuilegio, & electioni.

Cæterum in hoc Dominio Mediolanensi extat iam commemorata constitutio, in d. §. omnibus ciuibus, quæ locum habet etiam hoc in casu: cum loquatur de ciuib. omnibus, quorum in numero est etiam ciuis electione, & priuilegio creatus. Imo (quod fortius est) prohibet constitutio aliquid effici Incolam, Burgensem, Socium confederatum & subditum alterius ciuitatis & domini.


#### CASVS CCCCCLXXXV.

Exportari, & ad hostes, vel amicos deferri quæ res non possint, quo tempore & qua poena ij puniantur.

#### SUMMARI A.

- 1 L. 1. C. quæ res exportari non debeant. declaratur. & num. 2.
- 3 L. 2. C. de commerc. & mercat. explicatur.
- 4 L. 4. C. de commerc. & mercat. elucidatur.
- 5 L. 2. C. de eunuchis illustratur.
- 6 L. 2. C. quæ res exportari non debeant. interpretatur.
- 7 Poene iuris Pontificij aduersus vendentes arma hostibus.
- 8 Constitutio aduersus exportantes res prohibitas ad hostes, habet etiam locum tempore pacis. Etiam contra vendentes solum, num. 9.
- 10 Statuta prohibentia exportari annonam sunt licita.
- 11 Statutum prohibens exportari frumentum, continet etiam farinam: non tamen legumina, num. 12.
- 13 Statutum prohibens exportari triticum continet legumina.
- Si vero prohibeat exportari victualia non continentur scenum, auena, & hordeum, num. 14.
- 15 Statutum prohibens exportari vinum, com.

*comprehendit vnde. Non tamen ceruissiam vel acetum, num. 16. Nec eum qui exportauit poculum vini gustus causa, num. 17.*



**M** egregia satis ac frequens disputatio duo habet capita, alterum de hostibus: alterum de amicis. De primo capite multæ extant Imperatorum, & Pontificum constitutiones.

Prima est Imp. Valentis & Gratiani in *l. 1. C. quæ res export. non debeant cuius verba hæc sunt.* [Ad Barbari cum transferendi vini, olei, & aliquaminis nullam quisquam habeat facultatem, nec gustus quidem causa, aut vsus commerciorum.] Hactenus Imp. qui quidem non alia ratione (vt recte & docte aduertunt Ripa in tractat. de peste. in tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem num. 64. Alciatus in lib. 4. Disputat. iuris cap. 11.) statuerunt: nec gustus quidem causa deferri posse ad hostes vinum, oleum, & liquamen: quam, ne liquoris gustu allecti arma in nos vertant, vt ea sibi valena comparare, quemadmodum fecisse Gallos, auctore T. Liuius, lib. 5. referunt ijdem Alciatus, & Ripa Verba Liuij ita scripta sunt. [Gentem Gallorū traditur fama dulcedinis frugum maximeque vini voluptate captam, Alpes transisse, & inuexisse in Galliam vinum illicientæ gentis causa.] Hæc Liuius: Non conuenit ratio a Ripa, & Alciato eleganter excogitata, statuto, & legi municipali, qua sancitum est, ne quis e ciuitate & prouincia exportet vinum, oleum, & quid simile. Qua de re dicemus infra in secundo huius disputationis capite. Nullam sua hac constitutione pœnam aduersus hos exportatores indixerunt ij Imperatores: & propterea, indicenda est pœna pro iudicis arbitrio, iuxta ea, quæ scripsimus supra in casu 57. Habet locum etiã hæc pœna aduersus eos, qui ad hostes deferunt alias res quæ aliū habent sensum, quam gustus: vt si quis ad eos deferat enses vnũ, vel lorica vnã, causa exempli, seu speciminis, & (vt vulgo dicere solemus) per mostra. Ita tradidit Be-

nens, Straba in tractat. de mercatura parte quarta, num. 25.

Secunda est constitutio Imp. Gratian. & Theodosij in *l. 2. C. de comercijs & mercatoribus*, quæ ita se habet. [Non solum Barbaris, aurum minime præbeatur: sed etiam si apud eos inuentū fuerit, subtili auferatur ingenio. Sed si vltterius aurum pro mancipijs vel quibuscumque speciebus ad Barbaricum fuerit translatum a mercatoribus, non iam damnis, sed supplicijs subiugentur. Et si id iudex repertum non vindicat: tegere vt cõscijs criminosa festinat.]

Hactenus Imp. qui aduersus ferentes aurum ad hostes certam pœnam non indixerunt: sed supplicio tantum genericè plectendos esse statuerunt: ob id pro iudicis arbitrio fient puniendi, vt diximus supra.

Tertia est constitutio Imp. Honorij & Theodosij in *l. mercatores. 4. C. de comercijs, & mercatoribus*, quæ ita legitur. [Mercatores tam imperio nostro quam Persarum regi subiectos vltra ea loca, in quibus fœderis tempore cum memoratâ natione nobis conuenit nundinas exercere minime oportet, ne alieni regni (quod non conuenit) scrutentur arcana. Nullus igitur posthac imperio nostro subiectus vltra Nisibem, Callinicum, & Arraxatan. emendi seu vendendi species causa proficisci audeat: nec præter memoratas ciuitates cum Persa merces existimet commutandas, sciente vtraque, qui contrahit, & species, quæ præter hæc loca fuerint venundatæ, vel comparatæ, sacro æratio nostro vindicandas: & præter earum rerum ac precij amissionem, quod fuerit numeratum vel commutatum exilij se pœnæ sempiternæ subdendum. Non de futura contra iudices, eorumque apparitores, per singulos contractus qui extra memorata loca fuerint agitati triginta librarum auri condemnatione per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Romanus vel Persa comueuerint, exceptis videlicet his, qui legatorum Persarum quolibet tempore ad nostram clementiã mittendorum iter comitati, merces duxerint commutandas: quibus humanitatis & legationis diutius extra præfinita etiam loca

mer-

mercandi copiam non negamus: nisi sub specie legationis diutius in qualibet prouincia residentes nec legatum ad propria comitentur. Hoc enim mercaturæ insistentes, non immerito, vna cum his cum quibus contraxerint seu resederint, pœna huius sanctionis persequetur.] Hactenus Imp. qui exilij perpetui pœnam aduersus prædictos delinquentes indixerunt. Quod ea ratione factum est, quia hæc constitutio, est, de mercibus, quæ validiores reddere non possunt hostes aduersus nos. Ita sensit Benuent. in d. tract. de mercatura in 4. parte, num. 25.

Quarta est constitutio Leonis Imp. in *l. 2. C. de eunuchis*, sic scripta. [Romanæ gentis homines siue in Barbaro, siue in Romano solo eunuchos factos nullatenus quolibet modo ad dominium cuiusquam transferri iubemus: pœna grauissima statuenda aduersus eos, qui hoc perpetrare ausi fuerint: tabellione videlicet, qui huiusmodi emptionis seu cuiuslibet alterius alienationis instrumenta conscripserit. Et eo, qui octauam vel aliquid vctigalis causa pro his susceperit, eidem pœnæ subiiciendo. Barbaræ autem gentis eunuchos extra loca nostro imperio subiecta factos, cunctis negotiatoribus, vel quibuscumque alijs emendi in comercijs, & vendendi vbi voluerint, tribuimus facultatem.] Hæc Imp. Leo, qui pariter nullam certam pœnam indixit aduersus hos ad Barbaros hostes ferentes eunuchos, & ob id pœna erit pro iudicis arbitrio, grauissima tamen indicenda. Eadem pœna plectendus erit tabellio, qui alienationis conscripserit instrumentum, sicuti & similibus in casibus prohibitarum alienationum puniri notarios scripsi supra, in casu 592.

Quinta est constitutio Marciani Imp. in *l. 2. C. quæ res exportari non debeat*: quæ ita se habet, [Nemo alienigenis Barbaris cuiuscumque gentis ad hanc urbem sacratissimã sub legationis specie, vel sub quocumque colore, venientibus, aut in alijs ciuitatibus, vel locis loricas, scuta, & arcus, sagittas, & spathas, & gladios, vel alterius cuiuscumque generis arma audeat venundare, nulla prorsus ijdem tela, nihil penitus ferri, vel factiliam, vel adhuc infecti ab aliquo di-

strahatur. Perniciosum namque Romano Imperio & prodioni proximum est Barbaros, quos indigere conuenit, telis eos, vt validiores reddantur, instruere, si quis autem aliquod armorum genus quorumcumque nationum Barbari alienigenis contra pietatis nostræ interdicta vbiicumque vendiderit: bona eius vniuersa protinus fisco addici ipsum quoque capitalem pœnam subire decernimus.]

Hactenus Marcianus: qui postremis verbis pœnam indixit capitalem aduersus eos, qui arma hostibus vendunt. Id quod respondit etiam Paulus, in leg. cotem ferro. in princ. ff. de publica. & vectigal. qui eadem pœna capitali dixit puniri vendentes hostibus cotem ad acuedum ferrum.

Porro quæ sit capitalis hæc pœna dubitatio est non mediocri? Verior videtur interpretatio eorum, qui dixerunt esse mortis uaturalis: sicuti diligenti satis habita disputatione affirmat Benuent. Stracha, in tract. de mercatura, in 4. par. n. 18. qui in 2. n. 44. vers. plane illud, docuit, diuersam esse pœnam deferentis ad hostes vendentis res prohibitas, a pœna eorum qui res permissas vendunt. Et idem sensit Alexandrus in consil. 13. nu. 1. in fin. lib. 7. reiecta opinione Hostiensis, qui dixit, esse pœnam pro iudicis arbitrio.

Iure Pontificio aduersus hos deferentes arma ad hostes, eisque distrahentes aliæ indictæ sunt pœnæ. Alexan. 3. Pontifex Maximus in Consilio Lateranensi, de quo in cap. Ita quorundam de Iudæis, statuit his verbis. [Ita quorundam animos occupauit sæua cupiditas, vt qui gloriatur nomine Christiano Saracenis arma, ferrum, & ligamina deferunt galearum, vt pates aut etiam superiores in militia fiant illis, dum ad impugnandos Christianos arma eis, & necessaria subministrant. Sunt etiam qui pro cupiditate sua in galeis, & piraticis, Saracenorum nauibus regimen, & curam gubernationis exercent. Tales igitur ab Ecclesiastica communione præciosos & excommunicationi subiectos, rerum suarum, per Principes catholicos, & consules ciuitatum priuatione mulctari, & capientium fieri seruos cen-

R semus

femus. Præcipimus etiam, vt per Ecclesias maritimarum vrbiū crebra & solennis in eos excommunicatio proferatur. ] Hactenus Alexander Pontifex seu Consiliū Lateranense: quod confirmauit, & Innocentius III. in Concilio generali, de quo in capite ad liberandam eodem titul. de Iudæis, cuius verba adscripsi. [ Ad liberandam terram sanctam, & infra: Excommunicamus præterea & anathematizamus illos falsos, & impios Christianos, qui contra ipsum Christum, & populum Christianum Saracenis arma, ferrum, & ligamina deferunt galeatum: eos etiam qui galeas eis vendunt, vel naues, quique in piraticis Saracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel machinis, aut quibuslibet alijs aliquid eis impendunt consilium, vel auxilium in dispendium terræ sanctæ; ipsos rerum suarum priuatione multari & capiendum seruos fore censemus: præcipientes, vt per omnes vrbes maritimas diebus dominicis, & festinis huiusmodi sententia publice innouetur. Et talibus gremium non apertatur Ecclesæ, nisi totum, quod ex commercio tam damnato perceperint: & tantundem de suo in subsidium terræ sanctæ transierint, vt æquo iudicio, in quo deliquerint puniantur. Quod si forte soluendo non fuerint, sic alias reatus talium castigetur, quod in pœna ipsorum alijs interdicitur audacia similia præsumendi. ] Hæc Innocentius III. in Consilio generali, sic & Clemens III. Pontifex Maxim. in capite quod olim, eodem titul. de Iudæis, sancita in Concilio Lateranensi comprobauit: & nonnulla adiunxit. Has constitutiones magis, & magis auxerunt Summi Pontifices Bulla, quam in Cæna Domini appellant: cuius verba hæc sunt. [ Excommunicamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalibem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta ligamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam ex quacumque alia materia: & ipsam materiam, aliaque huiusmodi, quibus Christianos impugnant, deferunt Saracenis, Turcis, &

alijs Christi nominis inimicis. Necnon illos, qui per se, vel alium, seu alios de rebus Christianæ Reipub. statum concernentibus, in Christianorum perniciem & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ religionis inimicos certiores faciunt: illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant. Non obstantibus, quibuscunque priuilegijs quibuscunque principibus, & dominis siue priuatis personis per nos & eadem prædictam hactenus concessis, quæ illis nolamus suffragari. ] Hactenus Bulla. Quamquidem explicant, & interpretantur per multi sacræ Theologiæ Doctores, & inter eos doctiss. Caietan. in summa in verbo, excommunic. & postremo loco doctiss. Martinus Nauarrus, in præcitatis commentarijs ad cap. ita quorundam. de Iudæis, & in manuali confessor. cap. 27. numer. 63. Et præter eos obseruandum est hanc prohibitionem habere locum non solum eo tempore, quo est inter nos, & Saracenos, Turcas, & alios Barbaros bellum: sed et tempore induciarum, & pacis: sicuti scribunt glo. & Doct. in d. capit. quod olim. de Iudæis, Alexand. in consi. 130. num. 2. libr. 7. qui tamen subiungit, tempore pacis deferri posse ad Saracenos, & alias merces, & similia quæ non sunt ad vsum belli, vel expressim prohibita. Idem scripserunt Socin. Senior in cap. significauit, num. 3. & in cap. quod olim, num. 7. de Iudæis. & Boerius in quæst. 178. num. 18.

9 Habet etiam locum prohibitio hæc aduersus eos, qui Saracenis, & Turcis ad nos venientibus vendunt arma, & reliqua ad vsum belli, sicuti ex sententia glo. & aliorum tradit Soc. Senior in cita quorundam, n. 14. de Iudæis.

SECVNDVM est huius disputationis caput, quod versatur circa ea, quæ ad amicos externos nequeunt exportari: sicuti quando statuto, vel Principis edicto prohibetur extrahi e provincia frumentum, & aliud annonæ genus. Iure & æquitate præmissum esse, nemo dubitat, similia edere statuta & edicta: cum non vt externos amicos lædamus: sed vt patriæ vbertatē conseruemus, ne pauperes & inopes famæ laborer, ita-

statui, & dedici ita solet: sicuti scribunt Ripa in tracta. de peste in tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem, num. 42. & Ludouicus Mexias in tracta. de taxa panis. in conclus. prima, num. 56. Hoc caput decem & octo propositis quæstionibus explicat Ripa. in d. tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem a num. 43. vsq. ad num. 138. ego sumatim aliquot ex propositis casibus referam, & nonnulla ad-

11 Primus itaque est casus: quando statuto vel edicto prohibetur exportari frumentum, hoc casu prohibetur etiam extrahi farina. Ita Ripa. in d. tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem, nu. 42. vers. quæro igitur primo: qui, multis rationibus, & argumentis probat. Eiusdem sunt opinionis Albericus in tracta. statutorum in secunda parte, quæst. 105. Guido Papæ in quæst. 373. qui testatur sic iudicasse Delphinale Parlamentum: Boerius in quæst. 177. num. 5. Francisc. Marcius in quæst. 540. num. 2. in prima parte, & omnium copiosius Ludouicus Mexias in d. tracta. de taxa panis. conclus. 4. num. 2. & multis sequentibus.

12 Secundus est casus, quando statutum vel edictum prohibet exportari frumentum hoc casu inquit Ripa. præcitato in loco num. 53. nomine frumenti, non contineri legumina, l. frugem. §. frumentum. ff. de verb. signifi. quo loci Petrus Rebuffus colu. 4. vers. quinto sub nomine, in melius probat text. l. qui penum. §. siue autem. ff. de penu legat. & l. Mela. in fin. ff. de aliment. & ciba. leg. si vero statutum vel edictum prohibent extrahi triticum, melica & legumina continentur, vt scribant glo. in l. Triticum de verb. obligat. Ripa prædicto in loco num. 55. Si autem prohibetur exportatio bladi censeretur prohibitum exportari legumina, vt subiungit ipse Ripa nu. 56. Nominis frumenti non continetur hordeum, l. modios. C. de suscepto præpos. & arca. libr. 10. vbi Iacobus Rebuffus, & Io. de Platea Ripa vbi supra in nu. 57. & Petrus Rebuffus in d. l. frugem. colu. 4. vers. secundo non procedit, saltem secundum communem vsum loquendi.

14 Tertius est casus, quando statutum prohibet exportari victualia. Hoc casu nõ

continetur foenum, auena, & hordeum & similia ad victum equorum deputata. Ita Ripa in d. tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem num. 58. Nam victus appellatione ex sermonis proprietate veniunt solum quæ sunt ad vsum hominis, l. verbo victus, ff. de verb. signifi. vbi copiose Rebuffus, & scripsi in comētarijs de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 157. num. 15.

15 Quartus est casus, quando statutum prohibet exportari vinum, & dubitatur an comprehendatur vna? Hoc casu dicendum est, comprehendit: vt scribunt Bald. in l. quod non ratione, ff. de legib. & Ripa in d. tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem num. 60. qui, nu. 61. subiungit comprehendere aquaticum, quam vulgo poscam appellamus: si modo plus habeat vini quam aquæ: Non comprehendit tamen ceruisiam, nec acetum, vt scribit idem Ripa, nume. 62. & 63. cum vini nomine non veniat ceruisia, & acetum, l. si quis vinum, ff. de tritico, vino oleoque legato, vbi glo. & Bart. & copiose scripsi in præcitatis comment. de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 152. Non etiam hoc statutum comprehendit eum, qui phialam, vel meretram vini exportaret gultus causa. Ita sane Ripa præcitato in loco nume. 64. post Salicetum in l. C. quæ res exporta: non debeant, Berta chinum in tract. de gabellis, in octaua parte principali in secunda particula, quæst. 27. & Iasonem in l. 2. num. 26. ff. de iurisd. omn. iud. & his accedunt Felin. in ca. Ita quorundam, n. 2. de iudæis, Brunus in tract. de constitutionibus & Decretis, in verbo Decretum vers. statuta. Alciatus in lib. 4. dispenct iuris capit. 11. Benuenutus Stracha in tracta. de mercatura in quarta parte, numer. 36. & Ludouicus Mexias in tract. de taxa panis conclus. prima, n. 29. & hæc mihi magis probatur, quam contraria opinio, quæ fuit Baldi, in d. l. C. quæ res exportari non debeant. Iasonis, in l. non dubium n. 46. C. de legibus, & Boerij, in quæst. 177. n. 9. qui refert idem sensisse, Io. de Anania & Barbatiam.

Non prosequor alia, quæ scribunt Ripa, in d. tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem, num. 71. & alijs sequentibus, & Mexias, in d. conclus. 1. cum apud eos legi possint.

## CASVS CCCCCLXXXVI.

Pecuniam vel sacram, vel publicam, vel Principis surripiens, vel in alium usum conuertens qua pena puniatur.

## SUMMARI A.

- 1 Peculatum quis committat.
- 2 Peculatus definitur.
- 3 Sacrilegi puniuntur ex arbitrio iudicis.
- 4 Index tempore administrationis pecuniam publicam subtrahens punitur pena capitali, quae est mortis naturalis, num. 6. idem statutum est in eum qui praestitit iudici auxilium, num. 5.
- 7 Exactor Principis pecuniam iam exactam & in ararium repositam sub fœnore expendens punitur pena quadrupli. Prout & suscipiens, n. 8. in quo quadruplo inest simplum, num. 10. Si vero pecunia nondum fuerit arario illata, punitur pena dupli, n. 11.
- 9 L. i. C. de ijs qui ex publ. ratio. lib. 10. declaratur.
- 12 Thesaurarius qui in suos usus conuertit aurum Principis, punitur pena capitali, qui vero clam susceperit pena deportationis & publicationis bonorum, num. 13.
- 14 Priuatus surripiens pecuniam publicam tenetur pena ordinaria criminis peculatus.
- 15 Peculatus pena ordinaria quae sit.
- 16 Pecunia publica quae sit.
- 17 L. ob. pecuniam, ff. de furtis lectio & interpretatio.
- 18 Peculatus pena cessat, si expendens vel suscipiens caret dolo. Si lege permittatur dare & accipere pecuniam publicam, num. 20. Si pecunia publica est periculo dantis vel accipientis, num. 21. Si quis exigat ab eo qui sibi fisco debet, num. 22. Si cui data fuerit pecunia alicuius municipij ad quid faciendum, n. 23. Si quis acceperit pecuniam publicam ad certum usum, & eam in aliud commodam Reipubl. expe. nderit, num. 26.

19. Alex. d. cõf. 206. lib. 2. n. 7. reprobatur.  
24. Thesaurarij nostri seculi lōge differunt, ab illis antiquis susceptoribus. Ideoque lucrum ex publica pecunia suum faciunt, num. 25.



**P**ECVLATVS crimen quod graue admodum est, committit non solum is, qui pecuniam publicam, sed & qui sacram surripit, l. 1. & l. 4. ff. ad l. Iuliam peculat. & ideo Paulus, in l. sacrilegij capite, §. Labeo. ff. eo. tit. refert Labeo nem sic definiisse peculatum: vt sit furctum pecuniae publicae, vel sacrae non ab eo factum, cuius periculo fuit. Quae definitio efficit, vt duo sint huius disputationis: capita quorum alterum est de pecunia sacra: alterum de publica.

**P**RIMUM itaque caput, quod est de pecunia sacra, etsi videri potest satis explicatum supra, in casu 389. attamen non graua bor aliqua commemorare hoc in loco, quippe eius est proprius. Sacrilegus ille, qui pecuniam sacram religiosam abstulerit, interceperit, & qui donatum Deo immortalis abstulit lege Iulia peculatus tenetur: ita respondit Marcianus, in l. 4. in princ. ff. ad leg. Iuliam peculat. qui subiungit, constitutionibus Principum hos sacrilegos puniri extra ordinem: quod intelligo, & pro iudicis arbitrio: sicuti admonui supra, in casu, 389. num. 5. quo loci, num. 6. scripsi penam posse temperari ab ætate eius, qui subtrahit: quemadmodum satis clare indicant verba Vlpiani in d. l. sacrilegij penam, ibi ætas, sexus: nam puer, & ætate minor, mitiori pena, quam alius puniri debet: Imo interdum excusantur, sicuti multis exemplis demonstraui supra in casu 329. vbi explicauimus l. auxiliū, §. in delictis, ff. de minor. Ita etiā rei subtractæ modicitas excusat, sicuti præcitato in loco respondit Vlpianus, ibi. Ceterū, si quid interdum modicum. Plato tamen, in lib. 12. de legib. existimauit statuendum esse: æquali pena puniendos esse surripiens pecuniam publicam, siue modicam, siue magnam: cum æqualis sit cupiditas suffurandi.

S E-

**S**ECVNDVM est huius disputationis caput de pena scilicet eius, qui pecuniam publicam surripuit. Hoc sane in capite distinguendi, atque constituedi sunt casus permulti.

4 Primus est, quando iudex tempore administrationis sui officij, & muneris publicam subtrahit pecuniam: hic pena capitali punitur quemadmodum Imp. Honorius Theodosius, & Arcadius statuerunt, in l. vnica, C. de crim. peculat. quæ legitur etiam in l. 1. eiusdem titul. in Codice Theodosiano Idem sancitum est a Iustianō, in §. item lex Iulia peculatus instituit. de publicis iud. qui quidem eadem pena mulctari voluerunt illos, qui ministerium, seu auxilium iudici sic subrahendi perstiterunt: & qui scienter pecuniam ipsam susceperunt.

6 Porro capitalem hanc penam aliqui intelligunt esse deportationis. Ita sane glossa in dict. l. vnica. Verius existimo hanc penam esse mortis naturalis sicuti satis manifeste significauit Iustina. in d. §. item lex Iulia peculatus: cuius verba hæc sunt [Item lex Iulia peculatus eos punit, qui publicam pecuniam, vel rem sacram, vel religiosam furati fuerint: Sed si quidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali animaduersione puniantur, & non solum hi, sed etiam qui ministerium eis ad hoc exhibuerunt, vel qui subtractas ab his scientes susceperint. Alij vero qui in hanc legem incederint: pena de portationis subiunguntur.] Hæc Iustianus, qui penam deportationis non iudicibus: sed alijs in dixit: iudices vero pena capitali plecti voluit. Et casum hunc annotant omnes in dict. leg. vnica. & in dicto §. item lex. Iulia peculatus, & Decianus in tracta. criminali lib. 8. cap. 30. numer. 36. & 7.

7 Secundus est casus, quando is, cui a Principe commissæ est pecuniae exactio, illam iam exactam, & in arcam Principis repositam mutuo dedit sub fœnore. Hic punitur pena quadrupli, sicuti eadem plectitur ille, qui pecuniam hanc mutuo suscipit. Ita sane statuerunt Imp. Valentinianus, & Valens in l. 1. C. de ijs, qui ex publ. ratio. lib. 10. cuius verba sic leguntur.

9 Si quis ab exactoribus, tabularijs, arcarijs officijque rationum, scēnebrem pecuniam sumpserit, detectus in eodem, ad quadrupli penam ex hac auctoritate teneatur. Hactenus Imp. qui etsi de solis mutuo suscipientibus sic statuerunt & attramen & de ipsis dantibus idem magis statuisse dicendum est, quemadmodum probat. l. qui in contractibus, C. de iure fisci. lib. 10. quæ ab eisdem Imperatoribus edita est, & illo in loco Iacobus Cuiacius in specie nostra loqui scriptum reliquit. Et hunc casum sic etiam annotant Cæpoll. in cons. 39. num. 35. in criminalibus, & Decianus in tract. criminalibus lib. 8. cap. 30. num. 5. sic declarandus & intelligendus est Iodocus, in practica criminali cap. 115. num. 3. dum absolute scribit hos pena quadrupli debere puniri: Intelligi sane debet, quando agitur de pecunia iam in Principem translata. Est etiam obseruandum in quadruplo in esse simpli: sicuti affirmant in d. l. 1. Bart. & reliqui, sic & Petrus Gregorius in lib. 33. Sintag. iuris, cap. 19. num. 3.

11 Tertius est casus, quando publicæ pecuniae exactor & pecuniam ipsam nondum in Principis arcam, & ararium illatam, atque ita nondum effectam Principis, & (vt dici solet) incorporatam, alicui mutuo dedit, vel in proprios usus conuertit. Hoc tunc casu exactor iste punitur pena dupli, l. defensionis facultas, C. de iure fisci: ibi. Vt si quid subtractum fuerit, exigatur: Et extrinsecus integrum tantum aliud mulctæ nomine, quantum fuerat per fraudem oblatum. Ita constitutionem hanc sic sunt interpretati ibidē Bart. & reliqui. Idem docuit Iacobus Rebuffus in leg. 2. numer. 2. versic. aut loquimur, C. de ijs, qui ex publicis ratio: libr. 10. sic & Cuiacius, & idem in l. qui in contractibus eod. tit. vbi & Ioan. a Platea, numer. 1. cõfert tex. l. aufertur, §. 1. ff. eod. de iure fisci. quem ad rem nostram perpendunt etiam Cæpolla in d. consil. 39. numer. 31. & Curtius Iunior in consil. 19. numer. 13. quos secutus est Decian. in d. cap. 30. num. 5.

12 Quartus est casus, quando Principis thesaurarius & aurum in ararium reconditum sine ipsius Principis licentia mutuo

R 3

tuo

- ruo dat, vel in proprios vsus conuertit. Hoc sane casu thesaurarius ipse, qui dedit mutuo, pœna capitali punitur, l. 2. in fine, C. de ijs, qui ex publ. ratio. lib. 10. qui vero mutuo aurum hoc t. clam & occulte suscepit, pœna perpetua deportationis, & publicationis bonorū damnatur, vt in d. l. 2. ibi. ablatis bonis omnibus, perpetuæ deportationis subdetur exilio, & illo in loco annotarunt Bartolus, Iacobus Rebuffus, Io. a Platea, Lucas de Penna & Cuiacius, pœnam grauiorem, quā in casu legis præcedentis ob id fuisse indictam, quod aurū sit omni metallo pretiosius sic dicimus grauius puniri furtum rei magnæ, quam paruæ, modicique valoris, l. aut facta. §. quantitas, & l. respiciendum. §. furta. ff. de pœnis.
- 13 Quintus est casus, quando priuatus, hoc est, qui nullo publico fungitur munere, pecuniam publicam surripit. Hic pœna ordinaria criminis peculatus tenetur, l. 1. ff. ad leg. Iuliam peculatus, quæ sane t. pœna olim erat aquæ, & ignis interdictio, hodie vero est deportatio, leg. 3. eod. tit. & quidam publica t. pecunia dicebatur illa Populi Romani: non autem aliarum ciuitatum, quibus dabatur actio furti tantum, l. ob pecuniam, ff. de furtis. Deinde constitutionibus Imperatorum sancitum fuit, & eum peculatus crimen committere, qui cuiusuis ciuitatis pecuniam surripuerit, l. 4. §. vltim. ff. ad leg. Iuliam peculat. Ita doctè aduertit Francisc. Duarenus in lib. 2. disputat. anniuers. c. 26. reiecta lectione t. Alciati, in lib. 1. disput. iuris cap. 3. qui d. l. ob pecuniam, affirmatiue legit, & vere prius Duareno sic interpretati sunt Iacobus Rebuffus, in l. 2. num. 2. C. de ijs qui ex publ. ratio. lib. 10. & Cæpolla, in d. consi. 39. num. 37. Ceterū scribit, prædicto in loco, Rebuffus in casu d. l. ob pecuniam, agi ciuilitè: si vero agatur criminaliter pœnam esse extra ordinem sicque arbitrariam. Cæpollam vero simpliciter securus est Bossius, in tract. causa. crimina. in tit. a d. l. Iuliam peculat.
- 14 Declarantur primo prædicti casus, vt locum non t. habeant, quando qui dat vel suscipit pecuniam publicam dolo caret: sed bona fide facit: Nam lex Iulia peculatus dolum requirit, l. 1. in fine ff. ad leg.

- Iuliam peculat. & annotarunt ibidem Bartolus, & reliqui, & Decianus, in d. lib. 8. c. 32. num. 1. qui num. 2. subiicit, excusari ab hac pœna eum, qui ignorans id fecit, & his intelligimus non satis rectè respondisse Alexand. t. in consi. 206. num. 7. libr. 2. cum dixit: Referendarium Placentiæ iure condemnatum fuisse in quadruplum, ob id quod Principis pecuniam a se exactam pro suo salario sibi retinuerit: Non rectè satis respondit Alexan. quia Referendarius ille sine dolo, iure credens potuisse id facere, retinuit.
- 19 Declarantur secundo non t. habere locum in eo, cui lege permissum est, accipere, & dare pecuniam publicam, vt in d. l. 1. ibi. nisi cui vtique licebit, & annotauit Decianus in d. c. 32. num. 3.
- 20 Declarantur tertio, vt non t. procedant dicti casus, quando pecunia publica est custodia, & periculo eius, qui eam accipit & dat. Hic enim de custodia tantum, sicque ciuilitè tenetur, l. sacrilegij capit. §. labeo, ff. ad leg. Iuliam peculat. Ibi. non ab eo factum, cuius periculo fuit: & annotarunt ibidem doctores, sic & Decianus in d. c. 32. num. 4. & 5. post Cæpollam in d. cõli. 39. num. 37. in fine in criminalibus.
- 21 Declarantur quarto non habere locū, t. quando quis exigit pecuniam ab eo qui sibi, & fisco debet: sicuti respondit Marcellus, in l. peculatus. ff. ad leg. Iuliam peculat. cuius verba hæc sunt: [Peculatus nequaquam committitur, si exigam ab eo pecuniam, qui & mihi, & fisco debet: non enim pecunia fisci intercipitur, quæ debitori eius auferetur, scilicet qui manet debitor fisci nihilominus.]
- 22 Declarantur quinto, vt non t. procedat in eo, cui data fuit pecunia alicuius municipij & oppidi recognoscentis superiores, vt aliquid faceret, vt puta, iret Romam, & ipse non iuit: non enim hic crimen peculatus commisit: cum in eum translatum fuerit ipsius pecuniæ dominium: & non sit pecunia publica. Ita respondit Paulus Castro, in consi. 141. Visa quadam inquisitione, num. 4. lib. 1. quem aliter, & male quidem intellexit Decian. in d. cap. 32. nu. 8. Si enim pecunia esset publica, is, qui eam accepit in aliquem vsum, & in alium consumpsit, tenetur lege Iulia de residuis, l. 2. ff. ad

- ff. ad leg. Iul. peculat. quæ am allegare voluit Castrensis, & dicemus statim.
- 24 His intelligimus nostri temporis thesaurarios Principum t. longe dissimiles esse ab illis antiquis susceptoribus, arca-rijs, & his similibus, vt explicat Alciat. in respon. 100. num. 1. secundum impressionem antiquam Lugdunensem: ij inquam non incidunt in crimen peculatus, vel de residuis, licet pecuniam sibi a Principum debitoribus numeratam contrectant, & in vsus pro suo arbitrio conuertunt, cum in eos censetur translatum eius pecuniæ dominium: sicuti egregie respondit Alciatus in respon. 100. num. 5. & alijs subsequentibus, & hinc etiam sequitur, quod t. lucrum ab his thesaurarijs factū, eorum est & non Principis: sicuti responderunt Comenl. in consi. 178. incipit: Thesaurarius, in 2. dubio, & Dec. in consi. 6. num. 1. & 2. & hos secutus est M. Anton. Peregrinus in tit. de iure fisci, in 6. par. tit. 3.
- 25 Declarantur sexto, vt t. locum non habeant prædicti casus, quando quis accepit pecuniam publicam ad certum vsum, vt puta, ad emendum certam frumenti quantitatem, quam emit minori summa, quam accepit: deinde residuum, quod superfuit, in alium vsum publicum conuertit: hic enim non dicitur incidisse in crimen peculatus: ita Decianus in d. cap. 32. num. 9. post Curt. iun. in consi. 19. num. 13. 14. & 15. & accedit Iason. in consi. 229. in fine lib. 2. qui de eadem facti specie idem respondit cum Curtio. Et si enim (inquit Iason) pecunia Principis destinata ad certū vsum, in alios vsus conuerti non potest, si ne ipsius Principis licentia, l. 1. C. de expen. ludo. lib. 11. & egregie tradit Bart. in l. 1. C. de ijs, qui ex publ. ratio. lib. 10. pecuniam ciuitatis destinatam ad soluendum salaria Doctorum, conuerti non posse in aliam causam: attamen, quando ex ea pecunia ultra vsum destinatum aliquid superest, illud plus impendi potest in aliam causam pro commodo, & vtilitate Principis, & Reipubli. l. vltim. in princ. ibi, si satis opum ciuitas habet, ff. de oper. publ. confert. tex. notabilis l. Luc. §. a te peto. de legat. 2. & egregie Alexand. in l. 1. §. vltim. num. 2. ff. ad legem Falcid. explicat, an & quando relictum a testatore pro certa cau-


sa, si quid superest ultra impensum in causam illam, quid de eo agi debeat, an scilicet impendi in aliam causam, vel hæredi restitui.

## CASVS CCCCLXXXVII.

Testes inhabiles, etsi innocentiam plene non probant, profunt tamen ad minuendum pœnam.

## SUMMARI A.

- 1 Innocentia probatur testibus inhabilibus.
- 2 Testes inhabiles pro innocentia plene non probant, sed releuant a pœna ordinaria.



**I**nnocentia multa priuilegia, sicuti scripsi in Commentarijs de præsumptio. lib. 5. præsumpt. 48. colum. 1. & inter alia connumerati solet illud, t. quod testibus etiam inhabilibus probari possit: quemadmodum in dict. præsumptio. 48. numer. 7. dixi affirmasse Marsilium, & copiosissime Mascardum, & communem hanc esse Doctorum traditionem testatur præter Mascardum Antonius Gomezus in 3. tomo variarum resolutio. cap. 13. numer. 23. qui tamen ob id valde dubiam esse existimat: quod rationes illæ omnes, quibus testes inhabiles repelluntur, locum habent etiam hoc in casu. Quocirca (inquit Gomezus) dicendum potius est, hos t. testes inhabiles plene non probare: sed indicium facere, secundum qualitatem inhabilitatis, & negotij, argumen. textus iuncta doctrina Bartol. in l. maritus. ff. de questio. vt ex hoc inualidetur, & minuat fides contrariæ probationis, vt non imponatur pœna ordinaria, sed leuior iudicis arbitrio, argumen. textus leg. absentem, & leg. interpretatione. ff. de pœn.



## CASVS CCCCCLXXXVIII.

Portio congrua assignanda clerico præsentato ab ecclesiæ patrono quæ dicatur.

## SVMARIA.

- 1 Patronus præsentans clericum, debet ei assignare portionem congruam.
- 2 Portio congrua quæ sit, relinquatur iudicis arbitrio.



**V**RE & æquitate suadente constitutum est: patronos presentantes aliquem ad beneficium, seu ecclesiam, cui in seruiat, congruam portionem ipsi presentato debere assignare, & constituere, vt ex ea possint viuere, c. extirpandæ de præbend. & dignit. & Clem. I. de iure patron. Cæterum dubitari solet quæ dicatur congrua hæc portio? & quidem esse pro iudicis, hoc est, Episcopi arbitrio constituendam, sentiunt gloss. & reliqui prædictis in locis, & copiosius Lambertinus in tract. de iure patronatus, in 3. parte, lib. 2. in 15. articulo, qui dixit, considerandam esse presentati qualitatem, & conditionem, habita ratione redditus ecclesiæ, & onera solutionem presentandarum ipsi Episcopo. Cum enim hæc iure diffiniri non potuerint, merito dicendum est, relinqui arbitrio Episcopi, hoc est, iudicis. Conferunt quæ scripsi supra in casu 520. de alimentis præstandis clericis.

## CASVS CCCCCLXXXIX.

Qua puniri debeat pœna is, cui manus vel aures abscindendæ erant, & nullas habet.

## SVMARIUM.

- 1 Iudicis arbitrio punitur is, qui caret membro, in quo puniendus erat.



**E**GIBVS municipalibus, imo & iuribus communi interdum sancitum est, ob aliquod crimen delinquenti abscindi debere aures, vel amputari manus. Porro dubitari aliquando contingit, quid si delinquens ille caret manibus, vel auribus, qua pœna erit puniendus? Et quid Marianus Socinus senior in c. sicut Iudæi, nu. 38. de Iudæis, docuit: hunc & puniri debere pœna iudicis arbitraria. Et adductus est Socinus, cap. liberto, 12. quæst. 2. gloss. in cap. nullus, in verbo, accusatus, de seruis non ordinan. & quod habetur in c. de multa. de præbend. & in cap. ea noscitur, de sent. excommuni. Et quod docuit Bartolomeus in authent. sed nouo iure, num. 1. c. de seruit fugit, cum dixit, quod quando delinquenti amputari debet manus, intelligitur de manu illa, in qua minus potest, hoc est de sinistra. Idem quod Socinus post Nicolaum Matatellum & Baldum sensit Cæpolla in dicta authent. sed nouo iure, num. 40. qui tamen intelligunt hoc procedere, quando constat ante sententiam hunc carere manibus: nam tunc (vt diximus) condemnati debet alia pœna iudicis arbitraria: secus vero si cõstat post sententiam, quia tunc alia ferenda est sententia, cum iam lata tanquam impossibilis executionis, pro nulla habeatur.

## CASVS CCCCXC.

Pollutio nocturna, quando impediatur sumere sacrosanctam Eucharistiam.

## SVMARIUM.

- 1 Iudicis arbitrio relinquatur causa vel necessitas, ob quam pollutus possit sumere sacrosanctam Eucharistiam.



**D**ISPVTANT sacre Theologiæ Doctores, an & quando pollutio nocturna impediatur sumere in mane sacrosanctam Eucharistiam?

Et

Et quidem D. Thomas in quarto sententiarum distinct. 9. & cum eo Syluester Prier. in summa, in verb. Eucharistia, 3. nu. 12. vers. quartum ex his, scribant, quod si huiusmodi pollutio veniat ex cognitione, vel etrapula, vel quacunque alia causa, quam certum, vel probabiliter non est dubium, esse peccatum mortale, necessario impedit: si vero certum est vel probabile eam fuisse veniale impedit ex congruitate. Imo nullo modo impedit, si imminet necessitas vel alia iusta causa, & relinquatur iudicis arbitrio: ex quo iure non est diffinitum, nec diffiniri potuit. Necessitatis vero & iustæ huius causæ exempla aliqua ex ipso D. Thoma, & alijs refert Syluester, vt si sacerdos pollutus debet pro alio supplere vel quando adest dies festus, in quo non sine scandalo potest a celebratione abstinere: vel est homo in valde magna dispositione ad sumendum sacramentum ipsum. Si autem (inquit Syluester) veniat ex causa, vbi nullum creditur probabile fuisse peccatum, iuxta est facultatis suscipere, vel non præcipue si turpis deficit imaginatio, & dilatio mentis. Verum (subijcit Syluester) quia est difficillimum scire hanc, vel illam fuisse causam, laudabilius est abstinere, nisi magna adfit pollutio deuotio, & idem prope tradit Angelus Clauasius in summa, in verbo, Eucharistia, 3. nu. 27.

## CASVS CCCCXCI.

Delicta plura, an & quando dicantur commissa, & quando pluribus pœnis puniri possint, & debeant?

## SVMARIA.

- 1 Delictum duplicatum, cuius pœna multiplicari non potest, punitur iudicis arbitrio, quod arbitrium ad mortem naturalem extendi potest, num. 2.



**D**ISPVTATIONEM hanc, multis adhibitis distinctionibus, explicarunt Bartolomeus in l. nunquam plura, ff. de priuat. delict. & ex recentioribus Didacus Co-

nar. in lib. 2. variar. resolut. cap. 10. num. 8: & Prosper Farinacius in quæstionibus criminal. quæst. 22. & præter hos fufius Marianus Socinus Senior in cap. 1. num. 12. vsque ad finem, extra, de pœnis, qui a prædictis visus non fuit: Horum traditiones & casus omnes ab eis distinctas & explicatas non prosequar: sed nonnulla tantum, quæ presentis sunt instituti commemorabo. Et illud quidem primum, quod quædam delictum est duplicatum, sed pœna multiplicabilis non est, secunda pœna indicenda est extra ordinem, habet est, pro iudicis arbitrio. Ita sane Socinus in d. cap. 1. num. 21. qui exemplum affert, si statuto caueatur, quod pro illato vulnere in aliquem ex dominis amputetur vulniferantis dextera: aliquid ex dominis plura illata sine vulnere, ita quod plures amputanda esset dextera, & semel abscissa sit: cum pœna hæc non possit multiplicari, post ipsam dextera amputationem, indicendæ erant pœne arbitrariæ. Ita quoque iudicis arbitrio, sicque extra ordinem punitur ille, qui associavit bannitum, quem associari non posse, nec cum eo contrahi sub pœna mille, statutum est, vt declarat idem Socinus in d. cap. 1. num. 44. in fin. & demum, quando delictum fuit reiteratum, punitur delinquens ultra pœnam ordinariam, pro iudicis arbitrio, etiam vsque ad mortem, ob delinquendi consuetudinem. Ita scribit Fabius Montealeo in tract. arbitrarij, in vltima parte quartæ partis principalis, & Prosper Farinacius in quæstionibus criminal. quæstio. 23. num. 5. qui eiusdem opinionis alios refert.

## CASVS CCCCXCII.

Pœna piscatorum, qui in littore maris lumen habent, ad fallendum nauigantes.

## SVMARIUM.

- 1 L. ne piscatores, ff. de incend. ruin. & naufragi.
- 1 L. PIANVS in l. ne piscatores, ff. de incend. ruin. & naufrag. ita respondit: [Ne piscatores, ex nocte lumine ostenso, fallant nauigantes, quasi in portum aliquem]

aliquem delatuti, eoque modo in periculum naues, & qui in eis sunt, deducant, sibi que exectandam prædam parent. Præsidis prouinciæ religiosa constantia efficiat. ] Hæc Vlpianus, qui non explicat qua pœna plectendi sint piscatores isti. Accursius, & reliqui in d.l. ne piscatores. scribunt, puniri pœna restitutionis bonorum amissorum, perinde ac si ipsi raptissent. Idem affirmant Gaudin. in prædic. crimina. tit. si quid raptum est occasione incendij, ruinæ, & naufragij, nu. 15. Cæpol. in tract. de feruit. rustic. prædio. cap. 44. de igne, n. 7. & Sebastianus Medices in tract. de venatione, piscatione, & aucupio, quæst. 14. Crediderim hos piscatores, & præter restitutionem rerum, & restitutionem damnorum, puniri etiam debere pro iudicis arbitrio, quem admodum puniuntur & alij raptores præsertim quando rapiunt res naufragio amissas: vt diximus supra.

## CASVS CCCCXCIII.

Christi Saluatoris nostri signum humi vel in silice, vel in marmore pingentis aut insculpentis pœna.

## SUMMARIUM.

1 L. vnica. C. nemini lic. sign. Saluatoris, &c. explicatur.

1 **M** P P. Theodosius, & Valentinianus in l. vnica. C. nemini lic. signum Saluatoris, &c. ita statuerunt. [ Cum sit nobis cura diligens per omnia superni numinis religionem tuere: signum Saluatoris Christi nemini licere, vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positus insculpere, vel pingere: sed quodcūque reperitur, tolli, grauisima pœna multando eum, qui contrarium statutis nostris tentauit, specialiter imperamus. ] Hæc tenus Imp. qui non explicarunt, quæ dicitur illa pœna grauisima a se indicta hoc in casu. Accurs. ibi scripsit, esse pœnam mortis, quæ interpretatio confirmari potest

ex his, quæ scripsi supra in casu 557. dum dixi legem indicentem pœnam grauisissimam, intelligi de pœna mortis. Verum Albertic. & Fulgos. in eadem l. vnica, scripserunt pœnam hanc mortis non seruari, & propterea existimo hodie puniri posse pro iudicis arbitrio.

## CASVS CCCCXCIII.

Pœna delinquentis conuicti non accusatione, sed inquisitione præcedente.

## SUMMARIUM.

1 Inquisitio quomodo differat ab accusatione iure Pontificio, & quomodo iure Cæsareo num. 2.

1 **D** IFFERENTIAE sunt per multas inter accusationem, & inquisitionem: sicuti scribunt omnes in c. qualiter & quando, ibi, de accus. inter quas illa est egregia, quæ ad rem nostram pertinet: quod iure Pontificio delinquens, per accusationem conuictus, puniuntur quidem pœna ordinaria, per inquisitionem vero non ordinaria, sed mitiori pro iudicis arbitrio, & inquisitionis de accusat. vbi post alios Maria Socinus senior num. 1. num. 6. 7. & 27. & in fin. Idem in d.c. qualiter & quando, ibi num. 1185. & Decianus in tract. criminal. lib. 3. cap. 30. num. 5. & in hoc differt ius pontificium a Cæsareo, & quod nullam constituit differentiam respectu pœnæ inter accusationem & inquisitionem, excepta, pœna infamiae, quam etiam de iure ciuili non incurrit inquisitus: sicuti præcitati DD. scribunt.

## CASVS CCCCXCIV.

Tempus quantum esse debeat, quo vxor legataria cum hærede habitare debeat, vt annum legatum consequatur.

SUM-

## SUMMARIUM.

1 L. qui concubinam. §. vxori. ff. de legat. 3. declaratur.



1 **I** A B E O in l. qui concubinam. §. vxori. de leg. 3. ita respondit: [ Vxori meæ, dum cū filio meo Capuæ erit, hæres meus ducenta dato. Filius a matre migravit: Si ambo Capuæ habitassent, legatum matri debitum iri putauit, quamuis vna non habitassent, sin autē in aliud municipium transissent, vnus anni tantummodo debitum iri, quo vna habitassent, quantumlibet tempore, Trebatius ait, &c. ] Non diffinit hoc in loco Labeo, quod tempus significaret illis verbis: [ quanto libet tempore ] Bart. eodem in loco, num. 2. docuit, iudicis arbitrio relinqui.

## CASVS CCCCXCVI.

Tempus concessum decurionibus, vt deleri faciant statutum contra libertatem ecclesiasticam editum quod sit.

## SUMMARIUM.

1 Iudicis arbitrio relinquitur tempus, quo statutum contra libertatem ecclesiasticam editum, deleri & reuocari debet.



1 **I** V M a decurionibus vel alijs, quibus ciuitatis cura commissa est, editum est statutum ecclesiasticam lædens libertatem, deleri & abrogari debet illud statim, quo certiores facti sunt, statutum lædere ecclesiam. Verum solet dubitari: an aliquod temporis spacium dari debeat ad abrogandum & delendum ipsum statutum? Et quidem dari debere pro iudicis arbitrio docuit Maria Socinus senior in cap. noueris, nu. 13. de sentent. excommun. quid enim (inquit Socinus) si noctis tempore, vel die festo

solenni, vel cum essent infirmi, facti sunt certiores, ita quod non potuerunt tunc deleri, & abrogari facere? iudex ergo suo arbitrio æstimare debet, quod esse debeat hoc tempus. Considerare etiam debet, an sit in potestate ipsorum decurionum, absq. populi consensu abrogare, & deleri facere ipsum statutum. Si enim soli præstare hoc non possunt, concedendum est eis tantum temporis, quo populum conuocare, & ei ostendere possint, statutum lædere ecclesiasticam libertatem, & ob id abrogandum & delendum esse.

## CASVS CCCCXCVII.

Collegia illicita facientes, qua pœna puniri possint, & debeant.

## SUMMARIUM.

- 1 Collegia licita, & que illicita.
- 2 Collegia illicita coeuntes ledunt maiestatem Principis. Et committunt quodammodo vim publicam num. 4.
- 3 Iudicis arbitrio puniuntur vsurpantes collegia illicita.
- 5 Collegium habens bona in communi, non autem particulari, si dissoluatur ob delictum, remanet bona apud superiorem collegij. Si vero quid habet in particulari, & in communi, quod inter collegas diuiditur, & vnus collegarum decedat, remanet eius partio apud collegiū n. 6.
- 7 Collegio dissoluto quod habebat bona distribuenda non inter se, sed inter alios: nihil ex illis bonis consequuntur collegiati. Secus si collegiū habet bona principaliter propter singulos collegas, num. 8. Aut res in communi posita est deputata ad propriūsum collegiati, n. 9.
- 10 Collegium si habet bona ad commodum vniuersitatis principaliter, nihil ex ijs consequitur collega decedens. Si vero totum dissoluatur collegium, bona inter collegas sunt diuidenda, num. 11.



1 **C** O L L E G I A aliqua licita sunt, aliqua illicita: illa dicuntur licita, quæ Principis concessione permissa sunt. Sicuti et contra illicita dicuntur, quæ

quæ ipsius Principis autoritate carent, l. 3. §. 1. ff. de collegijs illicitis: cuius verba hæc sunt: [In summa autem nisi ex Senatusconsulti auctoritate, vel Cæsaris, collegium, vel quodcumque tale corpus coierit: contra Senatusconsultum, & mandata, & constitutiones collegium celebrat.] Hactenus Marchianus: & illo in loco scribunt Accursius, Bart. & reliqui, & post alios Petr. Gregorius in lib. 15. Sintagmat. iuris, cap. 32. nu. 10. Decian. in tract. criminali. lib. 7. cap. 20. num. 1. & 3. Qui itaque sine Principis auctoritate collegia hæc illicita faciunt, delinquere grauetur dicuntur: † nam Principis maiestatem lædunt, l. 1. ibi, quicquid cæteris ff. ad leg. Iul. maiesta. & alijs, probant Francif. Lucanus in tract. de Fisco, & eius priuilegijs, in secunda parte principali, num. 14. Hieron. Gigas in tract. de crimine læsæ maiestatis. ritul. Qualiter, & a quibus, quæst. 48. & Decianus in dicto cap. 20. num. 5. Quæ autem pœna delictum hoc puniri possit & debeat, dubitari solet? Ulpianus, in l. 2. ff. de collegijs illicitis, ita respondit: [Quisquis illicitum collegium usurpauit, ea pœna tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis loca publica, vel templa occupasse iudicati sunt.] Hæc Ulpianus: qui non declarat, quæ sit illa pœna occupantium templa, & loca publica armatis hominibus. Accursius ibidem scribit: pœnam hanc esse pœnam crimine læsæ maiestatis, ex dicta. l. 1. ff. ad legem Iul. maiesta. vel alio capite ex l. statuas, C. de ijs qui ad eccles. confug. Rectius existimo sensisse Tyberium Decianum, in dicto cap. 20. n. 20. qui dixit, † pœnam hanc esse iudici arbitriam, adductus textu l. hodie. ff. de pœnis, ubi pœna pro iudicis arbitrio imponitur, quando lege certa non est definita. Comprobatur opinio hæc, & forte melius: quod cum Ulpianus dixerit, puniri ea pœna, qua plectuntur occupantes loca publica, & templa, armatis hominibus, ostendit hæc esse quodammodo vim publicam, vt scribit Francif. Lucanus, in loco supra citato, quæ quidem vis publica iudicis arbitrio punitur, sicuti scripsi supra in casu 394. num. 17. & num. 78. Porro iudex ipse in puniendis his coeuntibus illicita collegia considerare debet personarum

qualitatem, congregationis, causam congregatorum animum, & ipsius congregationis effectum, vt egregie respondit Baldus in consi. 262. Decreto domini libr. 2. quem ad rem nostram secutus est Decianus in dicto cap. 20. num. 31. & præter eum alij quam plurimi, quos congeisi in consi. 28. num. 12. lib. 1. quo in responso copiose differni de his congregationibus, & confederationibus, quæ ad bonum finem fieri solent. Iudex quoque considerare debet, an bono pacis, & quietis conueniat, collegia ipsa sine Principis licentia & auctoritate confecta seruare, vel dissoluere, Porro illicita hæc collegia dissolui debere respondit Marcianus in l. 3. in princ. ff. de collegijs illicitis, cuius verba adscripsi, [Collegia si qua fuerint illicita, mandatis, & constitutionibus, & Senatusconsultis dissoluntur. Sed permittitur eis cum dissoluntur, pecunias communes, si quas habent, diuidere, pecuniamque inter se partiri.] Hactenus Marcianus, cuius postrema verba interpretatus est Bartolus, in l. vltim. num. 21. eod. tit. qui distinctionem diligentem, & accuratam facit. Ego clarius distinguo atque constituo casus.

Primus est, † quando collegium potest habere in communi, & non in particulari, vt sunt collegia religionum, totum collegium ob id dissoluitur, quod erat illicitum vt olim collegia Templariorum, de quo plura scribit Petrus Gregorius in lib. 15. Sintagmat. iuris vniuersi, cap. 33. hoc sane casu bona tanquam vacantia remanent apud superiorem collegij, iuxta l. 1. ff. de iure fisci, & l. 1. C. de bonis vacant. Ita Bartol. in d. l. vltima num. 22. ff. de collegijs illicitis, qui testatur, ita aliquando fuisse obseruatum in dissolutione prædicti collegij Templariorum. Idem scripserunt Abbas in c. recolentes, num. 3. de statu monachor. † Franciscus Lucanus in tracta. de Fisco, & eius priuilegijs, in secunda parte principali, num. 17. Afflict. in cap. 1. §. & iterum, nu. 14. de Capit. Corradi. & in c. 1. in verbo, vacantia num. 9. in titul. Quæ sint regalia, & M. Antonius Peregrinus in tracta. de iure fisci, lib. 3. titul. 12. in fin. & accedit Petrus Vbaldus, quem statim referam, & addit Afflictus in d. cap. 1. §. & iterum num. 14. secundum collegio concessum ad

ad dominum reuerti. Felinus in c. cū dilecta, num. 21. de rescript.

Secundus est casus, quando collegium habet aliquid in † particulari, & in communi, quod tamen inter ipsos collegiatos diuiditur, & distribuitur in remunerationem laborum, sicuti bona ecclesiæ collegiatæ, quæ distribuuntur inter eos, causa officiorum, & laborum, quæ populo præstant. Hoc sane casu si dissoluitur collegium respectu vnus, qui recedit, illa portio, quæ ei pro suo labore præstatur, apud collegium remanet, vt loco eius, qui recessit, alter subrogatur & collegium stare dicitur, l. sicut municipiū, ff. quod cuiusq. vniuersi, nom. si vero collegium dissoluitur, in totum, bona remanent apud superiorem: Ita Bartol. in d. l. vltim. num. 22. vers. quædam sunt collegia, quæ possunt habere, &c. & Bartol. secuti sunt Abbas in c. recolentes, nu. 3. de statu monach. Petr. Vbaldus in tracta. de Canonica Episcopi in quæst. 13. principali. quæst. 2. num. 26. Afflict. in d. c. 1. §. & iterum nu. 14. de Capitulis Corradi, & Feli. in c. cum dilecta, nu. 21. vers. & adde. de rescript.

Tertius est casus, quando collegium habet bona distribuenda, † non inter se, sed inter alios: sicuti facit collegium. Misericordiam, quod alit pueros inopes, & curat infirmos. Hoc etiam casu siue vnus collegiatorum recedat, siue totum collegium dissoluatur: nihil ex bonis illis consequitur collegiati, ex quo sunt simplices bonorum administratores, qui nullum commodum, ex eis possunt percipere. l. si quis Titio, de legat. 3. Ira Bart. in d. l. vlti. nu. 22. vers. quædam sunt collegia, quæ habent aliquid Petr. Vbald. & Abb. in locis supra allegatis.

Quartus est casus, quando collegiū habet bona principaliter, † & directo, propter singulos ipsos collegiatos: sicuti quando singuli ipsi collegiati contulerunt pecuniam, vt emanant necessaria pro eorum victu, sicuti nostra ætate fecerunt Virgines congregationis S. Vrsule Burgi Varisij. Hoc sane casu, vno ipsorum collegiatorum recedente, vel toto ipso collegio dissoluto, singuli portionem a se collatam recipiunt. Ita Bartol. in d. l. vlti. n. 22. vers. quædam sunt collegia, quæ aliquid habent

propter se, &c. qui scribit sic intelligi, & loqui Marciani verba, in l. 1. in fin. ff. de collegijs illicitis, quæ ita se habent [accepturū ex eo collegio, a quo recedit, id quod ei cōpetit ex ratione, quæ cōmunis fuit.] Idē est subiungit Bartol. ex eadē l. 1. quando † res in cōmuni posita, est deputata ad proprium vsum collegiati: vt puta in collegio, & confraternitate disciplinatorum est vestis ad propriū cuiuslibet vsum deputata, certe ille, qui ex illo collegio recedit, vestem suam secum ferre potest: cum eius propria sit, & si ad eum vsum destinata, & Bart. secuti sunt Roma. in consi. 89. nu. 1. Abb. in c. recolentes, n. 3. de statu monach. Mart. Laudēf. in tract. de consiliarijs Principum, q. 18. Petr. Vbald. in d. tract. de canonica Episc. in secūda quæst. decimæ tertie quæstionis principalis, n. 26. Syl. Prier. in summa. in verbo, collegium, nu. 4. qui eiusdē sententiæ refert Innoc. in c. dilecta. de excess. prælato. & Petr. Greg. in lib. 15. syntagm. iuris, c. 32. in fin. & Berol. in consi. 103. n. 5. & 16. in fin. libr. 2.

Quintus est casus, quando collegium † habet bona ad commodum collegij, & vniuersitatis, nec respiciunt principaliter commodum singulorum collegiatorum, vt sunt vniuersitatis prædia, pascua, & nemora, quæ ab ipsa vniuersitate solent locari, vt ex eorum redditibus soluant census, & onera, quæ Dominio, & Principi præstantur. Hoc sane casu, si vnus collegiatorum recedit, nihil ex bonis ipsius auferit. Ita Bartol. in dict. l. vlti. numer. 22. vers. si vero habent aliqua ad commoditatem. Ea ratione vsum est Bar. quia bona illa non sunt singulorum, sed vniuersitatis, l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de reg. iur. & ideo vt propria inde auferre non possunt, d. l. 1. in fin. ff. de collegijs illicitis, a sensu contrario. Si vero totum † collegium, & vniuersitatis dissoluitur, bona inter eos diuidi debent, l. 3. in princ. ff. de collegijs illicitis, quam sic intelligit præcitato in loco Bart. Petr. Vbald. in loco supra allegato, n. 26. & Calca. in consi. 45. colum. 2. vers. circa secundum, Abb. in d. c. recolentes, n. 3. de statu monach. & subiungit Bart. aliquas vniuersitates consueuisse pacisci, quādo quis vult illi aggregari, quod si contingat eum ab ea recedere

nihil habere possit, quam quidem passionem supernuacaneam esse existimo, cum (vt ipsemet Bart. dixit) recedens, ipsa vniversitate permanēte, nihil habere possit.


## CASVS CCCCXCVIII.

Ciuitas & collegium, quando deliquisse dicantur: eorum delictum an dicatur verum, & proprium, vel potius fictū & improprium, & quibus penis puniantur, diligens explanatio.

## S V M M A R I A.

- 1 Vniuersitas a collegio distinguitur.
- 2 Vniuersitas quid.
- 3 Collegium quid.
- 4 Vniuersitas tunc dicitur deliquisse quando ipsa congregata deliberatum & conclusum fuit committere delictū, & quæ ad id requirantur, num. 5. Nisi vniuersitas ex delicto perpetrato sentiat commodum, quia tunc non adeo requiritur congregatio & deliberatio, num. 6. Sicuti & si delictum consistat in omittendo, num. 7.
- 8 Vniuersitas insufficientis non tenetur si delinquat in omittendo.
- 9 Collegium tunc dicitur deliquisse, quando eo collegialiter conuocato deliberatum fuit de delicto commissio.
- 10 Vniuersitas non dicitur vere deliquisse, si delictum per ipsam vniuersaliter perpetrari non potuit. Si vero vniuersitas delictum potuere admittere, an dicatur vere peccasse? num. 16.
- 11 Vniuersitas & collegiū sunt nomina iuris.
- 12 Delictum non cadit in inanimata, nec committitur sine dolo, num. 13.
- 14 L. metum autem presentem. §. animaduertendum. ff. quod metus causa, declaratur.
- 15 Authen. item nulla cōmunitas. C. de episcop. & cleric. exponitur.
- 17 Vniuersitas nunquam punitur pœne spiritali, quæ animæ salutē respicit, nec incurrit periurium, num. 18. nec potest excommunicari, num. 19. Sed bene singuli de vniuersitate, num. 20.

- 21 Vniuersitas committens crimen læsæ maiestatis diuinæ, plectitur pœna legis diuinæ, interficiens Cardinalem priuatur dignitate Episcopatus, num. 22. Idem si impediatur inquisitorem hereticæ prauitatis. n. 23. aut electionem summi Pontificis, num. 24.
- 25 Vniuersitas ob rebellionem priuatur iurisdictione, dignitatibus & priuilegijs, punitur euerfione & diruptione ipsius ciuitatis, num. 26. quod multis illustratur exemplis, num. 27. & mœniorum, num. 28. amittit castra sibi subdita, n. 29. plectitur pœna banni Imperialis, nu. 30. has tamen pœnas indicit solus Princeps, num. 32.
- 31 Baneum imperiale est deportationi similis.
- 33 Vniuersitati resistenti, officialibus Principis indici potest bellum.
- 34 Indicis arbitrio punitur vniuersitas delictum commune admittens, & quidem ciuilitate non autem criminaliter, num. 35. indictione pœnæ pecuniariæ, num. 36. soluenda ex bonis vniuersitatis, num. 37.
- 38 Vniuersitas licet præstiterit pœnam delicti, tamen puniendi sunt singuli delicti auctores.
- 39 Collegio delinquente puniuntur singuli qui deliquerunt.
- 40 Multitudo delinquentiū nō punitur, sed singulares personæ delicti auctores.



ST vtiles admodum, & in foro valde frequens hæc disceptatio: quam vt facilius, & dilucidius explicem, tria constituo capita, quorum primū est, quando vniuersitas & collegium delinquere dicatur. Secundum, an delictum ab ipsa vniuersitate, vel collegio perpetratum vere, vel ficte ab ea dicatur commissum? Tertium, qua pœna puniri possit vniuersitas, vel collegium pro admisso crimine.

Priusquam tamen hæc tria capita explicem, sciendū est, vniuersitatem. & a collegio hic distingui: sicuti in specie distinguit Io. Bolognetus, in l. si quis maior n. 20. C. de

de transact. qui scribit ciuitates, oppida, & castra continere vniuersitates naturales, quæ crescunt, & minuuntur, & consistunt & vtroque sexu: ac pueris, adolescentibus, viris, & senibus, tam sanæ mentis, quam senes, & intellectu carētib. Et aliquæ sunt magnæ, aliquæ paræ, vt scribunt Bart. in l. 1. n. 2. ff. de damno infecto, & in cōl. 189. lib. 1. & Petrus Rebuffus in comment. ad concordata Franciæ in titu. de collationibus, §. statuiamus. 2. in verbo vniuersitates. Et dicitur † vniuersitas multorum congregatio eidē capiti subiectōrū. Ita Oldra. in cōf. 315. n. 1. & Io. Monachus in c. Roma. n. 7. de sent. excom. in 6.

Collegium vero est vniuersitas artificialis consistens ex hominibus iam perfectæ ætatis, sanæque mentis, vt sunt collegia doctorum, mercatorum, artificum, & similibus, & dicitur † collegium societas collegarum in vno onere positōrum, secū dum Io. Monachus, in d. c. Romana, n. 8. qui inquit esse personam representatam, l. mortuo. ff. de fideiussō. vt etiam est vniuersitas, de qua dicemus infra. Hoc præmissō, explicanda sunt singula capita.

P R I M V M itaque caput est, quādo vniuersitas & collegiū dicantur deliquisse? Et quidam tunc dicuntur vere, vel ficte delictum perpetrasse, quando † conuocata, & congregata ipsa vniuersitate: vel eius consilio, & collegio deliberatum fuit committere ipsum delictum: alioqui non dicitur delictum ab ipsa vniuersitate, & collegio perpetratum, vt illa puniri possint: sed a singularibus illis personis, quæ illud suis perpetrarunt manibus. Ita sane de delicto ab vniuersitate commissio, afficiunt octo & quinquaginta Doctores, quos ex ordine enumerare placet.

- 1 Accursus in l. scuti. §. 1. ff. quod cuiusq. vniuers. nom.
- 2 Speculat. in tit. de accusat. §. si quis in fin.
- 3 Io. Andr. in c. Felicis. §. vlt. de pœn. in 6.
- 4 Innoc. in c. grauem. de sent. excom.
- 5 Oldrad. in cōf. 315. num. 3.
- 6 Cynus in l. si quis maior, numer. 7. C. de transact.
- 7 Bart. in l. semper. §. in sepulchro, ff. quod vi aut clam, & in l. aut facta, §. vltim. num. 9. ff. de pœnis, & in l. aliud. §. refertur. ff. de regul. iuris.

- 8 Bald. in l. meum. §. animaduertendum, ff. quod met. caus. & in cōf. 293. visa inquisitione, lib. 1.
- 9 Angelus in d. §. animaduertendum, & in d. l. semper. §. 1. & in l. 2. C. qui accusa. non possunt. & in cōf. 165. num. 2. & in cōf. 246. num. 3.
- 10 Alber. in l. si quis in tantam, n. 3. vers. quidam aiunt, C. de vi.
- 11 Caspren. in l. si quis id quod, num. 14. ff. de iurisdic. omni. iud. & in l. scut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom.
- 12 Ioannes Lignanus in Clem. 1. de pœnis, qui testatur se ita defendisse urbem Bononiæ, ob rebellionem a quibusdam ciuibus commissam.
- 13 Albert. Gandinus in pract. crimi. in titu. de homicidarijs, vers. item pone.
- 14 Zabarel. in c. dilectus, il. 2. numer. 6. de simon.
- 15 Abb. in d. c. in Genesi. de electio. & in d. c. dilectus, il. 2. num. 5. de simoniac.
- 16 Ioan. de Ana. in eod. c. dilectus, n. 12.
- 17 Anchar. in eodem c. dilectus, num. 9.
- 18 Felinus in eodem c. dilectus, num. 6. & num. 12. & in c. cum omnes, num. 25. de constit.
- 19 Imola in Clem. 1. num. 9. de pœnis.
- 20 Gemina. in c. felix, §. 10. num. 5. de pœn. in 6.
- 21 Lucas de Pen. in l. 3. C. de exat. & execut. lib. 12. Corn. in cōf. 224. nu. 13. lib. 4.
- 22 Marian. Socin. Senior in c. qualiter & quando, num. 24. de accusat. qui dixit ita aliquando seruatum fuisse Veronæ. & idem in c. dilectus, il. 2. num. 28. 29. de simon.
- 23 Ruin. in cōf. 107. num. 4. lib. 5.
- 24 Iason in l. ciuitas, num. 2. ff. si cer. pet.
- 25 Decius in decis. 376. num. 2.
- 26 Philip. Probus in addit. ad Ioan. Monachus, in cap. Romana, num. 10. de sent. excom. in 6.
- 28 Hieronym. Tortus, inter consilia Butrij cōf. vlt. nu. 3.
- 29 Syluester Prier. in summa, in verbo, excommunicatione. 7. in decimaquinta excommunicatione.
- 30 Cosmus Gungyer in pragmatica sandione, tit. de interdici. indifferenter non ponendis, in verbo, locorum.

- 31 Collegium Florentinū, inter consilia Cur  
tij senioris, in cons. 21. num. 5.
- 32 Parisius in cons. 21. num. 30. lib. 4.
- 33 Curtius iunior in cons. 174. num. 36. &  
in cons. 185. num. 9.
- 34 Boerius in tract. de seditiosis, questio.  
vlt. num. 7. & 8.
- 35 Carrerius in practica criminali. §. circa  
secundum, quando dicatur vniuersitas  
delinquere. num. c. 2. & 7.
- 36 Marsilius in practica criminali, §. con-  
stante, num. 47.
- 37 Gondisalus de Villadiego in tracta. de  
hereticis, questione 24. in fine.
- 38 Neuzan in cons. 61. num. 7.
- 39 Bossius in tract. causarum criminalium,  
tit. qui banniri possint, num. 1.
- 40 Bernardus Diaz in ren. 791.
- 41 Conradus Brunus in tract. de hereticis,  
lib. 5. cap. 16. nu. 3. & n. 17. & in tract.  
de seditiosis, lib. 1. cap. 9. num. 4.
- 42 Anton. Gomezius in tomo 3. variar. Re-  
solutionum, tit. de delictis, cap. 1. n. 52.  
vers. quod tamen intellige.
- 43 Rolandus in cōf. 66. n. 32. & n. 63. lib. 2.
- 44 Natta in cons. 83. nu. 9. lib. 1. & in cōf.  
493. num. 1. lib. 3.
- 45 Osaficus in decis. 38. num. 3. & in decis.  
138. num. 27.
- 46 Magonius in decis. Lucēsi 72. n. 16. p. 1.
- 47 Riminald. iunior in cons. 349. n. 3. lib. 2.
- 48 Bertazzolus in cons. 43. num. 3. lib. 1. in  
criminalibus.
- 49 Villalobos in tract. communium opinio-  
num in verbo, vniuersitas, n. 46.
- 50 Virginius Boccatus in cōmentarijs ad  
constitutiones Marchie gl. 6. n. 39.
- 51 Petrus Rebuffus in cōmentarijs ad con-  
cordat. Francie in Rubrica de collatio-  
nib. §. statuimus. in verb. vniuersitates.
- 52 Mynsing in obseruat. 9. centuria 4.
- 53 Thobias Nonius in cons. 46. num. 10.
- 54 Emanuel Suarez in thesauro receptariū  
sent. in verbo vniuersitas, n. 68.
- 55 Andreas Gaillus in tract. de pace publi-  
ca, lib. 2. cap. 9. num. 4.
- 56 Inlius Clarus in practica criminali. §. si.  
quest. 16. vers. vlt. vlt. quæro.
- 57 Mascardus in tract. de probationibus,  
conclusione 1413. num. 1. & 4.
- 58 Prosper Farinacius in tract. questionū  
criminalium, questione 24. num. 129.

59 Ego ipse in Commentarijs de Recupera-  
da possessi. remedio nono, n. 123.

Et ex prædictis quidem multi, vt Bart.  
Felin. Lucas de Pena, Decius, Rebuff. ad  
Conrad Brunus in tract. de seditiosis, lib.  
5. c. 9. n. 19. & Natta in d. cons. 493. nu. 1.  
scribunt, non sufficere, quod t delictū fue-  
rit commissum præmisso scno, vel tuba,  
vel campanæ: ac etiam vexilio leuato: cū  
omnino requiratur (vt diximus) quod in  
loco solito conuocatum fuerit consilium,  
factaq. sit congregatio, & deliberatio. Nō  
etiam sufficit, quod Syndici, vel consules  
in actu ipsius delicti interuenerint: cū a to-  
to cōsilio ad id faciendū, mandatū non ha-  
buerint, vt præcipit DD. scribunt.

Cæterum receptissima hæc interpretum  
traditio locum non habet, t quando vni-  
uersitas ipsa ex perpetrato delicto siue suc-  
cessiuo, siue momentaneo commodum &  
vtilitatem consecuta est.

Nam hoc casu deliquisse dicitur, etiam  
si conuocatum nō fuerit cōsiliū, nec facta  
fuerit aliqua deliberatio. Ita Anchar. in  
cons. 158. col. 4. Jason in d. cons. 139. col. 1.  
lib. 4. Rebuffus in d. §. statuimus. 2. in ver-  
bo vniuersitati. Marianus Socin. sen. in. c.  
dilectus, il. 2. n. 29. de simoniac. Conrad.  
Brunus in tract. de seditiosis, lib. 5. cap. 9.  
nu. 6. Hierony. Gigas in tract. de crimine  
læse maiestatis tit. de rebellibus, quest. 12.  
num. 4. Andreas Gaillus in tractatu de  
Pace publica, lib. 2. secundo, cap. 9. num. 5.  
Natta in cōf. 493. n. 10. lib. 3. scripsi in Cō-  
mentar. de Recuperanda possessi. remedio  
9. n. 172. & noue securus est Farinacius in  
dicta q. 24. num. 131. versic. præcedens pr-  
ma opinio, qui subiicit: quod si nullum cōi-  
modum, & vtilitatem consecuta est vni-  
uersitas, non dicitur deliquisse, etiam si de-  
lictum est concessiuum.

7 Rursus cessat prædicta traditio, quan-  
do agitur de delicto, quod in omittendo  
consistit: Non enim tunc requiritur cōuo-  
catio, congregatio, & deliberatio consi-  
lij vniuersitatis: sed sufficit ipsa omisio,  
& negligentia. Affertur solet exemplum,  
vt si ciues vident dominum, vel eius offi-  
cialem, vel magistratum offendi, & illum  
non defendunt, cum defendere possint:  
ipsa vniuersitas dicitur delinquere, vt scri-  
bunt permulti congesti a Farinatio in  
dicta

dicta q. 24. n. 133. & nu. 134. & præter eū  
egregie Conradus Brunus in tract. de hæ-  
reticis, lib. 5. cap. 16. numer. 4. & in dicto  
tractatu de seditiosis, lib. 5. cap. 9. num. 6.  
qui alia exempla refert, vt si a malis & se-  
ditiosis hominibus ciuitatem vel prouin-  
ciam non purgat, si in facinorosos homi-  
nes non animaduertit, si vi oppressos de-  
minu calumniantium non eruit, si magi-  
stratum male in officio versantem non ar-  
guit, & idem scripserunt Gaillus in dicto  
cap. 9. num. 6. & Natta in cons. 493. nu-  
7. libr. tertio, & securus sum in Commen-  
tarijs de Recuperanda possessione, reme-  
dio nono, num. 129.

Quæ sane traditio intelligitur, (vt atti-  
gi supra) quando ciuitas ipsa t facere id  
potest: alioqui non tenetur. Itæ egregie de-  
clarat Aret. in cons. 165. nu. 18. in fine. &  
Socin. Senior inter consilia Curtij senio-  
ris in cons. 20. colum. antepenult. versic.  
circa, quinta & vltima dubitatione, qui am-  
bo de eadem facti specie respondendo  
scripserunt, ciuitatem Florentiæ non de-  
buisse interdici a Leone X. summo Pon-  
tifici, propterea quod non prehenderit,  
& punierit eos, qui Archiepiscopum Pi-  
sanum loqueo suspenderant, & Cardina-  
lem Florentiæ carceri incluserant. Non in  
quam interdictum ecclesiasticum in eam  
ferri poterat, quia ciuitas ipsa non erat ap-  
ta, saltem sine magno scandalo prehende-  
re & punire illos delinquentes. Idē quoq.  
respondit Natta in cōf. 493. n. 7. & 8. lib. 3.  
& ij quidē mori suat auctoritate Archid.  
Io. Andr. Gemiani, & Anchar. in cap.  
Fœlicis, §. vltim. de pœnis num. 6.

Secundus est, quado vniuersitas nō con-  
sistit ex omnibus hominibus masculis &  
fœminis: sed ex viris perfecte etatis: sicuti  
sunt collegia, vt puta Doctorū, mercatorū,  
artificū, & similia: hoc etiā t casu colle-  
giū tunc deliquisse dicitur, quado eo con-  
uocato collegialiter fuit deliberatū comit-  
tere ipsū delictū: sic sane in specie scribūt  
Philippus Prob. in additionibus, ad Ioan.  
Monachum in cap. Romana, num. 10. de  
sentent. excommun. in 6. Boerius in tra-  
ctatu de seditiosis, num. 26. Iulius Clarus  
in practica criminali, §. final. questione 16.  
vers. vlt. quæro, & Farinacius in quæ-  
stionib. criminal. quest. 24. nu. 148.

Secundū est huius disputationis ca-  
put, an delictum ab ipsa vniuersitate, vel  
collegio perpetratum, vere, vel sicte dica-  
tur ab eis commissum? Distingui hic solent  
duo casus.

Primus est, quando agitur de his, quæ  
t apud ipsam vniuersitatē, vel collegium  
non resident, vt est, committere homici-  
dium, furtum, rapinam, violentiam, periuri-  
um, & similia: Hoc sane casu vniuersitas  
vel collegium non dicitur vere, & proprie  
delinquere. Ita sane scribunt quatuordecim  
Doctores, quos referre ex ordine pla-  
cet.

- 1 Accursus in l. aliud. §. refertur, ff. de reg-  
ul. iure.
- 2 Oldradus in cons. 65. nu. 7. in fin.
- 3 Bart. in d. §. refertur.
- 4 Bald. in cons. 367. Venerabilis, n. 3. lib. 3.
- 5 Angelus in l. motum. §. animaduertendum,  
ff. quod metus causa.
- 6 Albericus in eodem §. animaduertendum,  
& in l. si quis in tantum, col. 3. versic.  
item dicunt, C. vnde vi.
- 7 Anchar. in cons. 158. num. 12.
- 8 Marian. Socin. sen. in c. dilectus, il. 2. n. 26  
de simonia, qui ita manifeste docuit.
- 9 Parisius in cons. 21. n. 30. lib. 4.
- 10 Antonius Gomezius in tomo tertio va-  
riar. resolut. tit. de delictis, c. 1. nu. 52.  
vers. sed in hoc articulo.
- 11 Ludouicus Carrerius in practica crimina-  
li, in tit. de homicidio, §. 14. n. 4.
- 12 Mynsingerius in obseruat. 78. in fin. in 4.  
Centur.
- 13 Magonius in decis. 72. n. 4. in 1. par.
- 14 Prosper Farinacius in questionib. crimi-  
nalib. quest. 24. n. 109. in 1. par.

Et ij quidē ea ratione prima moti sunt,  
quod vniuersitas, t & collegium sunt no-  
mina iuris, quæ carent animo, & intell-  
ctu, & dicuntur personæ representatæ per  
eorū Rectores & moderatores, l. 1. §. quib.  
l. 2. & l. sicut. §. vlt. ff. quod cuiusq. vniuers.  
nom. l. mortuo, ff. de fideiusor. l. si quis in  
suo, §. vlt. C. de inoffic. testam. & cap. in-  
notuis. de his quæ fiunt a maior parte.

Porro ea, quæ t animo & intellectu caret  
delinquere nulla ratione dicuntur, l. Diu.  
ff. de officio Præsidis, l. 1. §. 1. ff. si quadru-  
pes pauper fecisse dicat. l. infans, ff. ad legē

Corneliam de fcar. l. 1. §. penultim. ff. ad legem Pompeiam de parricid. & l. 1. §. 1. C. de falsa moneta.

- Præterea delictam † non committitur sine consensu, & dolo delinquentis, l. in lege Cornelia, ff. ad legem Corneliam de fcar. Vniuersitas autem, & collegium caret dolo, & consensu, cum sic (vt diximus) persona ficta, & representata, l. vnica, §. 1. ff. de libertis vniuers. ibi, quod consentire non possunt, & l. 1. §. vltim. ff. de acquiren. possess. Quo circa quod aliquando respondit Vlpianus † in l. metum autem præsentem, §. animaduertendum. ff. quod metus causa, populam, curiam, collegium, & corpus puniri, si vim faciat, metumque incuriat, intelligitur ficte & improprie, non autem vere & proprie, sic quoque intelligitur, & declarat Iustiniani constitutio † in Authent. item nulla communitas, C. de Episcop. & cler. dum prohibet communitatem indicere collectas ecclesijs, & repetam in sequenti casu. Ita etiam declaratur cap. 1. §. si quis vero ausu, de pace tenen. inter subditos.

- Secundus est casus, † quando agitur de his, quæ sunt apud ipsam vniuersitatem, vt est, condere statuta, dare iurisdictionem collectis imponere, & similia: hoc in casu vniuersitatem vere & proprie delinquere affirmant Marian. Socin. sen. in c. dilectus il. 2. nu. 42. Ludouicus Carrerius in pract. crimin. in rit. de homicidio, §. 14. num. 4. Mynfingerius in obseruat. 78. in 4. Centuria. & Prosper Farinacius in quæstionibus criminalibus, quæst. 24. nu. 110. qui adducti sunt text. Authent. item nulla communitas, C. de Episcop. & cler. Et accidit, quod hæc dici non possunt fieri a priuato, sed ab ipsa vniuersitate, quæ hanc habet facultatem, & potestatem. Verum horum opinio mihi non probatur, cum vniuersitas (vt diximus supra) constet ex vtriusque sexus hominibus, tam pueris, quam ætate adultis, qui tamen omnes in cõdendis statutis & indicendis collectis, ac similibus agendis non conueniunt: sed solum consiliarij totam ipsam vniuersitatem representantes. Ita glo. in rubr. C. quæ sit longa consuetud. Felinus in cap. dilectus, num. 8. de simonia. & in specie Conradus Brunus in tract. de seditiosis, lib. 5. cap. 9. nu. 5. & 6.

Nec repugnat dicta Authent. item nulla communitas, quia responderet (vt supra) intelligi debere ficte, & improprie: cū ipsa vniuersitas delinquere non possit.

- Tertium est huius disputationis caput, quæ pœna puniri possit vniuersitas, vel collegium pro admissio crimine? Et quidem dicendum est primum, pœnam, dupliciter considerari, nempe spirituales, & temporales. Pœna spiritualis, † quæ salutem animæ respicit, nulla ratione indici potest, sicuti in specie tradit Conradus Brunus in tract. de hæreticis lib. 5. cap. 16. nu. 18. & eo prius Hostiensis, quem refert Marian. Socin. senior in cap. dilectus, il. 2. nu. 46. de simonia. & ideo dicimus, ob violationem iuramentum † ab ipsa vniuersitate, seu decurionibus & consiliarijs, eam representantibus præstitum, singulares personas non incidere in peritium, vt scribunt Curtius iunior in l. si quis maior n. 2. C. de transactio. & ibidem Claudius Seyfelius col. 1. Parpalea nu. 86. Cagnolus n. 17. & Ioann. Bolognetus, nu. 20. Ita quoque vniuersitas † excommunicari non potest, sicuti statuit Innocentius III. in cap. Romana, §. vltim. de sentent. excommunicat. in 6. cuius verba hæc sunt: [In vniuersitatem vel collegium proferri excommunicationis sententiam, penitus prohibemus. Volentes periculum animarum vitare, quod exinde sequi posset: cum nonnunquam contingeret innoxios huiusmodi sententia irretiri, sed in illos duntaxat de collegio, vel vniuersitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur.] Hactenus Innocentius. Interdicto autem ecclesiastico vniuersitatem subijci posse, dicimus statim. Cæterum, si constat totam † vniuersitatem, vel collegium deliquisse, poterunt singuli excommunicari, vt tradunt Ioann. de Anan. in c. dilectus. 1. colu. penul. de simonia. & ibidem Felin. nu. 6. & alios refert Philip. Probas in addit. ad Ioan. Monachum, in dicto cap. Romana, num. 9.

Quo ad pœnam temporalem, dicendum est, vanas pœnas esse vniuersitatibus indicendas pro delictorum varietate, singulas, quas hactenus obseruauit, sic enumerare statui.

- Prima est quando, ciuitas, † sicque vniuersitas ipsa crimen læsæ maiestatis diuinae commisit: quando scilicet hæreses est amplex

